M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

Nombramiento y hecho saver a los partes. Vere
para proveer: avi lo mando el S.r Alcalde
Leon y Pizarro Alcalde mayor y Juez Cabre
en esta Ciudad Xerez de la Frontera
a Tu
dia y nueve Febrero mil setecientos se
y uno

Ciudad Xerez de [illegible] la Frontera

Ciudad Xerez de [illegible] a [illegible] de
año en cumplim.to de lo [illegible] Santo q antecede
escribano pase a la Carcel y Cadena de Dn Luis
Luis María Pelaez y vista la Carta Puebla le
le hace notorio el nombramt.o que por Dho antecesor
de se le hace al Juez Acompañado en esto au
en dho lo admitia aceptava y aceptó y
guardar justicia a las partes y lo firmo

Dn Luis María
Pelaez y Pinto

Dho En la Ciudad de Xerez de la Front. dho dia mes y año
Alle mayor dho. devia de conformarse y se conformo
va contra provid.a q antecede y por ello in
dho lo proveyó y firmo Dq doy fe

En Xerez dho dia mes y año yo el Not.o hice saber
auto q antecede a Marcos Garcia y a su

M.E.C.D. 2017

DECRETORVM CANONICORVM COLLECTANEA:

EX DIVITE ILLA SCRIPTO-*rum eccleſiaſticorum, ſummorum Pontificum, Conciliorumq; œcumenicorum ſupellectile*, D. GRATIANI *labore cõcinnata, & in ſuas claſſes digeſta.*

PRAEFIXA ſunt ab Antonio DEMOCHARE ſingulis fere diſtinctionibus & cauſarum quæſtionibus παράτιτλα ſummam rei ſuccincte complectentia: Necnon ad marginem additi librorum & capitum, ex quib. iſta Decretorum farrago compacta eſt, numeri indicatorij.

Quid porrò hac editione præſtitum ſit, ſequenti pagella indicatur.





ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
M. D. LXX.
CVM PRIVILEGIO.

M.E.C.D. 2017

Fc.2320
f. 6.
11.16.

ANTONIVS CONTIVS IN METROPOLI BITVRIGVM PROFESSOR.

NON *est meum institutum, hic multis verbis ostentare quæcunque à nobis in hac* Dn. GRATIANI (*vt ipsemet inscripsit hoc opus*) CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM, *notata, vel illustrata vel emendata sint; quæ omnia Lectoris inquisitioni atque iudicio expendenda relinquimus. Nam & quæ sint Paleæ, & quàm falsa Summaria, falsæq; glossæ plerisque locis insertæ sint, diligens Lector nostra legendo edocebitur: & omnia ferè quæ Gratianus ex Isidoro, Conciliis, & infinitis libris coniecit, collatione veterum & authenticorum codicum, emendata comperiet. quædam etiam ex vetusto Isidori volumine amplius, quàm in cæteris Isidori exemplaribus reperiatur, adiecta. Quæ omnia eo saltem profutura Lectoribus speramus, vt minorecũ temporis & operæ iactura quicquid de ecclesiasticis rebus & controuersiis hîc præcipitur, per se cognoscere, & absque præceptore intelligere possint.*

Summæ PRIVILEGIORVM post Indicem huius libri reperiuntur.

M.E.C.D. 2017

VITA GRATIANI

EX VARIIS BIOGRAPHIS *excerpta.*



RATIANVS ſancti Proculi monachus, patria Etruſcus, Gïnſæ ciuitatis Tuſciæ, aut (vt alij volunt) Claſsiæ natus eſt. Hic anno Dominî milleſimo cẽteſimo quadrageſimo nono apud Bononiam Italiæ vrbem ob eius ingenij & doctrinæ magnitudinẽ in precio habitus, vbi fuit monachus ſancti Felicis, ordinis ſancti Benedicti (vt in ambitu ſuperiori carmina oſtendunt eum condidiſſe) cùm inter cætera ſuarum lucubrationum opera Decretorum librum accuratiſsimè collegit. Quod quidem celeberrimum opus Eugenius tertius adprobauit, & legendum publicis gymnaſiis conceſſit, quanquam & ante hunc Iſidorus & Iuo Carnotenſis collegerant. Hoc Decretorum opus commentariis illuſtrarunt Hugo & Ioannes Teutonicus. Apparatum quoque ſcripſit Archidiaconus, quod dicitur Roſarium Decreti. Nõnulli referunt Gratianum, Petrum Lombardum & Petrum cognomento Comeſtorem fuiſſe germanos ex adulterio natos. Quorum mater cum in extremis peccatum ſuum confiteretur,, & confeſſor obiurgaret crimen perpetrati adulterij, quòd eſſet graue flagitium, ob idque ad indolentiam & pœnitentiam hortaretur, illa reſpondit: Pater, ſcio adulteſium peccatum magnum eſſe, ſed cùm conſidero quantum hi tres mei filij eccleſiam iuuerint, vix eſt vt pœniteat me. Confeſſor verò ad eam: Quòd filii tui celeberrimi viri eccleſiæ dei tanto adiumento fuerint, hoc non ex te, ſed dei dono proficiſcitur; ex te autem adulterium, quare indoleas ob tantum ſcelus. Et ſi tanto dolore affici minimè poſsis, quantum ipſa facinoris indignitas poſtulat, hoc ſaltẽ doleas quod dolere nõ poſsis. Sunt tamen nonnulli qui hos nec germanos, nec contemporaneos fuiſſe, & ſi tempore vicinos negent. Claruit enim Gratianus temporibus Henrici quarti, anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo. Petrus Lombardus ſub Conrardo imperatore tertio, anno domini milleſimo centeſimo quadrageſimo. Et Petrus Comeſtor ſub Frederico imperatore primo, anno domini milleſimo centeſimo ſexageſimo.

M.E.C.D. 2017

REVERENDISSIMO CARDINALI CASTELLIONENSI ODDONI COLLIGNIO archiepiſcopo Toloſano epiſcopoque ſuo Bellouaco, Antonius Demochares Reſſonæus Felicitatem.

VUm omnibus ferè innatum ſit, Cardinalis reuerendiſſime, ſua tueri magis quàm extera cõſeruare: mirabitur forſan aliquis, præſertim his temporibus, quid mihi in mentem venerit, in quibus quotidie noua quædam in lucem prodire videtur: vt illa veterum ſanctorúmq; patrum de inſtitutione eccleſiaſtica decreta, quæ ex immenſis antiquorum ſcriptorũ voluminibus nõ minus diligenter quàm ſcitè collegit & ordinauit Gratianus, reſtituere multis laboribus curarem: reſtituta ſuis, à quibus decerpta ſunt auctoribus, aſcriberem. Mirabitur proculdubiò, quicunq; vulgi opinionẽ ſequetur: vel ob id maximè, quod hoc genus laboris parum gratiæ, gloriæ minus, etiam quantũuis illud lectoribus ſit vtile, auctori cõciliare ſoleat. Veruntamen ſi quis paulò altius animum attollat, is cõfeſtim mecum planè intelliget: ſtudioſius eſſe multò antiqua illa, tum auctoritate nobilia, tum religione conſtantia, maiorum dogmata illuſtrare atq; tueri, quàm noua quædam nullius momenti adinuenire, quibus hodie tam multi gloriæ inanis cupidi, magis curiosè quàm fœliciter omnibus neruis incumbũt. Glorioſius enim ſemper exiſtimaui antiquas & illas reipublicæ perneceſſarias vrbes cõſeruare, quàm his ſpretis viculos, neſcio quos, ſine vſu ac fructu nouos condere. Vtiliusq; antiqua caſtra firmiſſimis extructa funda-

M.E.C.D. 2017

fundamentis restaurare, quàm mox casura magnis sumptibus construere. Quare optimos auctores, quos prima illa tulit ætas, vt fide & sanctitate clarissimos, ita doctrina ac auctoritate maximos amplecti pulchrius esse duxi, ab hisq3 sanctissima nostræ religionis dogmata, certasq3 ecclesiasticæ vitæ regulas, quas sequerer, sequẽdasq3 cunctis proponerem, malui producere pro nostræ fidei confirmatione aduersus huius seculi hæreses, quàm temerè atq3 peruersè his posthabitis hac nostra tempestate aliquid fingere: qua tot illegitimos partus conspicimus. Quos vtinam tantum præcocibus ac rudibus ingeniis, & non multo magis peruersis acti spiritibus in suam, & aliorum ruinam emitterent. Tunc facilem liceret profecto his ad salutis viam modum reductionis adhibere. Nam statim demonstrata cognitaq3 veritatis luce, hi errorum nebulas deponerent, eisq3 depositis rectè monentibus acquiescerent. At verò vbi gloriæ principatusq3 sui gratia errores amplexantur: tantum abest vt rectè docentibus assentiant, vt suis etiam erroribus profligatas hæreses partim apertè, partim occultè superinducere haud cessent. Vnde quæso, tam varia opinionum falsarum schismata, tot sectarum monstra enata sunt? Nónne ab his, qui aliena aspernari dogmata consueuerunt, quiq3 firmis sanctorum patrum decretis inhærere dedignãtur? Vnde tot effecti sunt, fiuntq3 quotidie errorum magistri? Nónne ab his, qui veritatis declaratæ ac receptæ discipuli fieri refugiunt, quibus permolesta sunt sanctorum doctorum commẽtaria, quibus magis contradixisse, quàm subscripsisse spiritu contradictionis inflati gloriantur? Vnde tot morum corruptorum confusiones? Nónne ab his, qui nullis contineri legibus affectant, qui sanctissimas maiorũ regulas infringunt, quas illi tam sanctè ac vtiliter sanxerunt, posterisq3 ad communem vitæ humanæ tranquillitatem, ad religionis Christianæ conseruationem, & ad cohibendam omnem impietatem

M.E.C.D. 2017

salubri studio relinquere curarunt? Quam enim constitutionem mihi quispiam proferet, quam obseruent hodierni hæretici? Quarum legum dicet aliquis hos studiosos esse? quippe qui sacrosanctos conciliorum canones nequaquam verentur infringere, qui cunctas rectè positas de morum ecclesiasticorum institutione, de Christiana religione regulas floccipendunt, quas multis verbis & quidem contumeliosis criminari ac reprehendere solent. Optimarum legum conditoribus detrahunt, in antiquos & percelebres humanarū constitutionum scriptores armantur, illos omni scribendi genere impugnare conantur. Adeo impudentes ac inuerecundi, vt nulli maiorum, quibus pro beneficijs gratias agere maximas debent, parcant: sed omnes conuitijs & maledictis lacessunt. Adeo fastuosi, vt nullum per quem profecerint agnoscant: verùm quanto quis meliora scripserit, præstantioraq3 tradiderit, is est contra quē acrius ac pertinacius pugnant. Quis enim ex omni scriptorū catalogo, qui de re singulis ecclesiasticis simul ac Christianis necessaria magis scripsit q̄ Gratianus? Quis tā copiosum opus de institutione ecclesiastica ab Apostolis ad nos vsq3 perducta ex sanctorū decretis collegit? Quid huius opere vtilius, quo omnis vitæ forma, quā sequi debēt cuiusuis ordinis ecclesiastici, describitur? Quod opus huic iure cōferri poterit? quod pluribus confirmatum sit maiorū omniū canonibus, decretis, legibus, dogmatibus, sentētijs ad dei cultū ac Christianā pietatē spectantibus? hoc tamen opus vnum est, quod non modo exulare, sed omnibus quoque locis priuari, supprimiq3 cupiunt: quod crudelibus flammis, vt suam vehementius insaniam exererent, addixerunt. Cæterum illud quò plures huiusmodi nactum est hostes, eò clarius ac potentius euasit. Quoniā quæ spiritu sunt diuino constituta, nulla quorumcunq3 hominum potestate superari possunt, sed firmiora consistunt, quando æstimātur succumbere. Quā iniqui & crudeles, in

sanctos

M.E.C.D. 2017

ſanctos dei omnipotẽtis martyres exiſtant, vel hoc vno argumento apertiſsimè indicant, quòd tam præclara ipſorum de recta morum educatione dogmata, egregias ſententias, ſelectas inſtitutiones in ignes proïcere minimè reformidant. Quis boni æquiq3 æſtimator, non continuo perſpicit, iſtos multo immitiore contra pios illos ſcriptores animo cõ moueri, quorum monumẽta, reliquias ac documenta ſancta in flammas furioſè præcipitant. Quandoquidem dum Gratiani opus tam præclarum antiquitatis venerãdæ monumentum deſtruere moliuntur: quid aliud quàm receptã ſanctorum patrum traditionem perſequuntur? Dum illud ſupprimunt, nónne maiorum decreta cælant, nónne in idem ſacrilegij crimen recidunt? Quid enim Gratiani rhapſodiæ complectitur, niſi ſanctorum conciliorum ac maiorum decreta, quæ ad confirmationem vnius eiuſdemq3 ſententiæ maiorem ſemper multiplicare conſueuit? hinc colligueſcit omnes illos, qui maiorum decretis à Gratiano ſtudioſe collectis reclamant, multo amplius omnium imperatorum regumq3, niſi pœnæ metu coercerentur, reclamaturos. Quomodò nanque feret æquo animo leges ſeculares, qui religioſiſsimis ſanctorum ſynodis, quibus ſpiritus ſanctus præeſſe dignatus eſt, iniuriam inferre nequaquam pertimeſcit? Quomodo ſanctiones ethnicorum impiorumq3 principum arbitrabimnr ſuſcepturos, qui Chriſtiana apoſtolicaq3 dogmata, quæ modis omnibus ipſa ratio ſuadet eſſe ſeruanda, deſpicere conſpicimus? Quapropter omnibus qui præſunt, ſi ſuas leges iuráque integra permanere velint, diligenter vigilandum eſt: ne vlla ex parte ſacros canones violari, perpetíque vllam vel minimam contra leges mutationem permittant. Nam quibus ſemel variare, vel infringere, vel ſpernere traditionem aliquam permiſſum fuerit, illi facilè diſcent aſſueſcentq3 temerè & impudenter reliquas leges contemnere. Siquidẽ vbi facilis ac libera quo-

M.E.C.D. 2017

rundam ſtatutorum diſſolutio conceditur, ibi ſtatim omnis virtutis forma corrumpitur, ibi vitia regnare incipiunt, ibi leges vigere nequeunt. Vbi multorum ore ſacro conſtitutæ leges ſanctorum vilipenduntur, vbi doctorum veterum fidelis comprimitur authoritas, vbi fides ipſa conculcatur catholica: quis ibi leges tum imperatorum, tum regum vim habere putabit? Itaque quos hos ſacroſanctos maiorum canones nihili facere cognoſcimus, eoſdem non vnius conſtitutionis particulam infringere: ſed hoc priore ingreſſu ac principio ad reliquarum omnium contemptum feſtinare haud dubitandum eſt. Quamobrem valdè neceſſarium eſſe putaui, his inſultibus barbaris occurrere: vt quem omnibus telorum generibus aggrederentur, defendere ſuſciperem: defenſum in mediũ producerem, productum ab improbis illorũ conatibus illæſum vindicarẽ. Etenim hunc canonum authoribus muniui, qui hũc contrà aduerſarios generoſiſſimè defenderent, omniúmq; tela contunderent. Adieci quoque ad ſubſidium numeros & indices, qui canonum aſſertores, libros, & capita fideliter ſuggerent. Cuius quidem defenſio reſtitutióque, quàm alicuius noui operis compoſitio, mihi magis neceſſaria nunc viſa eſt. Quoniam nihil eſt eccleſiaſticæ inſtitutionis defendendæ conuenientius, quàm demonſtrare illam ipſam catholicorũ patrum ſtatutis congruere, quàm firmis ſanctorum doctorum authoritatibus, quas eccleſia firmiter amplexatur corroborari, quàm decretis conciliorum, quæ ſpiritu ſancto dictante irreprehenſibiliter definita ſunt, cohærere. Hac profecto ratione certiſſima nepharios omnium hæreticorum auſus comprimimus, & bene inſtitutam religionem noſtram haud dubiè concludimus. Verum huius confirmationis parandæ defendendæq; veritatis Gratianus ipſe arma omnibus eccleſiaſticæ fidei militibus contra impiorum mendacia abundè in toto hoc opere ſuppeditat,

M.E.C.D. 2017

peditat, vt in apostolicæ doctrinæ castris tutius quietiúsque perseuerent. Nempe qui hæc omnia indefessis laboribus comparata, singulis ad fidei armaturam gratis promtéque offert. Ego pro mea in religionem & omnes obseruantia, vt quantum possum illam nostram fidem, quam beati patres ab Apostolis, híque à Christo domino sibi traditam prædicauerunt, confirmẽ: vòlui hoc opus velut antidotum quoddam, quod sanctorum decretis compositum est, aduersus quas suscitant hæreses, opponere: vt sicut illi varias omnium veterum hæreticorum hæreses diuersorumq; temporum in medium proferunt: ita nos sana sanctorum patrum decreta, quæ vno volumine pulcherrimè descripta sunt, pro certa nostræ religionis confirmatione, emittimus. Cuius quidem doctrinam boni Christiani diligenter suscipient: vt constanter quod credunt teneant. Antichristiani verò, vt à perfidia sua post agnitam in eo veritatem discedant, magisq; sequantur & credant, quæ hic ex sanctis dei Apostolis & apostolica traditione scribit & docet, quàm quæ diabolus mendacij pater & humanæ salutis hostis insusurrauerit. Christiani igitur erit pectoris, Cardinalis Reuerendissime, qualemcunque hunc nostrum laborem, quem tibi pia sedulitate offerimus, boni consulere: quem studiosis iucundum fore arbitramur, his præsertim qui vel vno intuitu ex quibus hæc desumpta sint decreta clarè conspicere desiderant. Vtilem etiam quòd illa adiectis exemplarium locis, numeris, ac libris mutuo conferre poterunt. Quibus certè sicut tunc maiorem adhibebunt fidem, quando vtrobique verbis & sententijs concurrere perspicient: sic perfectiorẽ colligent intelligentiam, quando vnum alteri collatum fuerit. Diligentiam simul intelligent nostram ac in omnes beneuolentiam, quibus magnis laboribus hoc mare magnum & spatiosum, in quo piscaremur, decretorũ opus perlustrauimus: vt amplioribus vigilijs è quibus scaturiret & fontibus &

M.E.C.D. 2017

ſtuuijs demonſtraremus. Opportunum inſuper putaui omnibus, tam his qui ad concilium Tridentinum iam congregati circumferuntur, quàm his qui aduerſus hæreticos congredi coguntur: vt pote qui ex hoc vno volumine ſolidiſſimas patrum ſanctorum aſſertiones, ſiue pro religionis catholicæ confirmatione, ſiue hæreticæ opinionis euerſione decerpere poſſunt. Hunc denique laborem boni decretorum profeſſores & aſſeclæ ingratum nequaquam habere poterunt: quem omnes (quos certè nactus eſt Gratianus percelebres) vident gloſſarios libenter nobis reliquiſſe. Nam hi licet gloſſas varias & quæſtiones pro controuerſiis forenſibus, quarum nullus eſt finis, ediderint dirimendis: nullus tamen in hoc ſtudij genere, quod præcipui erat negocij, verſatus eſt; vt contextum ad exemplarium veritatem reponeret, integrum redderet, demonſtraret à quibus concilijs decreta proficiſcerentur, iudicaretq; quibus auctoribus adſcribenda eſſent ſingula. Sed omnes ad quæſtiones conuerſi ſunt, pro quibus finiendis collectum fuerat hoc Gratiani opus. Proinde non mirum eſt, ſi ſæpius portentoſos caſus ac inſtitutoq; valde alienos confingant. nempe qui nec de quibus loquantur, nec quæ loquantur, cognoſcant. Huic tamen operi haud poſtremam manum apposuimus: vt quas dicunt rubricas, emendaremus, & falſos titulos ac peruerſas lectiones; quòd propediem hæc commentarijs præſtare curabimus, egerentq; fuſioribus ſcriptis, quàm ſimplex contextus & exiguus liber ferre poſſit. Neque tam repente ad perfectum perueniunt omnia. Oportuit igitur primum his minimis annotationibus, veluti quibuſdam præludijs, ſtudioſos præmonere, quibus iam præparatos ad id, quod futurum eſt, acceptandum paratiores habeamus. Quia facilè mihi benè ſperare licebit de reliquo, ſi hunc primum laborem probauerint, tuq; maximè eundem ad te confugientẽ pro tua humanitate benignè ſuſceperis. quem tibi libentius

fidentiuſq;

M.E.C.D. 2017

fidentiusq; suscipiendum tuoq; patrocinio protegẽdum offerimus: quòd te non minus decretorum, quàm sententiarũ sanctorum patrum studiosum esse cognoscimus. Quamobrem, sicut aliquando nobis per tuam erga omnes literatos beneuolentiam Petri Lombardi librum sententiarum, nostris laboribus restitutum ac illustratum, sub tuo nomine in lucem emittere licuit superioribus annis: ita nunc eodem fauore cõgruũ est valde, vt Gratiani opus decretorũ, te auctore, studiosi accipiant. Nam ita fiet, vt qui tibi multa debere sese ex priore beneficio ingenuè fatẽtur, ex hoc insuper copiosiori munere multo maiora tibi debeant, seseq; debere protestentur: gratiasq; tibi agant prorsus incredibiles, quòd duos tam celebres antiquorum monumentorum scriptores tuo munere acceperint, in cuius solius erat potestate positum, vt vtroque priuarentur vel abundarent. Quare meo vel studiosorum nomine vehementer orabo, obtestaborq; summam tuam dignitatem: vt hoc præclarum opus tua nobili suffultum auctoritate in lucem venire patiaris: quod si concesseris, me tibi deuinctum deuinctiorem reddes. Vale archipræsul præsulq; dignissime.

Ex Sorbonicæ familiæ collegio. octauo
Idus Ianuarij Anno 1547.

M.E.C.D. 2017

SCRIPTORVM ECCLESIA-

sticorum, operum, Pontificumq; Romanorum, Conciliorum item catalogus, è quibus hanc Decretorum farraginem Gratianus concinnauit.

SCRIPTORES ET OPERA.

ALbinus siue Alcuinus.
Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Basilius.
Beda
Benedictus abbas.
Canones Apostolorum.
Capitularia.
Capitulorum liber Caroli & Ludouici.
Cassiodorus
Chrysostomus.
Codex Iustiniani.
Constantini priuilegium.
Cyprianus.
Cyrillus.
Digesta.
Ecclesiastica historia.
Ennodius.
Eusebius Pamphili.
Eusebius Emisenus.
Gesta Romanorum pontificū.
Gregorius Nazianzenus.
Hermes.
Hieronymus.
Honorius imperator.
Institutiones iuris ciuilis.
Isidorus.
Isychius.
Iuo Carnotensis.
Nouellæ constitutiones Iustiniani.
Ordo Romanus.
Origenes.
Paulinus.
Petrus episcopus.
Pontificalis liber.
Prosper.
Rabanus
Tharasij Constantinopolitani epistola
Theodori Cantuariensis pœnitentiale.
Tripartita historia.

PONTIFICES.

Agatho.
Alexander secundus.
Anacletus.
Anastasius patriarcha.
Anastasius, secundus.
Anicetus.
Athanasius.
Antherus.
Benedictus.
Bonifacius martyr.
Bonifacius, tertius.
Caius
Calixtus.
Clemens, primus.
Cœlestinus, primus.
Cornelius.
Damasus, primus.
Deusdedit
Dionysius.
Eleutherius.
Euaristus.
Eugenius.
Eusebius.
Eutychianus.

Fabianus

M.E.C.D. 2017

Fabianus.
Felix,primus.
Felix,ſecundus.
Gelaſius,primus.
Gelaſius,ſecundus.
Gregorius,primus.
Gregorius,tertius.
Gregorius,quartus.
Gregorius,ſeptimus.
Hadrianus.
Higinus.
Hilarius.
Hormiſda.
Innocentius,primus.
Innocentius,ſecundus.
Ioannes,primus.
Ioannes,tertius.
Ioannes,ſeptimus.
Ioannes,octauus.
Iulianus.
Iulius,primus.
Leo,primus.
Leo,quartus.
Leo,nonus.
Liberius.
Lucius.
Macarius.
Marcellinus.
Marcellus.
Martinus,primus.
Milciades.
Nicolaus,primus.
Nicolaus, ſecundus.
Paſchalis,ſecundus.
Paſchalis,quartus.
Pelagius,primus.
Pelagius,ſecundus.
Pius.
Pontianus.
Sergius.
Siluerius.
Siluester.
Simplicius.
Sixtus,tertius.
Smaragdus.
Soter.
Sozimus.
Stephanus,primus.
Stephanus,tertius.
Stephanus,quintus.
Symmachus.
Syricius.
Teleſphorus.
Victor.
Vrbanus,primus.
Vrbanus,ſecundus.
Zacharias.
Zepherinus.
Zozimus.

CONCILIA.

Agathenſe.
Agrippinenſe.
Aluernenſe.
Ananetenſe.
Ancyritanum.
Anquirenſe.
Antiochenum.
Aphricanum,quartum.
Arelatenſe,primum
Arelatenſe,ſecundum.
Arelatenſe,tertium.
Auraſicenſe.
Aurelianenſe,primum
Aurelianenſe,tertium.
Aurelianenſe,quartum.
Beluacenſe.
Bracharenſe,primum.
Bracharenſe,ſecundum.
Bracharenſe, tertium.
Bylonenſe.
Cabilonenſe.
Cæſarauguſtanum.
Caroli imperatoris concilium
Chalcedonenſe.
Carthaginenſe; primum
Carthaginenſe,ſecundum.
Carthaginenſe, tertium.
Carthaginenſe,quartum.

Carta-

M.E.C.D. 2017

Carthaginenſe, quintum.
Carthaginenſe, ſeptimum.
apud Compendium conciliū.
Conſtantinopolitanum.
Elibertanum.
Epanenſe.
apud Fauentiam concilium.
Gangrenſe.
Gerundenſe.
Hilerdenſe.
Hiſpalenſe, primum.
Hiſpalenſe, ſecundum.
Hipponenſe.
Laodicenſe, quartum.
Leonis concilium.
Lugdunenſe.
Macienſe.
Maguntienſe.
Martini papæ capitula ſynodorum Græcarum.
Manetenſe.
Maticenſe
Matiſconenſe.
apud ſanctum Medardū concilium.
Mediomatricis concilium
Meldenſe.
[illegible]du Merech concilium
Mileuitanum.
Nanetenſe.
Nauatenſe.
Neocæſarienſe.
Nicenum.
Pariſienſe.
Remenſe.
Rhothomagenſe.
Romanum ſub Hadriano.
Romanum ſub Silueſtro.
Sardicenſe.
Spalenſe, ſecundum.
Tanſiatenſe.
Terraconenſe.
Triburienſe.
Toletanum, primum.
Toletanum, ſecundum.
Toletanum, tertium.
Toletanum, quartum
Toletanum, ſeptimum.
Toletanum, octauum.
Toletanum, nonum.
Toletanum, decimum.
Toletanum, vndecimum.
Toletanum, duodecimum.
Turonenſe.
apud Valentiam concilium.
Vaſenſe.
apud Vermeriam.
Vrbanenſe.
Vuarmatienſe.

M.E.C.D. 2017

SYNOPSIS COMPENDIA-

ria omniũ, quæ in hac Decretorũ rhapsodia κατὰ τίτλον tractantur.

PRIMA PARS.

Quæ centum & vnam distinctiones complectitur.

Distinctio I.

Hominem diuina & humana lege regi: Quid lex, mos, consuetudo, tractatur in genere.

Distinctio II.

Ius Quiritum, ac eiusdem partitio.

Distinctio III.

Constitutionum diuisio, & earundem partes, Canonem, Regulam, Priuilegium definit.

Distinctio IIII.

Legis causa, qualitas eiusdemque potestas. Leges moribus vtẽtium adprobat, contrarium ieiunio quinquagesimali exemplificat.

Distinctio V.

Ius naturale coæuum homini ac immutabile, contrarium de introitu mulieris in templum eiusque purgatione mouet.

Distinctio VI.

Ad quæstionem de pollutione, & aliis nocturnis imaginibus ex occasione obiter digreditur. Ad contrarium supra motum respondet.

Distinctio VII.

Legum conditores enumerat.

Distinctio VIII.

Differentia iuris naturalis à consuetudine & cõstitutione. Veritatem consuetudini præfert.

Distinctio IX.

Ius naturale constitutionibus anteponit. Sacram scripturã verã esse dicit, aliorum verò nisi sacræ scripturæ testimoniis, ratione, atque exemplis probetur, dubiam.

Distinctio X.

Imperatorũ leges in ecclesiasticis causis postponit canonibus.

Distinctio

M.E.C.D. 2017

Distinctio XI.

Consuetudinem fidei catholicæ consonam laudat.

Distinctio XII.

Consuetudinem rituum ecclesiasticorum indifferentium, seruandam adprobat.

Distinctio XIII.

Ius naturale est indispensabile.

Distinctio XIIII.

Rigor consuetudinis seu constitutionis nonnunquam relaxatur,& temperatur. In dubiis,& obscuris considerandum, ne quod præceptis Euangelicis, neque sanctorum patrum decretis aduersum inuenitur,sequamur.

Distinctio XV.

Quando canones generalium conciliorum cœperint.
Qui libri in ecclesia recipiantur,quíve vt Apocryphi reiiciãtur,ostendit & enumerat.

Distinctio XVI.

Canones Apostolorum adprobantut. Cõciliorum generalium catalogus describitur.

Distinctio XVII.

Conciliorum generalium congregandorum auctoritatem penes Apostolicam sedem esse.

Distinctio XVIII.

Concilia episcopalia, seu prouincialia ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum esse inualida: & non nisi metropolitanorum, & episcoporum consensu fieri posse, bisque aut saltem semel in anno celebrari debere.

Distinctio XIX.

Decretales epistolas, omnesque sanctorum patrum sanctiones,in quibus nihil Euangelicis præceptis contraire inuenitur,licet non omnes in canonum corpore insertæ sint, cum canonibus tamen conciliorum obseruandas esse probat.

Distinctio XX.

Conciliorum canonibus, Decretalib.epistolis in iudiciis prius deferendum:his verò deficientibus sanctorum patrum dicta consulenda docet.

Distinctio

M.E.C.D. 2017

Distinctio. XXI.

Ministrorum Ecclesiasticorum vocabula & nomina exponit. Romanum pontificem se non habere superiorem : & quod maior à minore iudicari, benedici, aut etiam maledici non possit.

Distinctio. XXII.

Primam sedem Romanæ esse ecclesiæ, Secundam Alexandriæ, Tertiam Antiochiæ.

Distinctio. XXIII.

Quo pacto episcopus, & omnes ecclesiæ ministri ordinari, versariqúe debeant, ostendit.

Distinctio. XXIIII.

Ordinandi prius examinentur.

Distinctio. XXV.

Officia & ministeria omnium clericorum ordine repetit, obiter quædam de purgatorio igne differens.

Distinctio. XXVI.

Digamum in sacerdotem ordinari non debere, non quia secundam accipiendo vxorem deliquerit, sed quia prærogatiua exutus est sacerdotis.

Distinctio. XXVII.

Qui vxores habent, vel accipere volunt, nec diaconos, nec sacerdotes fieri posse, nisi continentiam profiteantur.

Distinctio. XXVIII.

Ordinandi sacris continentiam profiteantur.

Distinctio. XXIX.

Capitula, regulæ & canones sanctorum patrum pro tempore, loco & persona, & negocio, instante necessitate sunt considerandæ : nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculi curandi.

Distinctio. XXX.

Manichæi, qui coniugium & cætera detestabantur in Gangrensi concilio ex causa & tempore anathematizantur.

Distinctio. XXXI.

Multa ex temporis circunstantia constituuntur.

Distinctio. XXXII.

Omnibus in sacris ordinibus constitutis continentiam seruandam esse concludit. Concubinas habentium clericorum sacramenta vitanda suader, vt verecundia suffusi resipiscant.

Distinctio. XXXIII.

Non modo digamos, sed & qui præter vxorem concubinam post baptisma habuerint, sacerdotes fieri non posse.

Distinctio. XXXIIII.

Episcopus mulierum consortia vitet, & à venatione abstineat.

Distinctio. XXXV.

M.E.C.D. 2017

Episcopos & ecclesiasticos sobrios esse oportet.

Distinctio XXXVI.

Prælatis bonam conuersationem,& morum honestatem non sufficere,nisi addatur doctrinæ scientia.

Distinctio XXXVII.

Clericis gentilium libros, nisi quatenus vtilia inuenerint,legere non licere.

Distinctio XXXVIII.

Ignorantiam cùm laicis, tum maximè clericis obesse.

Distinctio XXXIX.

Episcopum oportere, non solum in spiritualibus, sed etiam in secularibus negociis esse peritum.

Distinctio XL.

Episcopos & clericos virtutibus ornatos esse debere. Sacerdotem non loca,sed vitam & mores sanctum facere.

Distinctio XLI.

Clericos habitu, incessu, & cibo & potu professionem suam modestam probare debere.

Distinctio XLII.

Sacerdotem etiam hospitalem esse oportere, non curiosum, sed citra curiositatem instar Abraham omnes recipere.

Distinctio XLIII.

Sacerdotem esse discretum oportere, ne in prædicatione aut tacenda proferat,aut dicenda taceat.

Distinctio XLIIII.

Clericos decet tam in priuatis, quàm solennibus conuiuiis ingluuiem auiditatemque fugere.

Distinctio XLV.

Percussorem episcopũ esse prohibet. Quatenus quis Christianus ad fidem cogendus sit, & castigandi temperamentum ostendit.

Distinctio XLVI.

Litigiosos in episcopos non ordinandos.

Distinctio XLVII.

Cupidos,vsurarios, eosque qui suæ domui præesse nesciunt, ordinari non debere.

Distinctio XLVIII.

Neophytos in episcopos ordinari prohibet.

Distinctio XLIX.

Vitia quibus carere debet,qui offert panes deo suo Leuit.21. exponit.

Distinctio L.

Clerico post lapsum magnum ad altiores gradus ascendere vix licere, multis,pro,& cõtra,scripturis ac auctoritatibus differit. De homicidio & pœnitentia quædam interserit.

Distin-

M.E.C.D. 2017

Distinctio LI.

Curiales, milites, in foro decertantes à sacris ordinibus prohiberi.

Distinctio LII.

Præposteros ordines in ecclesia non admitti.

Distinctio LII.

Curiales, milites & forenses quominus ordinentur, rationem dicit.

Distinctio LIIII.

Quando serui, & liberi ad clericatū assumi possint, explicat.

Distinctio LV.

Corpore vitiati quatenus ad officia sacra admittuntur.

Distinctio LVI.

Presbyterorum filios ad sacra officia non esse admittendos.

Distinctio LVII.

Aegritudne vrgente baptizatum ordinari non debere, quia fides sua non præsumitur voluntaria.

Distinctio LVIII.

Monachum ad ecclesiasticum officium non assumi citra consensum abbatis.

Distinctio LIX.

Rudes & idiotæ non ordinentur. Sacerdotem per singulos ordinum gradus, non per saltum ordinari debere.

Distinctio LX.

Archiepiscopus, archipresbyter, episcopus, præpositus, decanus ex quibus ordinibus sint eligendi, docet.

Distinctio LXI.

Episcopum eligēdum ecclesiæ, in qua per omnia officia transegit ætatem: si verò dignus reperiri non potest, tunc aliunde aliquem postulari posse.

Distinctio LXII.

Episcopos à clericis eligendos, à populo verò expetēdos esse.

Distinctio LXIII.

Laicos nullo modo se debere electioni inserere, consentire autem posse dicit.

Distinctio LXIIII.

Episcopus à tribus episcopis consentiente metropolitano est ordinandus.

Distinctio LXV.

Contradicentibus nonnullis in ordinatione episcopi sententia plurimorum obtineat.

Distinctio LXVI.

Episcopum à tribus, Archiepiscopum verò ab omnibus suæ prouinciæ episcopis ordinari.

Distinctio LXVII.

M.E.C.D. 2017

Presbyteros & corepiſcopos ab vno epiſcopo, omnesque ieiuno ſtomacho ordinari debere.

Diſtinctio LXVIII.

Eccleſiam non iterum conſecrandam, niſi ex cauſa. Chorepiſcopi & Epiſcopi differunt.

Diſtinctio LXIX.

Ordines inferiores à quibus conferantur.

Diſtinctio LXX.

Nullus abſolutè, id eſt, ſine titulo ordinandus.

Diſtinctio LXXI.

Clericos ab epiſcopo alterius ciuitatis non eſſe ordinandos.

Diſtinctio LXXII.

Dimiſſorias literas niſi rogatus non tribuat epiſcopus. Clericum alienum ſine epiſcopi ſui epiſtola dimiſſoria à nemine retinere debere. Lectores, Pſalmiſtas & oſtiarios nomen retinere clerici.

Diſtinctio LXXIII.

Dimiſtoriæ literæ quomodo fiant.

Diſtinctio LXXIIII.

Ordines ſuſcipere, aut ſuſceptos augere, inuitum neminem cogendum.

Diſtinctio LXXV.

Temporibus certis, præſertim ſabbati die, & cum ieiunio ordinationes fieri debere.

Diſtinctio LXXVI.

Quibus temporibus ieiunia ſint ſeruanda.

Diſtinctio LXXVII.

Ordines ſacri per interualla temporum conferantur.

Diſtinctio LXXVIII.

Qua ætate eccleſiaſtici ſint ordinandi.

Diſtinctio LXXIX.

Pontificis ſummi electio eſt Cardinalium & ſpiritualium populorum, electio verò domini.

Diſtinctio LXXX.

Quibus locis prælati eccleſiæ præficiantur.

Diſtinctio LXXXI.

Criminoſi non ordinentur, & ordinati deponantur.

Diſtinctio LXXXII.

Pauperibus neceſſaria largiri epiſcopi intereſſe. Deinde ruſſus in fornicarios inuehitur.

Diſtinctio LXXXIII.

Conſentientes, & peccatis alienis fauentes non ordinentur.

Diſtinctio LXXXIIII.

Pauperes iterum commendat epiſcopis. Caſtitatem ſeruandam: presbyter quid ſit explicat.

Diſtinctio

M.E.C.D. 2017

Distinctio LXXXV.

Episcopum hospitalem, non tenacem esse debere.

Distinctio LXXXVI.

Episcopum oportere esse doctorem, non negligentem, sed largum, liberalem, misericordem, non venatorem, non percussorem.

Distinctio LXXXVII.

Episcopi sint viduarum, orphanorum, pauperum protectores.

Distinctio LXXXVIII.

Sacerdotibus negociationes esse prohibitas. Mercatores obiter tractat.

Distinctio LXXXIX.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi debere.

Distinctio XC.

Litigiosos, discordes, murmurantes, contentiosos non esse ordinandos.

Distinctio XCI.

Clericum absque officij sui detrimento artificiolum, seu agriculturam, aut literas exercere debere, non ociosum in foro deambulare, non interemptorem agere.

Distinctio XCII.

Clericos magis corde quàm voce canere. Episcopos à parœcia sua electos debere sustinere quid de eis sanctum velit iudicare concilium.

Distinctio XCIII.

Obedientiam maiori à minore in omnibus deberi ordinibus.

Distinctio XCIIII.

Papam etiam subdiacono sua posse committere negocia. Archidiaconum in presbyteros per cupiditatem & auaritiam nihil posse præsumere.

Distinctio XCV.

Episcopos presbyteris esse maiores.

Distinctio XCVI.

Laicis nullam de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi facultatem attribui. Priuilegium Constantini imperat.

Distinctio XCVII.

Constitutiones à laicis, vel etiam imperatoribus de rebus ecclesiasticis pro infectis haberi, nisi subscriptione Romani pontificis fuerint roborata.

Distinctio XCVIII.

Transmarinos & peregrinos homines, nisi quinque episcoporum habeant testimonia, non esse ordinandos.

Distinctio XCIX.

M.E.C.D. 2017

Patriarchæ & primates ſunt quidem diuerſorum nominum, ſed eiuſdem officij, quibus archiepiſcopi obediant.

Diſtinctio C.

Pallium, quod ad epiſcoporum conſecrationem, & miſſarum ſolennia pertinet, expeti atque percipi oportere.

Diſtinctio CI.

Metropolitanos epiſcopos duos in eadem prouincia eſſe non poſſe.

DECRETORVM PARS SECVNDA

Cauſas complectitur ſex & triginta.

Cauſa prima ſeptem tractat quæſtiones.

Quæſtio prima concludit.

Sacramenta, & alia ſpiritualia emere peccatum eſſe ſimoniacum. Sacramenta poſſe conferri ab hæreticis eadem forma, ſed nõ eodem effectu. Sacramenta alia eſſe dignitatis, alia neceſſitatis.

Quæſtio II.

Pro ingreſſu religionis nihil eſſe exigendum: poſt ingreſſum verò aliquid offerre non prohiberi.

Quæſtio III.

Non modo eos qui eccleſiaſticas res, ſed etiam temporales eis annexas pretio accipiunt, ſimoniacos eſſe.

Quæſtio IIII.

Paternum crimen ignoranti filio non imputari.

Quæſtio V.

Paruulos adhuc parentum pecunia præbendas adipiſcentes ex miſericordia in eis miniſtrare permitti.

Quæſtio VI.

Electus ignorans, pecunia ab aliis pro electione data, excuſatur.

Quæſtio vltima.

Renunciantem ſuæ hæreſi, pietatis, neceſſitatis, & vtilitatis cauſa, in ſua dignitate recipi poſſe.

Cauſa ſecunda octo tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Sine iudiciario ordine neminem eſſe damnandum.

Quæſtio II.

Expoliatum ante iudicem ſtare non poſſe.

Quæſtio III.

In accuſatione deficientem infamiæ iacturam, id eſt, exiſtimationis diſpendium ſuſtinere.

Quæſtio IIII.

Teſtimonio duorum vel trium, epiſcopum conuinci, vel damnari poſſe.

Quæſtio V.

Accuſa-

M.E.C.D. 2017

Accusatoribus deficientibus ad purgationem reum non esse cogendum.

Quæstio. VI.

Causam vitiatam appellationis remedio subleuari posse. Appellationes verò non confidentia iustæ causæ, sed causa differendæ moræ factas recipi non posse.

Quæstio VII.

In accusatione maiorum, laicos, monachos, & quoslibet inferiores audiendos.

Quæstio vltima.

Accusationem à præsenti accusatore inscriptionis vinculo fieri debere.

Causa tertia vndecim tractat quæstiones.

Quæstio I.

Expoliatos, officio iudicis ante omnia restituendos.

Quæstio II.

Post integram restitutionem expoliato prius quàm accusantium propositionibus respondeat, anniuersarias, vel sex mensium indùcias indulgendas.

Quæstio III.

Post vocationem venientem ad iudicium viginti dierū gaudere induciis.

Quæstio IIII.

Illegitimè coniunctos, infames, raptores, conspiratores, anathematizatos, apostatas, insidiatores, detractores, sacrilegos in nullius accusatione esse recipiendos.

Quæstio V.

Inimicos accusantes aut testificantes, seu iudicantes non esse audiendos, neque admittendos.

Quæstio VI.

Causam ibi, vbi crimen admittitur, agendam esse.

Quæstio VII.

Iudicaturos alios prius seipsos iudicare, id est, à crimine mundos esse debere.

Quæstio. VIII.

Episcopum non nisi à pluribus audiri, iudicarique debere.

Quæstio IX.

Absentem per alium accusare, aut accusari non posse.

Quæstio X.

Accusatores seu testes, in primo capitulo deficientes, ad sequentia admitti non debere.

Quæstio vltima.

Accusationem ab accusato in accusatorem non vertendam.

Causa quarta sex tractat quæstiones.

Quæstio I.

M.E.C.D. 2017

Excommunicatos aliosque criminoſos, accuſare alios non poſſe,antè, quàm pœniteant, proprioq; crimine exuantur.

Quæſtio II.

Teſtem intra decimumquartum ſuæ ætatis annum in criminali cauſſa non admittendum.

Quæſtio III.

Qui ad accuſandum non admittuntur, eos & teſtimonium dicere prohiberi.

Quæſtio IIII.

Accuſatorem, iudicem, ſimul & teſtem eundem eſſe non poſſe.

Quæſtio V.

Accuſatum ad cauſam ſuam dicendam euocatum non occurrentem à communione ſuſpendendum.

Quæſtio vltima.

Accuſatorem culpabilem, non niſi in propria deinde cauſſa admittendum.

Cauſa quinta ſex tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Famoſum ſcribentem libellum,aut flagellandum,aut anathematizandum eſſe.

Quæſtio II.

Venientem fortè ad ſynodum epiſcopum, accuſanti, niſi ſuo tempore canonicè vocatus fuerit, reſpondere non cogi.

Quæſtio III.

Abſentem per procuratorem defendi poſſe.

Quæſtio IIII.

Epiſcopum,niſi in legitima ſynodo,audiri,vel iudicari, damnárive, non debere.

Quæſtio V.

Maleuolum non eſſe iudicandum, qui crimen alterius indicat.

Quæſtio vltima.

Crimen falſò inferenti, aut lingua capulanda, aut caput amputandum.

Cauſa ſexta quinque tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Accuſare,detrahere,obtrectare, ſummam eſſe iniquitatem.

Quæſtio II.

Alieni ſceleris conſcium,quandiu probare id non poteſt,proferre nihil debere.

Quæſtio III.

Suum quemque iudicem audire,non alienum experere oportere,niſi appellationis tempore.

Quæſtio IIII.

Epiſco-

M.E.C.D. 2017

Episcopis iudicibus inter se discrepantibus, vicinæ prouinciæ metropolitanum diiudicantem audiendum, quo repudiato, primati definienti contradicendum non esse.

Quæstio vltima.

Deficiente accusatore reum ad probandum non cogi.

Causa septima duas tractat quæstiones.

Viuenti episcopo, alium, nisi ex causa, surrogari, aut superordinari non posse.

Episcopum episcopatus labore relicto, non debere monachi otium & quietem quærere.

Episcopo à subditis obstinatis licet recedere.

Quæstio vltima.

Morbo caduco frequenter laborantem à regimine, & missæ celebratione suspendendum.

Causa octaua quinque tractat quæstiones.

Quæstio I.

Episcopo successorem sibi, nisi consensu ecclesiæ, instituere non licere.

Quæstio II.

In electione nulla personarum patrocinia conualescere.

Quæstio III.

Eligendum episcopum de dando aut remittendo aliquid, iurare non teneri: Electum verò de bonis ecclesię conseruandis rectè iurare.

Quæstio IIII.

Clericis ab episcopo suo ante sententiæ tempus, pro dubia suspicione non discedendum.

Quæstio vltima.

Episcopos accusatos sine literis à sede apostolica formatis reuerti non debere.

Causa nona tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Ordinationem ab excommunicatis celebratam, esse irritam.

Quæstio II.

Clericos, sine propriæ regionis episcopi literis, alieno episcopo ordinare non licere.

Quæstio vltima.

Archiepiscopum sui suffraganei clericos illo inconsulto sine tamen præsumptione, & temeritate, damnare, vel absoluere posse. Roma. pontificē à nemine, nisi à Deo posse iudicari.

causa decima tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Ecclesias cum omnibus rebus suis, non ad laicos, sed ad episcopum, & clericos pertinere, Visitationis onus Episcopis incumbere.

M.E.C.D. 2017

Quæstio II.

Episcopum rerum ecclesiasticarum custodem, & dispensatorem, non alienatorem esse.

Quæstio III.

Episcopum pro honore cathedræ suæ plus duobus solidis posse tollere.

Causa undecima tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Clericum apud seculares iudices non esse accusandum.

Quæstio II.

Clericum non posse ad seculare iudicium pertrahi.

Quæstio vltima.

Episcopi sententiam siue iustam siue iniustam timẽdam, non contemnendam. Cum excommunicatis non esse communicandum.

Causa XII. *quinque tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Clericos debere omnia habere communia magis quàm propria.

Quæstio II.

Ecclesiæ res non nisi pro pauperibus nutriendis, & captiuis redimendis alienari posse.

Quæstio III.

Clerici ante ordinationem nihil habentis, bona post ordinationem adquisita, mortis tempore nisi de iis disposuerit, ecclesiam vindicare.

Quæstio IIII.

Ex propriis bonis, & bonis ecclesiæ à clericis adquisita compensatione æquari.

Quæstio vltima,

Episcopum res ante episcopatum adquisitas testamento cui vult, conferre posse. Intestato autem defuncto Ecclesiam succedere.

Causa XIII. *duas tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Decimarum ius rebus prædialibus quocumque modo translatis, transferri non posse.

Quæstio vltima.

Præscriptione temporis percipiendi decimas, & funerandi ius tolli. Pro sepulturæ loco nihil exigendum. Mortuis viuentium preces prodesse.

Causa XIIII. *sex tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Clericis licere sua repetere.

Quæstio II.

Cleri-

M.E.C.D. 2017

Clericos in causa ecclesiæ testes esse posse.

Quæstio III.

Vsuram esse, quidquid vltra sortem exigitur.

Quæstio IIII.

Non vsuram exigi posse.

Quæstio V.

De vsuris, & malè quæsitis restituendis eleemosynam fieri non posse.

Quæstio vltima.

Peccatum non dimitti, nisi ablatum restituatur.

Causa decimaquinta octo tractat quæstiones.

Quæstio I.

Alienata mente, seu non voluntariè facta non imputari.

Quæstio II.

Pro impensis patrociniis clericos nihil debere exigere.

Quæstio III.

Ex mulieris confessione clericum, nisi in crimine maiestatis condemnari non posse.

Quæstio IIII.

Die dominico, & aliis festis causas non ventilandas.

Quæstio V.

Accusatoribus, & testibus deficientibus iuramenti sufficere purgationem.

Quæstio VI.

Confessionem cruciatibus non esse extorquendam.

Quæstio VII.

Sacerdotem absque synodali audientia non damnari.

Quæstio vltima.

Clericum corporale peccatum committentem non posse offerre.

Causa XVI. *septem tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Monachos clericos clericorum officia peragere posse. Decimas semper antiquioribus ecclesiis esse persoluendas.

Quæstio II.

Parœcias monachorum abbatis consensu sacerdotibus committendas.

Quæstio III.

Aedificando Ecclesiam episcopum in alieno territorio ius consecrandi non vindicare.

Quæstio IIII.

Præscriptione temporis iura tolli.

Quæstio V.

Monasteria non nisi quadraginta annis præscribi.

Quæstio VI.

Ecclesiæ

M.E.C.D. 2017

Ecclesiæ debita sine iudicis auctoritate repeti non posse.

Quæstio vltima.

Fundatores ecclesiarum in bonis ecclesiæ sine consensu episcopi, nihil iuris præsumere posse.

Causa XVII. *quatuor tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Vota deo necessariò reddenda.

Quæstio II.

Votum religionis ante annum probationis non tenet.

Quæstio III.

Abbati semel subiecto abire retro non licere.

Quæstio vltima.

Abire è religione volenti sua non reddenda, sed dimittenda esse, ne peius sequatur.

Causa XVIII. *duas tractat quæstiones.*

Quæstio I.

Abbatem episcopum electum adquisita monasterio relinquere debet.

Quæstio vltima.

Abbatem ab episcopo esse eligendum, & ordinandum.

Causa decimanona tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Episcopum clerico monasterij ingressum negare non posse.

Quæstio II.

Clericum episcopo etiam inuito monasterium ingredi posse.

Quæstio vltima.

Canonici regulares ad monasteria transire prohibentur.

Causa vigesima quatuor tractat quæstiones.

Quæstio I.

Monachum aut paterna deuotione, aut propria fieri professione.

Quæstio II.

Monasteria ante pubertatis annos sua sponte ingressos parentes reuocare posse.

Quæstio III.

Ad religionem inuitus nemo cogendus.

Quæstio vltima.

Ab vno monasterio in aliud districtius ire licere.

Causa vigesimaprima quinque tractat quæstiones.

Quæstio I.

Clericum in duabus ecclesiis non posse conscribi.

Quæstio II.

Clericum sua ecclesia relicta, ad aliam sine dimissoriis literis transire non posse.

Quæstio III.

Cleri-

M.E.C.D. 2017

Clericum ſecularium negociorum procuratorem eſſe non poſſe.

Quæſtio IIII.

Veſtitum clerici aut vilem, aut mediocrem eſſe debere.

Quæſtio vltima.

Clericos in cauſis ad ſecularem iudicem confugientes, eccleſiæ communione priuandos.

Cauſa vigeſimaſecunda quinque tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Iuſiurandum non ob veritatis confirmationem, ſed periurij periculum prohiberi.

Quæſtio II.

Credentem iuranti nequiter decipere periurium eſſe.

Quæſtio III.

Epiſcopo, niſi ſententia condemnato conſueta, obedientiam eſſe iurandam.

Quæſtio IIII.

In malis promiſſis fidem non eſſe ſeruandam.

Quæſtio vltima.

Compellentem, & compulſum peierare periurium eſſe vtrumque.

Cauſa vigeſimatertia octo tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Militare non eſſe dilectum.

Quæſtio II.

Bellum iuſtum eſſe, quo iniuria quocumque modo vlciſcitur.

Quæſtio III.

Iniuriam ſociorum auxilio amore iuſtitiæ propulſari poſſe.

Quæſtio IIII.

Vindictam non amore ipſius vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ inferendam.

Quæſtio V.

Malos à legitima poteſtate impunè poſſe interfici.

Quæſtio VI.

Malos ad bonum eſſe cogendos.

Quæſtio VII.

Ab hæreticis malè poſſeſſa, à catholicis iuſtè auferri poſſe.

Quæſtio vltima.

Epiſcopis à principibus defenſionem eccleſiæ poſtulare licere.

Cauſa vigeſimaquarta tres tractat quæſtiones.

Quæſtio I.

Extra eccleſiæ vnitatem neminem poſſe excommunicari.

Quæſtio II.

Nemi-

M.E.C.D. 2017

Neminem post mortem excommunicãdum nisi hæreticum.

Quæstio vltima.

Pro alicuius peccato, non totam eius familiam esse excommunicandam.

Causa vigesimaquinta duas tractat quæstiones.

Quæstio I.

Canones esse seruandos saluis Papæ priuilegiis.

Quæstio vltima.

Priuilegia non ita seruanda, vt eis iustis ex causis interuenientibus derogari non possit.

Causa vigesimasexta septem tractat quæstiones.

Quæstio I.

Sortilegos esse, qui per sortes, aut scripturarũ inspectionem diuinant, futuraque promittunt.

Quæstio II.

Sortibus, diuinationibus, auguriis, magicis, & mathematicis non esse credendum.

Quæstio III.

Diuinationis genus à Persis allatum esse fertur.

Quæstio IIII.

Diuinationis duo genera esse, artem, & furorem.

Quæstio V.

Sortilegos esse excommunicandos.

Quæstio VI.

Sacerdotem inconsulto à quo excommunicatus est episcopo, pœnitentem reconciliare non posse, nisi vltima cogat necessitas.

Quæstio vltima.

Viuis non morituris imponenda pœnitentia. Dies, menses, & & annos non esse superstitiose obseruandos.

Causa vigesimaseptima duas tractat quæstiones.

Quæstio I.

Vouentes castitatem matrimonia contrahere non posse.

Quæstio vltima.

Desponsam alteri, alterũ in matrimonium accipere nõ posse.

Causa vigesimaoctaua tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Coniugium esse etiam inter infideles.

Quæstio II.

Vxore infideli discedente, aliam duci non posse.

Quæstio vltima.

Digamum etiam esse qui ante baptisma vxorem habuit, & post baptisma alteram.

Causa vigesimanona duas tractat quæstiones.

Quæstio I.

Inter

M.E.C.D. 2017

Inter eam & eum, qui putabatur esse sponsus, & tamen non erat, non posse esse coniugium.

Quæstio vltima.

Fœminam ingenuam, quæ seruo sciens nupserit, non posse discedere.

Causa trigesima quinque tractat quæstiones.

Quæstio I.

Suscipientem filium suum de baptismate non ideo ab vxore separari.

Quæstio II.

Coniugium in cunabulis contractum ante annos discretionis non tenere.

Quæstio III.

Inter proximos spirituales non posse fieri matrimonium.

Quæstio IIII.

Relictam compatris vxoris suæ nullum in coniugium ducere posse.

Quæstio vltima.

Coniugia manifestè non occultè fieri debere: incerta enim de incertis esse iudicia.

Causa trigesimaprima tres tractat quæstiones.

Quæstio I.

Adulterio pollutam ab adultero, priore marito sine suspicione mortuo, duci posse.

Quæstio II.

Matrimonia non coacta, sed libera esse debere.

Quæstio vltima.

Parentes non debere sponsaliorum fidem frangere.

Causa trigesimasecunda octo tractat quæstiones.

Quæstio I.

Meretricem, nisi spem habeas resipiscentiæ, vxorem ducendam non esse.

Quæstio II.

Vxorem non modo prolis, sed etiam incontinentiæ causa duci posse.

Quæstio III.

Aui ingenui electionem in nepte elocanda filio originario præiudicare.

Quæstio IIII.

Ex ancilla vxore viuente non licere liberos quærere.

Quæstio V.

Pudicitiam violenter eripi non posse.

Quæstio VI.

Adulterum adulteram dimittere non posse.

Quæstio VII.

M.E.C.D. 2017

Vna vxore dimissa aliam duci non posse.

Quæstio vltima.

Vxore priore relicta, aliã prętextu religionis ducere nõ licere.

Causa trigesimatertia quinque tractat quæstiones.

Quæstio I.

Impossibilitatẽ reddendi debitum coniugale vinculũ soluere.

Quæstio II.

Nemini licere propria auctoritate vxorem dimittere. Quæstio tertia septem habet distinctiones.

De Pœnitentia, distinctio prima.

Sola cordis contritione, & secreta satisfactione, absque oris confessione (quemadmodum tenet ecclesia) Deo satisfieri non posse.

Distin. II.

Sicut nemo repente fit summus, ita neminem statim perfectam posse habere charitatem, sed quasi de virtute in virtutem subinde augendam & perficiendam esse.

Distin. III.

Pœnitentiam generalẽ non modo semel, id est, ab initio, veluti in baptismate, aut primo conuersionis tẽpore, sed semper iteratam, subindeque repetitam vtilem & efficacem esse.

Distin. IIII.

Bona, quæ peccato moriuntur per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium.

Distin. V.

In pœnitẽtia criminis qualitatem secundum locum, tempus, personam, perseuerantiam & varietatem considerandã esse.

Distin. VI.

Sacerdotem, cui peccata sunt confitenda, debere esse scientem ligare, & soluere.

Distin. vltima.

Melius esse sanum pœnitere, quàm pœnitentiam in vltimum vitæ articulum differre.

Quæstio IIII.

Orationis, & ieiunij tempore à coniuge abstinendum esse.

Quæstio vltima.

Coniuges sine mutuo consensu continentiã vouere nõ posse.

Causa trigesimaquarta duas tractat quæstiones.

Quæstio I.

Adulterij ream esse, quę viuente viro nubit alteri.

Quæstio vltima.

Mulierem absente viro nubentem alteri ad redeuntem virum cogi redire.

Sententia pastoris.11.q.3. 566
Sententiam Romanæ 1162
Senatusconsultum 5. Senti 577

Sæpe

M.E.C.D. 2017

Sæpe contingit.di.50. 179
Sæpe contingit.2.q.5. 409
Sæpe fit.12.q.2. 624
Sæpe malorum.28.q.1. 969
Sæpe principes.23.q.8. 857
Sæpe sevitia.distinct.4.1. 135
Septuaginta 46
Septies in die 1094
Sequitur non. di.45. 152
Sequitur in epistola.di.46. 152
Sequitur in vtraque.di.26. 88
Sequitur non percussorem.di.145. 145
Sequitur secunda 357
Sequitur secunda.27.q.2.
Sequitur sexta.2.q.6. 410
Seruatis priuilegiis 904
Seruanda est 104
Seruetur 583
Serui autem 188
Seruitium 738
Series consanguinitatis 1148
Seriatim 109
Serpens decepit 1046
Sex differentiæ 792
Sexaginta 40
Sexto die 119
Sexta actione.15.q.7. 667
Sexta synodus.di.16. 43
Sextam sanctam.de consec.di.3. 1221
Sextam synodum.dist.16. 41
Si accusatorum.3.q.10. 471
Si accusatorum.4.q.6. 479
Si ad scripturas 18
Si ad peccatum.12.q.4. 775
Si ad matris.de conse.di.4. 1250
Si agamus 1054
Si aliquid.22.q.4. 775
Si aliquid.22.q.4. 773
Si aliqua causa 761
Si aliquis 927
Si apostolus 1090
Si apud 832
Si audieris 833
Si auerterit 1116
Si autem aliquis.9.q.3. 536
Si autem necdum.36.q.2. 1168
Si autem presbyteri.15.q.7. 668
Si autem prouocatum.2.q.6. 422
Si autem sine.17.q.4. 718
Si autem vobis.11.q.3. 569
Si baptizata est 2257
Si causa 1128
Si clericus 564
Si clerici 558
Si clericatus 677
Si concupiscentia 658
Si consuetudinem 15
Si credis 1214 Sic autem 326
Sic decet 908 Sic enim 965
Sic non sunt 1010 Sic omnes 256
Sic populus 338
Sic quippe 958 Sic viue 676
Sicut apostoli 569
Sicut Achab 1097
Sicut ait ibidem
Sicut alterius 512
Sicut antiquitus 719
Sicut bonum 933
Sicut Christus 337
Sicut crudelis 996
Sicut diœcesim 696
Sicut domini 710
Sicut ecclesia 616
Sicut enim 1014
Sicut enim 559
Sicut episcopum 358
Sicut ergo 1162
Sicut est verus 1213
Sicut eunuchus 325
Sicut excellentiam 821
Sicut semina 1003
Sicut ficti 326
Sicut hi 156
Sicut inquit 441
Sicut in sacramentis 1262
Sic in sanctificando. 1185
Sicut in vnaquaque 763
Sicut Iudas 1204
Sicut is 375
Sicut Neophytus 159
Sicut non alij 1172
Sicut non est 802
Sicut non omnis 1000
Sicut non suo 153
Sicut nostis 1240
Sicut omnino 607
Sicut primi 2058
Sicut quædam 32
Sicut quæuis 306
Sicut qui 720
Sicut qui monasteria 745
Sicut sacerdotes 426
Sicut sancti 34
Sicut satius 1009
Sicut semel 229
Sicut semina 1003
Sicut seta 1073
Sicut sine 387
Sicut stellas 128
Sicut tribus 1073
Sicut vir 503 Sicut viri 132
Sicut vrgeri 330
Sicubi 629 Si cui etiam 1041
Si cuius patruus 1164
Si cuius vxorem 115
Si cupis 671
Si custos 938
Si de area 914
Si decreta 61
Si de rebus 845

M.E.C.D. 2017

Si diaconus 255
Si dicat vir 1130
Si dominus 587
Si ducturi 1018
Si duo fortè. di.79. 250
Si duo fratres dist.50. 180
Si duo viri.35.q.6. 1155
Si ea de quibus 822
Si ea destruerem 903
Si ecclesia 818
Si ægrotans 481
Si enim 958
Si enim de pœnitent.di.2. 1078
Si eos de quibus 1261
Si episcopus.di.50. 164
Si episcopus fortè.11.q.3. 567
Si episcopus.3.q.2. 449
Si episcopus.11.q.3. 575
Si episcopus.16.q.3. 698
Si episcopus.12.q.2. 624
Si episcopus Metropo. di.18. 53
Si episcopus.12.q.5. 629
Si episcopo 409
Si episcopum 704
Si episcoporum 758
Si ergo 525
Si euangelica 198
Si ex bono 1108
Si ex laicis 540
Si expositus 273
Si fœmina 976
Si fœneraueris 646
Si fortè.di.63. 224
Si fortè de pœnitent.di.1. 1037
Si fortè. 17.q.4. 721
Si fortè.di.65. 228
Si fortè.21.q.5. 757
Si fortassis 705
Si fur aut latro 643
Si gens Anglorum 201
Significastis 340
Signum est 1193
Si habes 880
Si hæreticus 430
Si homo.35.q.2.&.3. 1243
Si homo.27.q.1. 939
Si homicidium 835
Si igitur 884
Si ille qui 182. Si illic 808
Si imperator 303
Si in adiutorium 22
Si infidelis.28.q.2. 970
Si infidelis.28.q.1. 963
Si in laicis 127
Si inimicus est.di.93. 285
Si inimicus.11.q.3. 569
Si in morte 852
Si in plebibus 217
Si in qualibet 746
Si inter bonos.de conf.di.4. 1228
Si inter episcopos.6.q.4. 497
Si is qui præst.11.q.3. 589
Si is quis.23.q.4. 808
Si iubet 925 Si Iudas 1108
Si iustus 325
Si iuxta apostolum 128
Si laicus 102
Si laici vxor 115
Si lapsis 163
Si legitimi 404
Silvester 555
Si mala fama 404
Symbolum 1240
Si Merropolitanus 497
Similiter.3.q.5. 450
Similiter.16.q.1. 688
Simili modo 962
Similem dei 1076
Si monachus 675
Si motum fuerit 1173
Si mulier 8
Sine exceptione 617
Sine literis 529
Sine ornatu 756
Sine pœnitentia 1248
Si non sunt 1189
Si non sanctificatur 1242
Si non ex fidei 821
Si non licet 828
Si nulla.de conse.dist.4. 1250
Si nulla.23.q.8. 850
Singuli autem 1210
Singula ecclesiastici 277
Si nupserit 91
Sint manifestæ 600
Sint tibi quotidiana. de con.di.5.1267
Sint tibi ieiunia. de conse.di.5. 1268
Si officia 203
Si omnia in hoc seculo 489
Si papa 131. Si pater 984
Si Paulus 1014
Si peccatum esset.22.q.1, 761
Si peccatum Dauid. de pœ.di.1. 1057
Si peccauerit 394
Si per ordinationem 214
Si per sortiarias 1028
Si per negligentiam 1192
Si Petrus.24.q.1. 864
Si Petrus.8.q.1. 520
Si plures 714
Si post ordinationem 166
Si presbyter.1.q.1. 333
Si presbyter.26.q.6. 928
Si primates 482
Si priuatum 603
Si propterea.23.q.5. 834
Si propterea. de pœnit.dist.1. 1041
Si publicis 772
Siqua de rebus.12.q.2. 615
Siqua fœmina.di.50. 178

M.E.C.D. 2017

Siqua fuerit.31.q.1. 990
Siqua monachorum.27.q.1. 941
Siqua mulier.35.q.10. 1164
Siqua mulier.31.q.1. 990
Siqua mulier.di.30. 98
Siqua mulier.de conse.di.4. 1251
Siqua mulier.di.30. 99
Siqua mulier.19.q.3. 742
Siqua vidua.di.28. 95
Siqua virgo.27.q.1. 940
Siquando.de Pœnitent.di.3. 1106
Siquando.2.q.6. 423
Si quandoque à sacerdotibus 665
Si quatuor 858
Si quæ causæ 558
Si quælibet 769
Si quem à cleticatu. 16.q.1. 678
Si quem fortè.24.q.1. 875
Si quem pœnituerit.2.q.3. 398
Si qui apud.de conse.di.4. 1229
Si qui a pseudo.1.q.1. 328
Si qui à simoniacis.1.q.1. 351
Si qui clerici.di.74. 237
Si qui clerici.11.q.1. 558
Si qui clericorum.11.q.1. Ibidem
Si quidam 540
Si qui episcopi.1.q.1. 329
Si qui episcopi.di.92. 285
Si qui episcopi.25.q.2. 908
Si qui ex fratribus 560
Si qui filij.di.30. 98
Si qui inuenti.5.q.1. 480
Si quilibet 192
Si qui necessitate.de consec.di.4. 1227
Si qui parentes.31.q.3. 995
Si qui presbyteri.1.q.7. 376
Si qui sine examinatione.di.81. 254
Si qui sunt vituperatores.2.q.7. 428
Si qui sunt.di.81. 255
Si qui vel propria.1.q.7. 381
Si qui voluerint.1.q.7. 780
Si qui verò.7.q.1. 509
Si qui verò.de pœnit.di.5. 2121
Si qui verò.di.32. 105
Si quicquid 1233
Si quid de quocunque.15.q.7. 667
Si quid in ecclesia.2.q.7. 442
Si quid inuenisti.14.q.5. 650
Si quid veri.di.37. 125
Si quid verò.di.86. 271
Si quis abbas.18.q.2. 733
Si quis ab episcopo.2.q.7. 429
Si quis absciderit.di.55. 196
Si quis acceperit.33.q.1. 1028
Si quis à catholica.23.q.4. 796
Si quis ad te.22.q.2. 768
Si quis à medicis.di.55. 196
Si quis apostolicæ.di.79. 248
Si quis à proprio.11.q.3. 566
Si quis à proprio.21.q.5. 757
Si quis à verò.3.q.4. 452
Si quis à modo.di.81. 256
Si quis ancillam.29.q.2. 976
Si quis ariolos.26.q.5. 917
Si quis artem.dist.37. 124
Si quis ausus.di.71. 223
Si quis autem.de consec.di.4. 1227
Si quis autem.di.18. 53
Si quis autem.1.q.6. 375
Si quis autem.di.94. 293
Si quis autem.de pœ.di.7. 1125
Si quis autem.de pœnitent.di.3. 1107
Si quis Basilicam.de conse.di.1. 1172
Si quis carnem.dist.30. 99
Si quis clericus.di.81. 255
Si quis clericus.16.q.7. 710
Si quis clericus.14.q.4. 648
Si quis clericus.17.q.4. 721
Si clericus.26.q.5. 919
Si quis clericus.3.q.6. 462
Si quis clericus.11.q.1. 555
Si quis clericorum.di.47. 156
Si quis circa.2.q.3. 398
Si quis coactus.22.q.5. 780
Si quis confugerit.1.q.1. 331
Si quis coniugatus.27.q.2. 952
Si quis contumax.17.q.4. 722
Si quis contristatus.di.90. 281
Si quis conuictus.22.q.5. 789
Si quis cum clerico.11.q.1. 564
Si quis cum duabus.34.q.2. 1138
Si quis cum duabus.33.q.11. 1035
Si quis cum matre.33.q.2. 1138
Si quis cum matre.34.q.2. 1143
Si quis cum matre.35.q.2. 1035
Si quis cum militibus.6.q.1. 493
Si quis cum nouerca.32.q.7. 1024
Si quis cuiuslibet.21.q.5. 757
Si quis dator.1.q.3. 362
Si quis de alio.de conse.di.4. 1252
Si quis de alterius.dist.58. 203
Si quis de clericis.12.q.2. 613
Si quis de clericis.12.q.2. 615
Si quis de corpore.26.q.6. 926
Si quis dederit.24.q.1. 875
Si quis deinceps.17.q.4. 722
Si quis deinceps.16.q.7. 709
Si quis de ordine.7.q.1. 510
Si quis de laicis.di.34. 114
Si quis de potentibus.24.q.3. 887
Si quis de religioso.di.77. 247
Si quis despicit.di.42. 136
Si quis desponsata.27.q.2. 956
Si quis desponsauerit.27.q.2. 948
Si quis desponsauerit.27.q.2. 949
Si quis diaconus.di.50. 173
Si quis discernit.di.28. 97
Si quis diuinis.30.q.5. 987
Si quis dixerit.11.q.3. 579
Si quis docet.di.30. 99

Si quis

M.E.C.D. 2017

Si quis docuerit.di.28. 96
Si quis dogmata.dist.25.q.2. 907
Si quis ecclesiam.17.q.4. 721
Si quis eorum.di.30. 99
Si quis eorum.di.32. 108
Si quis episcopus.di.81. 255
Si quis episcopus.26.q.5. 918
Si quis episcopus.23.q.8. 856
Si quis episcopus.1.q.3. 363
Si quis episcopus.di.83. 262
Si quis episcopus.16.q.7. 710
Si quis episcopus.7.q.1. 510
Si quis episcopus.1.q.7. 384
Si quis episcopus.11.q.3. 587
Si quis episcopus.6.q.4. 497
Si quis episcopus.2.q.6. 421
Si quis episcopus.2.q.7. 442
Si quis episcopus.11.q.3. 567
Si quis episcopus.di.92. 284
Si quis episcopus.di.92. Ibidem
Si quis episcopus.6.q.3. 497
Si qus episcopus.6.q.4. Ibidem
Si quis episcopus.27.q.1. 936
Si quis episcopus.10.q.2. 548
Si quis episcopus.1.q.1. 317
Si quis episcopus.21.q.5. 758
Si quis episcopum..2.q.3. 398
Si quis episcoporum.16.q.5. 694
Si quis episcoporum.3.q.6. 459
Si quis episcoporum.di.18. 53
Si quis episcopus.di.92. 284
Si quis erga.2.q.7. 428
Si quis etiam.de consec.di.1. 1176
Si quis ex clericis.dist.23. 79
Si quis ex episcopis.di.79. 250
Si quis ex sacerdotibus.dist.79. 250
Si quis extra ecclesiam di.30. 99
Si quis ex vno 984
Si quis falsum.5.q.6. 487
Si quis filiastrum.30.q.1. 979
Si quis fortitudinem.33.q.3. 794
Si quis frater.11.q.3. 574
Si quis fuerit.32.q.7. 1021
Si quis gentilis.28.q.1. 962
Si quis habuerit.28.q.2. 971
Si quis hæreticæ.1.q.1. 328
Si quis hominem.11.q.3. 579
Si quis homicidium.di.50. 178
Si quis iam.21.q.2. 753
Si quis in atrio.17.q.4. 719
Si quis in cler.7.q.1. 510
Si quis incognitus.17.q.2. 717
Si quis in ægritudine.di.57. 202
Si quis ingenuus.29.q.2. 976
Si quis in infirmitate.dist.55. 197
Si quis in Metropolitana. di.65. 228
Si quis inquit.1.q.1. 334
Si quis iratus.2.q.3. 398
Si quis iratus.de pœnit.di.1. 1040
Si quis irascitur.13.q.2. 636
Si quis insaniens.15.q.1. 652
Si quis in tantum.1.q.4. 373
Si quis intrat.de conse.di.2. 1190
Si quis Iudaicæ.28.q.1. 971
Si quis iudicem.2.q.6. 415
Si quis Kalendas.22.q.7. 932
Si quis laicus.16.q.1. 683
Si quis laicus.11.q.3. 573
Si quis laicus. 22.q.5. 784
Si quis liber.29.q.2. 975
Si quis membrorum.24.q.8. 858
Si quis monachus.di.90. 280
Si quis monachus.16.q.1. 677
Si quis necandi. de pœnit. di.1. 1037
Si quis necessitate.34.q.1. 1137
Si quis neque.1.q.1. 353
Si quis non dicam.36.q.2. 1166
Si quis non dicam de pœni.di.1. 1037
Si quis non iratus.15.q.1. 660
Si quis non recto.24.q.3. 881
Si quis nuptias.di.30. 99
Si quis obiecerit.1.q.3. 363
Si quis obligatus.di.54. 189
Si quis oblitus.14.q.4. 647
Si quis omnem.1.q.7. 376
Si quis ordinatus.di.92. 184
Si quis transitus papæ.di.79. 251
Si quis pecunia.di.79. 251
Si quis peierauit.22.q.5. 780
Si quis per capillum.22.q.1. 761
Si quis per ignorantiam.1.q.1. 333
Si quis per superbiam.30. 99
Si quis per ebrietatem. de consecratio. distinct.2. 1192
Si quis per vetus.22.q.2. 769
Si quis post acceptum.di.33. 110
Si quis positus. de pœnit.di.7. 1125
Si quis post acceptum.di.51. 186
Si quis post remissionem. dist.50. 182
Si quis potestatem.23.q.4. 810
Si quis præbendas.1.q.3. 367
Si quis præpostera.di.50. 171
Si quis presbyter.di.24. 82
Si quis presbyter.de conse.di.4. 1244
Si quis presbyter.2.q.5. 401
Si quis presbyter.7.q.1. 509
Si quis presbyter.2.q.5. 401
Si quis presbyter.di.30. 100
Si quis presbyter.di.50. 170
Si quis presbyter.di.92. 285
Si quis presbyter.15.q.8. 669
Si quis presbyter.11.q.3. 567
Si quis præuentus.22.q.4. 775
Si quis principum.16.q.7. 711
Si quis propter.1.q.2. 359
Si quis propter deum.dist.30. 98
Si quis pro ægritudine. di.55. 197
Si quis pulsatus. de pæ.di.1. 1038
Si quis putauerit.2.q.6. 414
Si quis putauerit.2.q.6. 411

M.E.C.D. 2017

Si quis qualibet. 12.q.2. 818
Si quem pœnituerit 399
Si quis rapuerit. 27.q.1. 941
Si quis reliquerit. dist. 30. 99
Si quis Romipetas. 24.q.3. 887
Si quis sacerdos. 30.q.1. 981
Si quis sacerdotum. di. 81. 256
Si quis sacerdotum. 11.q.1. 557
Si quis sacro. 27.q.1. 938
Si quis seruum. 17.q.4. 727
Si quis seruum. 17.q.4. Ibidem
Si quis semel. de pœnitent. di. 2. 1066
Si quis sponsam. 27.q.2. 955
Si quis suadente. 17.q.4. 724
Si quis super his. 2.q.7. 440
Si quis tam masculum de pœnitentia. distinct. 1. 1037
Si quis tanquam. di. 30. 99
Si quis tricesimum. di. 78. 248
Si quis tumidus. 15.q.7. 667
Si quis vel virginitatem. di. 30. 98
Si quis vestrum. 2.q.6. 411
Si quis vero. 11.q.3. 569
Si quis vero. 5.q.6. 487
Si quis viduam. di. 50. 164
Si quis viduam di. 34. 115
Si quis viduam 116
Si quis viduam. 32.q.7. 1023
Si quis virginem. 36.q.2. 1167
Si quis virorum. di. 30. 99
Si quis vituperat 102
Si quis viuente. 31.q.1. 990
Si quis vnus. 30.q.4. 984
Si quis voluntate. di. 50. 178
Si quis voluerit. de conse. di. 4. 1252
Si quis votum. 27.q.1. 945
Si quis vsuram. 14.q.4. 648
Si quis vult. 16.q.7. 714
Si quis vult. di. 36. 121
Si quis vxorem. 32.q.1. 996
Si quis vxorem. 27.q.2. 949
Si quisquam 556
Si quispiam 257
Si quod verius 1032
Si quos de seruis. 22.q.2. 618
Si quos. 23.q.4. 820
Si quotienscunque 1189
Si refugientes 1116
Si res aliena 652
Si reuera 1230
Si Romanorum 54
Si sacerdos. 6.q.1. 488
Si sacerdos. de pœnitent. dist. 1. 1050
Si sacerdotes 698
Si seculi 605
Si se cuiquam 95
Si sermo meus 1073
Si seruus. di. 54. 193
Si seruus 193
Si solus 37
Si subdiaconus 116
Si tantum episcopus 495
Si testes omnes 474
Si transitus 249
Si rector discretus 138
Si tributum 559
Si triginta annorum 249
Si tu abstines 952
Siue de coniugij. 32.q.2. 1029
Siue hæreticus. de conse. di. 4. 1239
Siue paruli. de consec. di. 4. 1239
Si verò 181
Si verum 993
Si vir simplex 91
Si vir & vxor. 33.q.2. 1145
Si vir & vxor. 27.q.2. 952
Si virgo 1137
Si vix 127
Si vos contrà 834
Si vobis fratres 857
Si vxorem 1016
Solet quæri 1001
Solet etiam 1230
Solent plures 1179
Solennitates. de consecrat. di. 1. 1173
Solennitates. de conse. di. 1. Ibidem
Solicitum quoque 263
Solicitudo 187
Solicitatores 1036
Sors non est 910
Sortes 918
Sortilegi sunt 911
Species & similitudo 1193
Spiritus sanctus. 1.q.1. 332
Spiritus sanctus. de conse. di. 5. 1264
Sponsus ille. di. 56. 200
Sponsus & sponsa. di. 23. 80
Sponsus & sponsa. 30.q.5. 986
Sponsalia 981
Statuit quoque 409
Statuimus. 16.q.1. 687
Statuimus. 19.q.3. 747
Statuimus. 20.q.2. 740
Statuimus. distinct. 4. 8
Statuimus. 12.q.2. 612
Statuimus. di. 61. 208
Statuimus. 11.q.1. 560
Statuimus etiam. di. 76. 243
Statuimus decretum. 1.q.1. 350
Statuimus vt septem 8
Statuimus vt sicut 351
Statutis 390
Statutum est. 27.q.2. 955
Statutum est. 2.q.6. 422
Statutum est. 18.q.1. 729
Statuendum nobis 694
Studeat sanctitas 177
Studendum est 280
Studij vestri 210
Subdiaconus. di. 77. 247

M.E.C.D. 2017

Subdiaconus.di.23. 78
Subdiaconus.24.q.1. 874
Subdiacono etiam 293
Subdiaconis 108
Submittitur 67
Sufficit pœnitent.de pœ.di.1. 1053
Sufficit sacerdoti 1180
Sufficiat 947
Suggestum est 515
Suggero 467
Summa iniquitas.6.q.1. 492
Summa militiæ.23.q.1. 790
Summopere 582
Sunt in ecclesia 526
Sunt nanque 150
Sunt nonnulli.16.q.1. 676
Sunt nonnulli.1.q.1. 353
Sunt nonnulli.di.46. 152
Sunt nonnulli.2.q.7. 429
Sunt plures 1102
Sunt plurimi 490
Sunt quædam.17.q.1. 716
Sunt quædam.23.q.5. 835
Sunt qui arbitrantur 1049
Sunt qui dicunt 950
Sunt qui opes 718
Sunt quidam.1.q.1. 355
Sunt quidam.25.q.1. 898
Super causa 404
Super quibus 983
Super tribus.de pœnitent.di.2. 1074
Super tribus.de pœnitent.di.1. 1055
Super prudentia 645
Superueniente 336
Suppliciter 851
Suscipitis ne 22
Suspectos 455
Suum vero 757
Synodum episcoporum 48

T

Tabernaculum 1169
Talis mihi 1096
Tali coniugio 382
Tales ad ministerium 75
Tales etsi 694
Talia quidem 528
Talibus deum 1074
Tam sacerdotes 885
Tantum valet 1025
Tantis Daniel 253
Tanta nequitia.1.q.7. 381
Tanta nequitia.di.86. 271
Tandiu 449
Temerarium 577
Tempus quod inter 640
Tempus autem 240
Tempus quoque 100
Tempus vero 640
Temporis qualitas 514
Tempora pœnitudinis 929
Tenere debet 102
Teneamus 332
Te quidem 559
Tertio quæritur 661
Terrulas 617
Testamentum 9
Testamenta vero 627
Testes per quancunque 469
Testes absque 436
Testes autem 474
Testimonium 554
Teugualdum 568
Tibi domino 223
Timorem 1191
Tolle charitatem 1075
Tolerandi sunt 795
Tolerabilius 1012
Tonsura vero 232
Totum 363
Totam pœnitentiam 1094
Transmarinos 309
Transferunt 889
Tres personas 798
Tres sunt autem 1057
Tria legitima 1167
Tria sunt genera 150
Tribus ex causis 1176
Tribus gradibus 1191
Tributum 854
Triforme est 1190
Tua sanctitas 993
Tu bonus 795
Tu dixisti 829
Tu malum 760
Tunc saluabitur 1132
Tunc vera 580
Tunc eis 1214
Tunc valere 1237
Turbat acumen 124
Turbatur nauicula 372

V

Valet interdum 255
Valentinianus 213
Valentino clerico 117
Valida est 1067
Valde necessarium 293
Vasa in quibus 1176
Vasis iræ 803
Vbi ista didicisti 238
Vbi non est 981
Vbi sana 869
Vbi pars est 1210
Vbinam legistis 301
Vbicunque.16.q.1. 674
Vbicunque.13.q.2. 635.642
Væ eis 1117
Venit sacerdos 1242
Venisti ad fontem 1246
Veniam nunc 1161
Ventum est 319

M.E.C.D. 2017

Vendentes 366
Venerabilis 1227
Venerabiles 1221
Venter mero 118
Væ qui dicitis 580
Verbum dei 1047
Verus baptiſmus 1262
Veritate 16
Vera iuſtitia 150
Vereor 526
Verum hic.diſtinct.14. 32
Veſtram flagitamus 23
Veſtimenta eccleſiæ 1177
Victor Honorius 308
Vide benignum.de pœniten.di.1. 1054
Vide quantum.1.q.1. 334
Vides fili.diſtin.10. 22
Vides vt opinor.23.q.6. 843
Vident homines 266
Videntes autem 599
Videtur nobis 1156
Vidua.27.q.1. 942
Viduæ eſt.diſtinct.34. 116
Vidua.20.q.1. 746
Viduæ.27.q.1. 942
Viduæ quæ ſtipendio.diſt.81. 259
Viduæ.27.q.1. 942
Viduas.27.q.1. 934
Viduas autem.27.q.1. 938
Viduas honora.1.q.2. 359
Viduas.27.q.1. 938
Viduis autem 272
Viduitatis 942
Viginti tantum 47
Viliſſimus 329
Vino inebriantur 122
Violentum ſacerdotem 118
Violatores 898
Vir cum propria 1128
Virum catholicum 156
Virginem 937
Virgines non velentur.20.q.1. 745
Virgines.27.q.1. 940
Virgines.diſt.27. 92
Virgines ſacræ.20.q.4. 750
Virginibus 938
Viſum præterea 1185
Viſis literis 692
Viſitandi 737
Vltra prouinciarum 458
Vltima voluntas 635
Vnus ex vobis 387
Vnaquæque mulier.13.q.2. 624
Vnæquæque.3.q.6. 461
Vna tantum 90
Vnaſola 1131
Vnctio inuiſibilis 69
Vnde quæritur 1160
Vnde ipſe 520
Vndecunque 199
Vnio noſtræ 548
Vnius vxoris 88
Vnicuique.11.q.3. 584
Vnicuique fidelium.de conſ.di.1. 1175
Vnum abbatem 752
Vnum orarium 85
Vnum ſolum 825
Vnuſquiſque 773
Vobis enim 610
Vocatio autem.5.q.2. 481
Vocatio ad ſynodum.5.q.2. 481
Volumus vt frater.diſt.89. 278
Volumus.diſt.81. 257
Volumus.16.q.4. 702
Volumus.11.q.1. 561
Voluiſſent 1050
Vos ante omnia 1248
Vos autem 677
Vota ciuium 220
Vouentibus.diſt.27. 91
Vouentibus.17.q.1. 716
Vrbes & loca 251
Vſque adeo 32.q.7. 1025
Vſque adeo.diſt.33. 111
Vſus naturalis.32.q.7. 1022
Vſus auctoritati.diſt.11. 23
Vſura eſt 647
Vt calix domini 1178
Vt cognouerunt 1076
Vt conſtitueretur 171
Vt epiſcopi 1265
Vt euidenter 338
Vtilem 770
Vt ieiuni 1265
Vt illud 1181
Vtinam omni tempore 245
Vt lex 943
Vt noueritis 759
Vt oſtenderet 1258
Vt pridem 851
Vt presbyteri 723
Vt quid paras 1198
Vtrum ſola.de pœnitent.di.1. 1036
Vtrum ſub figura.de conſe. di.2. 1207
Vt veterum 19
Vulgaris 1038
Vulteranæ 610
Vxor a viro.32.q.7. 1022
Vxor Felicis.17.q.4. 725
Vxor legitima.28.q.1. 962

FINIS.

M.E.C.D. 2017

SVMMA PRIVILEGIORVM REGIS CATHOLICI.

REGIAE Catholicæ Maiestatis Priuilegiis cautum est, ne quis *Corpus Iuris Canonici cum annotationib. marginalibus & additionibus desideratiss. opera doctiss. I. C. Antonij Contij in celebri Academia Biturigum, Regij professoris illustratum*, citra Christophori Plantini voluntatem imprimat, aut alicubi impressum importet, venaléve habeat à die impressionis absolutæ intra sexennium. Qui secus faxit, confiscationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fisco Regio exoluenda, multabitur: vt latiùs in Regiis diplomatis expressum est,

Datis Bruxellæ: In Consilio priuato VIII. Augusti. 1567.

Signat,

Vander Aa.

In Consilio verò Brabantiæ 14. eiusdem mensis & anni.

Signat,

De Pene.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY DE FRANCE.

PAR grace & Priuilege du Roy, il est permis a Iaques du Puis marchant libraire en l'vniuersité de Paris d'imprimer ou faire imprimer mettre en vente & distribuer *Corpus Iuris Canonici notis & additionibus opera doctiss. I. C. Antonij Contij in celebri Academia Biturigum, Regij professoris illustratũ*: & faict defense ledict Seigneur a tous autres de quelque qualité qu'ils soyent d'imprimer ou faire imprimer vendre ni distribuer en ses Pais, Terres, & Seigneuries ledict liure, ni partie d'iceluy, sans le congé & consentement dudict du Puis, iusques au terme & temps de cinq ans finis & accomplis a compter du iour & date qu'il aura este acheué d'imprimer; sur les peines contenues és lettres dudict Seigneur, Données a Paris le 23. iour d'Octobre; l'an de grace 1556.

Ainsi Signées: Par le Roy.
A vostre relation,

De Vabres.

Et scellées du grand seau de Cire Iaulne sur simple queue.

M.E.C.D. 2017

PRIVILEGII CAESAREI SVMMA.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, publico edicto cautum & ſancitum eſt, ne quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque ſacri Romani imperij, & ditionis eius fines patent, quæcunque probatorum auctorum opera, quotquot vel hactenus nondum impreſſa, vel ab aliis quidem impreſſa, nouis autem deinceps ſcholiis, annotationibus aut commentariis aucta & illuſtrata, Chriſtophorus Plantinus ciuis & typographus Antuerpienſis primus typis procuderit, intra proximum ſexennium à prima cuiuſque operis aut voluminis editione, vllo pacto eiuſdem vel diuerſi characteris forma excudat, aut excuſa ab aliis, intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, ſub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impreſſorum amiſſionem, quos idem Plantinus vbicunque locorum nactus fuerit, per ſe, vel ſuos, adiumento Magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipſi Edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſſit Cæſarea Maieſtas. Datum in ciuitate Viennæ Auſtriæ, die vigeſima prima menſis Februarij, Anno Domini M. D. LXV.

Subſig.

Maximilianus.

Ad mandatum ſacræ
Cæſ. M. proprium

Haller.

M.E.C.D. 2017

GRATIANVM CANONES ECCLESIASTICOS COLLEGERINT.

PER ANT. CONTIVM.

VT *apud Græcos Photius, & Harmenopulus canones ex Græcis synodis & canonicis patrum epistolis in titulos digesserunt; ita & primus (vt opinor) Isidorus idem apud Latinos tentauit, sed minore artificio atq; industria. Nam epistolas & concilia potius congessit quàm digessit: multaq; apocrypha & dubiæ fidei inseruit. Eius est vetus conciliorum volumen Lutetiæ olim impressum, sicut ex varijs Bibliothecis didicimus. post Isidorum Burchardus Vormatiensis episcopus scripsit libros 20. Decretorũ, meliori vtiq; ordine canones digerens, quàm Isidorus. Claruit sub Henrico Imperatore circa annum Domini 1020. Sequutus est Iuo, episcopus Carnotẽsis qui in certos quidem locos & titulos illos canones ab Isidoro & Burchardo editos digessit, sed multa tamen similia, multa inter se pugnantia in suum librum transtulit; & librum suum Pãnomiam inscripsit. Cæterũ duplex eius volumen hoc titulo insignitum reperi. Vnum maius, & magnitudine sua longè excedens Gratiani volumẽ, quod ex Bibliotheca S. Victoris Parisiẽsis nobis aliquando cõmunicatum est. Huic volumini inscriptum titulum hunc inuenimus,* DECRETA IOVINIANI. *Verùm hanc inscriptionem falsam puto, & ignorantia librariorum adscriptam, cùm eadẽ illic sit præfatio quæ apud Iuonem in minore volumine Pannomiæ, et idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes, & titulos, & canones, in septẽdecim quippe partes diuisum. Aliud verò minus volumen, quod & in eadẽ Bibliotheca extat, & passim in alijs, cuius etiam manuscriptum exemplar nobis comparauimus, (nam & olim in*

M.E.C.D. 2017

Germania impressum est, sed mendosissimum) in septem dũtaxat partes est diuisum. Inscribitur autẽ hoc volumẽ in prædicta Bibliotheca, DECRETA PARVA YVONIS. *Scripsit Yuo circa annum Christi* 1136. *vtrunque volumen. Eodem ferè tempore, & paulo posteriore, nempe circa annum Christi* 1150. *vt ait glos. 2. q. 6. c. 28. §, forma, Gratianus monachus Benedictinus, vir in iure ciuili (eo quod tũc in scholis vigebat) exercitatissimus, animaduertens multa in illorum collectaneis, vel superuacua, vel contraria posita, multáque in his desiderari posse, is ex eorum collectaneis magnum hoc volumen cõpilauit, quod inscripsit, Concordiam discordantium canonum; propterea quòd dissidentes inter se de qualibet re canones, interposita disputatione & censura sua conciliauit, quod facere cæteri supersederant. Nam Isidorus, & Burchardus nuda canonum verba adscribebant, nihil de suo præstantes. præter ordinem & colligẽdi operam. Nihilo q3 plus præstitit Yuo, nisi quod in prolixa & elegãti præfatione, regulas aliquot prodidit, quibus discordantes canones cõciliari deberẽt. quæ præfatio, vt credibile est, ansam Gratiano præbuit sui huius voluminis ita & componendi & inscribendi, & per singulas partes, conciliationes & distinctiones suas aspergendi. Inueniuntur & in Bibliothecis; varia canonum collectanea: sed quia à quibus aut quo tempore collecta fuerint, minimè adscriptum reperimus, nec satis id ex contextu & lectione conijcere potuimus: idcirco nec quidquam certi de his in medium proferre potuimus. Quædam tamen reperimus ea religione & cautione collecta, vt in his nihil eorum quæ apocrypha & cõmentitia videri possint, positum sit; quod si præstitisset Gratianus, multò maiorem gratiam elucubrati operis à piis omnibus retulisset.*

FINIS.

M.E.C.D. 2017

DECRETA TVM CONCILIORVM, TVM SVMMORVM PONTIFICVM, ECCLESIASTICORVM DENIQVE SCRIPTORVM, A DN. GRATIANO EXCERPTA, AC IN SVAS CLASSES ORDINE CONCINNO DIGESTA.

Concordantia discordantiũ canonum, per magistrum Gratianum monachum composita & cõpilata.
Sic inscribi hunc librum auctor est Abbas Tritemius. sicq; scriptum reperi.

VERSVS.

Discequid humanum ius diuinúmue vocetur.

DE IVRE DIVINAE, ET HVMANAE CONSTITVTIONIS.

DISTINCTIO I.

HVMANVM genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale, est quod in lege & in euangelio continetur: quo quisque iubetur alij facere quod sibi vult fieri: & prohibetur alij inferre quod sibi nolit fieri. vnde Christus in euangelio: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Hinc †Isidorus in v. lib. etymologiarum cap. 2. ait:

Verba Gratiani.

Matth. 7. 6.

CONTIVS. †*Isidorus cognomento Iunior (ex cuius scriptis magna huius libri pars consarcinata est) Spalensis siue Ispalensis ciuitatis Hispaniæ episcopus, claruit vita, & scriptis tempore Sigsebuti Gotthorum regis, circa annum Christi.* DCXXXV. *vt adnotatum reperi in initio librorum eius de differentiis rerum &c. vir bonus, & sui temporis fere doctissimus, quamuis derisores quidam aliter sentiant.*

Diuinæ leges natura, humanæ moribus constant. 2

OMnes leges aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ[a] moribus constant: ideoque hæ discrepant, quoniam aliæ aliis gentibus placent. Fas lex diuina est: ius lex humana. Transire per agrum alienum, fas est: ius non est.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina, & humana: cum omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur: nomine vero legis humanæ, mores iure conscripti & traditi intelligantur.

Est autem ius generale nomen multas sub se continens spe-

a Imo scripto vel moribus, vt in lib. Iur. ciuilis: nisi dixeris hoc verbũ latius vsurpatum pro quolibet instituto siue scripto siue nõ scripto.
Verba Gratiani.

M.E.C.D. 2017

cies. Vnde in eodem libro etymologiarum Isidorus ait.

Ius genus, lex autem species eius est. 3

De iure & eiusdem multiplicitate.

IVs generale nomen est: lex autem iuris est species. Ius autem [est] dictum, quia [a] iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat.

a A Iustitia, vt ait Vlpia. l. 1. de Iustitia & iure.

Quid sit lex. 4

LEx est constitutio scripta. [b]

Isid. ibidem.

CONT [b] *Generaliùs accipit quàm Iustinianus Inst. de iure na. gen. & ci. §. lex. vt & Papinia. li. 1. et 2. ff. de legib. Nam hæc definitio cõplectitur plebiscita, leges consulares, dictatorias, Senatusconsulta, magistratuum edicta, principum constitutiones, prudentum responsa scripta.*

Quid sit mos. 5

Isid. ibid. et §. 2. c. 10 MOs est longa cõsuetudo de moribus tantummodo tracta.

Quid sit consuetudo. 6

Isid. ibidẽ continue. COnsuetudo autem est ius quoddã moribus institutũ: quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt, an scriptura, an ratione consistat: quoniam & legeḿ ratio commendat.

Porrò si ratione lex consistat, lex erit omne iam quod & ratione constiterit duntaxat, quod religioni conueniat, quod disciplinæ congruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo quod in communi est vsu.

c Verba Gratiani. [c] Cum itaque dicitur, non differt vtrum consuetudo scriptura, an ratione consistat: apparet quòd consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantùm vtentium est reseruata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio siue ius vocatur. Quæ verò in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. Est & alia diuisio iuris: vt in eod. lib. testatur Isidorus ita dicens:

d. par. C. 1. 4. li. 5.

Quæ sint species iuris. 7

IVs autem naturale est, aut ciuile, aut gentium.

Quid sit ius naturale. 8

Isidor. ibidem. d Aliter definitur ab Vlpiano. [d] IVs naturale, est commune omnium nationũ: eo quòd vbiq; instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua: vt viri & fœminæ coniunctio, liberorum successio, & puerorum educatio, communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ cælo, terra, mariq́ue capiuntur. Item depositæ rei vel [e] commendatæ pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est: nunquam iniustum, sed naturale æquumq́ue habetur.

e vocãt commendatæ, vt apud Paulum in senten. sæpe.

Quid sit ius ciuile. 9

f sic definitur in Institutionibus. g quæque ciuitas. Isid. sup. §. eiusd. Ibid. sup. [f] IVs ciuile, est quod quisque populus vel [g] ciuitas sibi propriũ diuina humanaq́ue causa constituit.

Quid sit ius gentium. 10

Isid. sup. §. IVs gentium, est [†] sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis, inducię, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita.

M.E.C.D. 2017

prohibita. [Hoc inde][a] ius gentium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes vtuntur.

a Et inde recte, vt in manuscr. Isid.

† *Vt cùm coloniæ in extraneas terras mittebantur, ius erat gentium: idque perinde vt quas primas sedes occupassent, eæ eorum fierent communi gentium iure, ita vt nefas existimaretur eos violare. Vt multis refert Dionys. Halycarnass. lib. 1. in initio historiæ.*

Quid sit ius militare. 11

IVs militare, est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel [b pugnæ] commissio. Item signo dato receptio. Item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor: veluti cùm corona vel torques donatur. Item prædæ decisio: & pro personarum qualitatibus & [c laboribus iusta diuisio [d ac] principis portio.

Isid. cap. 7. eiusdem.
b Deest tam in Isidor. quàm Gratian.
c *laboris.*
d Apud Isid. est scriptū. Item.

Quid sit ius publicum. 12

IVs publicum, est in sacris & sacerdotibus, & magistratibus.

Ibid. cap. 8.

Quid sit ius Quiritum. 13

IVs Quiritum, est proprie Romanorum, quod nulli tenent nisi Quirites, id est Romani. In quo agitur de legitimis hæreditatibus, [vel [e] curationibus] [vel [f] de contractibus,] de tutelis, de vsucapionibus: quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eos solos constituta.

Isid. cap. 9. eiusdem.
e Pro inclusis legē. decretionib. erat autem cretio modus adquirendæ siue adeundæ hereditatis. sic reperi in antiquo Isidoro manuscripto. Contius.
f Hæc verba de contractibus desunt in manuscripto Gratiano & Isidoro, rectè: cōtractus enim non sunt Iuris Quiritium, sed gētium. 1. ex hoc iure de iustitia & iure. Contius.

VERSVS.

Hic ius Romanum per singula membra notatur.

DE IVRE QVIRITVM, ET PARTIBVS EIVSDEM. DISTINCTIO II.

COnstat autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, & constitutionibus principum, [ex edictis †senatorum] siue responsis prudentum.

[† *Pro inclusis scriptum est in manuscripto Gratiano & Isidoro, vel edictis: verbum autem Senatorum à sciolis ineptè additum est. Contius.*]

Quid sit lex. 2

Lex, est constitutio populi qua [g] maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

Isid. c. 9. lib. 5. etymo. Idem cap. 10.
g dixit pro Senatoribus.

Quid sit plebiscitum. 3

PLebiscita, sunt quæ plebes tantùm constituunt: & vocantur plebiscita, eo quòd ea plebs sciat, vel quod [h] sciscitatur & rogat vt fiant.

Idem Isid. cap. 11.
h Mallem dicere sciscit. Sc scert. n. rogare est.

Quid sit senatusconsultum. 4

SEnatusconsultum, est quod tantùm senatores populis consulendo decernunt.

Idem cap. 12.

Quid sit constitutio vel edictum. 5

CONstitutio vel [i] edictum, est quod tantùm rex vel imperator constituit vel [k] edidit.

Idem cap. 13.
i est & edictum magistratuum.
k edicit rectè.

Quæ sunt responsa prudentum. 6

RESponsa [l prudentum] sunt quæ iurisconsulti respondere

Isid. cap. 14. eiusdem.
l Deest in manuscr. Grat. & Isid.

M.E.C.D. 2017

dicuntur consulentibus. vnde & responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudẽtes & arbitri æquitatis, qui [a] institutiones ciuilis iuris compositas ædiderunt: quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

a forte legendum actiones.

Quæ sunt tribunitiæ vel consulares leges. 7

QVædam etiam leges dicuntur ab iis qui eas condiderunt: vt consulares, tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ; nam sub Octauiano Cæsare [b] suffecti consules Papius & [c] Pompeius legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia & Pōpeia: cōtinens patrum præmia pro suscipiẽdis liberis. Sub eodem quoque imperatore † Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis testamẽto legaret, quàm vt quarta pars superesset hæredibus: ex cuius nomine lex Falcidia est nominata.

2. pars 1 sid. cap. 15. lib 5. etymolog.

b Recte autem suffectos consules appellat, quia non ex Kal. Ia. consulatum acceperant. vt rectè docet Sigonius in fastis. vide Alciatũ lib. disp. 3. c. 3. Contius.

c Legendum Poppæus, & init. Poppæa

† *Idem tradit* Dio. *Ex chronicis colligunt eam latam* Domitio Caluino *&* C. Asinio Pollione Conss. *anno vrb.* DCCXIIII. *annis* XXXVII, *ante Christum: sed in meis Eusebij Chronicis manuscriptis, dicitur lata primo anno Tralliani.*

Quæ sit lex Satyra. 8

S† Atyra verò lex, est quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta quidem à copia rerum, & quasi à saturitate. vnde & satyram scribere est poëmata varia condere: vt Horatij, Iuuenalis, & Persij.

1 sid. cap. 16. eiusdem.

† *Satyræ legis nusquam in toto iure nostro quod quidem habemus, mentio fit, nisi de ea intelligas, quod scribit Iustinianus in l.* 1. C. *de latina lib. latinam libertatem quasi per satyram inductam fuisse.* Contius.

Quæ sint Rhodiæ leges. 9

Idem cap. 17.

R[d] Hodiæ leges naualium commerciorũ sunt, ab insula Rhodo cognominatæ: in qua antiquitus mercatorum vsus fuit.

d Hæ tam æquæ fuerunt, vt eas Imperatores Romani à ciuibus Romanis seruari iusserint. i. Ἀξίωσις ad l. Rhod. de iactu Contius.

VERSVS.

Tertia quare sonat lex ecclesiastica canon.

DE DIVISIONE CONSTITVTIONVM ET EARVNDEM PARTIBVS.

DISTINCTIO III.

1. pars. Verba Gratiani.

OMnes hæ species secularium legum partes sunt, sed quia constitutionum alia est ciuilis, alia ecclesiastica: ciuilis verò forense vel ciuile ius appellatur: quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur, videamus. Ecclesiastica constitutio canonis nomine censetur. Quid autem sit canon, Isidor. in libro [e] v. etymolog. declarat dicens:

e VI. scriptum est in manusc. Cont. Isid. c. 16. lib. 6.

Quid sit canon. 2

CAnon Græcè, Latinè regula nuncupatur.

Isid. ibidem.

Vnde dicatur regula. 3

REgula dicta est eo quòd rectè ducit, nec [f] aliquem aliorsum trahit. Alij verò dixerunt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectè [g & bene] viuendi præbeat, vel quòd distortum prauumque [h est] corrigat.

f in vet. aliquando.
g desunt in manuscrip.
h in manusc.

POE-

M.E.C.D. 2017

Porrò canonum alij sunt decreta pontificum, alij sunt statu ta conciliorum. Conciliorum verò alia sunt vniuersalia, alia sunt prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate pontificis Ro. præsente videlicet legato sanctæ Roman. eccles. Alia verò auctoritate patriarcharum vel primatum vel metropolitanorum eiusdem prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt. Sunt autem quædam priuatæ leges tam ecclesiasticæ quàm seculares, quæ priuilegia appellantur. Verba Gratiani. 2. pars.

De quibus v. *lib. etymolog. Isidor. ait.*

Quid sit Priuilegium. 4

PRiuilegia, sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium dictum est eo, quòd in priuato feratur. † Officium verò secularium siue ecclesiasticarum legum est præcipere quod necesse est fieri, aut prohibere quod malum est fieri: permittere vel licita, vt præmium petere; vel etiam quędam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Cap. 18. 3. pars † Verba Gratiani.

Vnde in eodem lib. Isidor. scribit dicens. Cap. 19. ex Isid. & cap. 10. lib. 2.

Quid sit officium legis. 5

OMnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium: aut vetat, vt sacrarum virginum nuptias, nulli petere liceat: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur: eius enim præmio aut pœna vita moderatur humana; [a diuina autem] præcipit, vt Diliges dominum deum tuum. Deut. 6. a

a Verbum diuina deest in manuscr. & pro autem scriptum est aut rectissime. Cont.

VERSVS.

Et te quarta docet cur condita iura fuerunt.

DE CAVSA ET QVALITATE LEGIS, EIVSDEMQVE POTESTATE.

DISTINCT. IIII.

CAusa verò constitutionis legum est humanam coërcere audaciam, & nocendi facultatem refrenare: *Sicut in eodem lib. Isidor. testatur dicens.* Verba Gratiani. Isid. cap. 20. lib. 5. etym.

Quare leges factæ sunt. 2

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas.

Præterea in ipsa constitutione legum maximè qualitas constituendarum obseruanda est, vt contineat in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cætera quæ in eodem lib. Isidorus enumerat dicens: Verba Gratiani. 2. pars.

Qualis debet esse lex. 3

ERit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, & secundum consuetudinem patriæ: loco temporique conueniens, necessaria, & vtilis: manifesta quoque: ne aliquid [b] per obscuritatem in [c cautum] captione cõtineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta. Cap. 21. lib. 5. etym. & cap. 10.

b *per obscuritatem in captione contineat.*

c In manuscr. est in captione. Cont.

M.E.C.D. 2017

Verba Gratiani. 3. pars.

Ideo autem in ipsa constitutione ista considerãda sunt, quia cùm leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.

Cap. 3.

Vnde Aug.† ait in lib. de vera religione.

† *Aurel. Augustinus Hipponis Regii in Africa episcopus, veterum theologorum doctissimus & acutissimus, claruit sub Imperatorib. Arcadio, Honorio, Theodosio, Valentiniano, mortuúsque est circa annũ Christi* CCCCXXXII *cùm infinitos prope libros conscripsisset.*

De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutæ sunt. 4

Ex mag. Iuo. p. 4.

IN istis temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt: tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Verba Gratiani.

Leges instituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt: ita moribus vtentium ipsę leges confirmantur. Vnde illud Telesphori papæ, quo decreuit vt clerici generaliter à quinquagesima ieiunandi propositum susciperent, & à carnibus & deliciis abstinerent, quia moribus vtẽtium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit. [a Vnde] Telesphorus[b] vrbis Romæ archiepiscopus omnibus episcopis.

a Verbũ, vnde, abest à manuscrip. recẽtè. Contius.
b octauus à Petro anno Christ. CXXX

Septem hebdomadibus à carne & delicijs ante pascha clerici abstineant. 5

c in vet. deest, id est

STatuimus vt septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha omnes clerici, [c id est] in sortem domini vocati, à carne ieiunent: quia sicut discreta debet esse vita clericorum à laicorum conuersatione; ita & in ieiunio debet esse discretio. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & deliciis ieiunent: & hymnis & vigilijs atque orationibus[d] inhærere die noctuque studeant. *Item† Ambro. in lib. sermonum.*

d Domino inhærere sermone 33. Ambros.

† *Ambrosius ciuis Romanus Augustino senior, sed tamen contemporaneus, ex consulari Liguriæ & Æmiliæ Mediolanensium episcopus factus, claruit sub Gratiano & Valentiniano seniore, ab anno Christi* CCCLXXV, *vsque ad annum* CCCCX.

Septimam hebdomadam Telesphorus quadragesimæ addidit. 6

QVadragesima. vj. septimanas habet: cui addidit Telesphorus pontifex septimam hebdomadam: & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

Verba Gratiani.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum quod beatus† Gregorius, Augustt. Anglorum episcopo scribit dicens:

† *Gregorius primus huius nominis pontifex & ciuis Romanus, sedit ab anno Christi* DXC, *vsque ad annum* DCV. *Imperantib. Mauritio & Phoca.*

A quinquagesimæ ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat. 7

DEnique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, à quinquagesima propositum

M.E.C.D. 2017

ſitum ieiunandi ſuſcipiant: quò & aliquid ad pẽſum ſanctæ inſtitutionis adiiciant: & eorum qui in laicali ordine cõſiſtũt, obſeruantiam ſicut loco, ita & religione, præcellant. De ipſa verò die dominica hæſitamus quidnam dicendũ ſit, cùm omnes laici & ſeculares illa die plus ſolito cæteris diebus accuratiùs cibos carnium appetant: & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noctes ſe ingurgitent, non aliter ſe huius ſacri tẽporis obſeruationem ſuſcipere putant: quod vtique non rationi, ſed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati aſſcribendũ eſt: vnde nec à tali conſuetudine auerti poſſunt: & ideo cũ venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne fortè peiores exiſtant, ſi a tali conſuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon: qui multũ emungit, elicit ſanguinem. Et poſt pauca. Par autem eſt vt nos qui his diebus à carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt originẽ carnis, ieiunemus: à lacte videlicet, caſeo, & ouis. Et poſt pauca. Cæterùm piſciũ eſus ita Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abſtinent: nequaquam ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia præparẽt. Vinum quoque ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus: alioquin reſtat, vt omnia quæ corporibus libẽt, ſimiliter faciamus.

Hæc etſi legibus conſtituta ſint: tamen quia communi vſu approbata non ſunt, ſe non obſeruantes tranſgreſſionis reos non arguunt: alioquin his non obẽdientes proprio priuarentur honore, cùm illi qui ſacris neſciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere ſuſcepto: niſi fortè quis dicat hæc non decernendo eſſe ſtatuta, ſed exhortando conſcripta. Decretum verò neceſſitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat. Verba Gratiani. 4. pars.

VERSVS.

Quinta docet ſtabile ius naturale manere.

DE NATVRALI IVRE COAEVO HOMINI AC IMMVTABILI. DISTINCTIO V.

HAec quæ de priuilegiis & cæteris infrà poſitis ſcripta ſunt, tam ſecularibus quàm eccleſiaſticis legibus conueniunt. Nunc autem ad doctrinam naturalis iuris & cæterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore & dignitate. Cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ: nam nec variatur tẽpore, ſed immutabile ſemper permanet. Sed cùm naturale ius in lege & in euangelio ſupra dicatur eſſe comprehenſum: quędam autem contraria his quæ in lege ſtatuta ſunt, nunc inueniantur conceſſa: non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque præcipiebatur, vt mulier ſi maſculũ pareret, xl. ſi verò fœminam, lxxx. diebus à templi ceſſaret ingreſſu: nunc autem ſtatim poſt Verba Gratiani. 2. pars. Obiectio. Leuit. 12. a Ibid. 15. d

M.E.C.D. 2017

partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier quæ menstrua patitur, ex lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec intrare ecclesiam, nec sacræ communionis mysteria percipere inhibetur: sicut illa quę parit, vel illud quod gignitur, nec statim post partū baptizari prohibetur. Vnde eidē Augustino Anglo. episcopo Gregorius scribit dicens:

Greg. c. 10. ad interrogationes August. respondens.

[a] *Palea.* 2

CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat, testamenti veteris præceptione didicisti, quia pro masculo. xxxiii. pro femina autem. lxvi. diebus debet abstinere. quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

a Palea inscribitur hoc caput. Cur autem hoc & pleraque capita sic inscribantur, sæpe etiam inter doctos dubitari animaduerti. Qui rectius sentire & sapere existimantur, quasi παλαιὰ. i. antiqua nuncupata volunt. Ego autem paleam inscribi hoc caput existimo & cætera similia, quia additia sunt, nec à Gratiano primitus huic libro inserta, sed ab interpretibus, prout cuique commodum videbatur, ad marginem Gratiani adscripta, & plerumque in emendatioribus & antiquioribus exemplaribus prorsus omissa. Cui rei fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando vsus sum, in quo pleraque eiusdem paleæ desunt. Et hæc semel admonuisse sufficiat. Contius.

Mulier enixa, gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur. 3

Ibid. Gregor.

SI mulier eadē hora qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiam: nullo põdere peccati grauatur. voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est; in prolis verò partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ mulieri dicitur: In doloribus paries filios. Si itaq; enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam [b] eius pœnam vertimus in culpam. *Idem ad eundem.*

Genes. 3. c.

b ei pœnam suam in culpam deputamus.

Mulierem enixam, vel quod ab ea gignitur, eadem hora nihil prohibet baptizari. 4

Yuo. p. 1ti. de baptism. c al. ipsam.

BAptizari autem vel [c enixam] mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa eadem hora qua gignit, vel eadem etiam, qua natum est id, quod gignitur, nullo modo prohibetur: ne dum adhuc tempus ad præbēdum redemptionis mysterium quæritur: interueniēte paululum mora inueniri non valeat qui redimatur. *Item Augustino.*

Idem August.

Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat. 5

Greg. ad quartam interrogationem Augustini respondens. d cõsuetudo surrexit.

AD eius verò cõcubitum vir suus accedere non debet, quo-usque qui gignitur ablactetur. Praua autē [d] consuetudo in coniugatorum moribus irrepsit, vt filios suos quos gignunt, nutrire mulieres contemnant: eosque ad nutriēdum aliis mulieribus tradant. quod videlicet [e] ex sola carnis incontinentia videtur fuisse inuentū: quia dum se cõtinere nolunt, despiciūt lactare quos gignunt. Hæ autem sciant quæ filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriēdum tradunt: nisi purgatio-

e ex sola causa incontinentia.

nis

M.E.C.D. 2017

nis tẽpus prius tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri::quippe & ſine partus cauſa[a] cum in menſtruis conſuetis detinẽtur, viris ſuis miſceri prohibentur: ita[b] vt lex ſacra morte illũ feriat, ſi quis vir ad mẽſtruatam mulierem accedat. quæ tamen mulier dum ex conſuetudine menſtrua patitur, prohiberi eccleſiã intrare non debet: quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam[c] reputari non debet, & pro hoc quod inuita patitur, iniuſtum eſt vt eccleſię ingreſſu priuetur. Nouimus nanque quòd mulier quę fluxum ſanguinis patiebatur, poſt tergum domini humiliter veniens veſtimenti eius fimbriam tetigit: atq; ab ea ſtatim ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit veſtimentum domini tangere: cur etiam quæ menſtrua patitur ſanguinis, ei non liceat eccleſiam intrare? Si enim ea bene præſumpſit quæ veſtimẽtum domini in languore poſita tetigit; quod vni perſonæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ ſuæ vitio infirmãtur? Sanctæ quoque communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præſumpſerit, laudanda eſt: ſed ſi ſuſceperit, non eſt iudicanda. Bonarũ quippe mentium eſt ibi etiam [d] culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt, quia ſæpe ſine culpa agitur quod venit ex culpa, vnde etiam cùm eſurimus, ſine culpa comedimus: quibus ex culpa primi hominis factum eſt, vt [e] eſuriamus.

a *cum in conſuetis menſtruis.*
b *vt morte lex ſacra feriat.*
c *non valet imputari*
συγγνώμη.
d *aliquo modo culpæ*
e *eſurire mus.*

VERSVS.

Sexta notat ſpecies peccati ludificati.

[f] POLLVTIO NOCTVRNA QVANDO IMPEDIAT COMMVNIONEM.

f Digreditur Gratian. antequam propoſitas quæſtiones ſoluat. De menſtruis ſup. c. xxi.

DISTINCTIO VI.

QVia verò de naturæ ſuperfluitate ſermo cœpit haberi: quęritur an poſt illuſionem quæ per ſomnum ſolet accidere, corpus domini quilibet valeat accipere: vel ſi ſacerdos ſit, ſacra myſteria valeat celebrare. De his ita ſcribit beatus Greg. Augu. Anglo. epiſcopo.

De multiplici genere illuſionum.

2 cap. II. interrogationum Auguſtini. Ex mag. luo. par. 2.

TEſtamentum veteris legis hunc pollutum dicit, niſi aqua lotus fuerit: eique vſque ad veſperam eccleſiam intrare non conceditur. Quòd tamen aliter intelligens populus ſpiritualis quaſi per ſomnum eum illudi reputat, quí tentatus immunditia veris imaginibus in cogitatione inquinatur: ſed lauandus eſt aqua, vt culpam cogitationis lachrymis abluat: & niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum quaſi vſque ad veſperam ſe cognoſcat. Sed eſt in eadem illuſione neceſſaria valde diſcretio, quæ ſubtiliter penſare debet, ex qua re accidat menti dormientis: aliquando enim ex crapula: aliquando ex naturæ ſuperfluitate vel infirmitate: aliquando ex cogitatione contingit

M.E.C.D. 2017

git pollutio. Et quidem cùm ex naturæ ſuperfluitate vel infirmitate euenerit, omnino hæc illuſio non eſt timẽda, quia hãc animus neſciẽs pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cũ verò vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauãtur: habet exinde animus aliquem reatum, non tamen vſque ad prohibitionẽ ſacri myſterij percipiendi, vel miſſarum ſolemnia celebrandi, cùm fortaſſe aut dies feſtus exigit, aut exhiberi myſteriũ (pro eo quòd ſacerdos alius deeſt) ipſa neceſſitas compellit. nam ſi alij adſunt qui implere myſterium valeant: illuſio per crapulam facta, à perceptione ſacri myſterij prohibere non debet: ſed ab immolatione ſacri myſterij (vt arbitror) abſtinere debet humiliter: ſi tamen[a] dormientem turpi imaginatione illuſio non concuſſerit. nam ſunt quidam in quibus ita plerunque illuſio naſcitur, vt eorũ animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non fœdetur.[b] Qua in re vnum ibi oſtẽditur, quòd ipſa mens omnino rea non ſit tunc, ſed ſuo iudicio penitus libera, cùm ſe & ſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit ſe in ingluuiem ventris incidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo reatus ſuus. videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitauit ſciens, hoc pertulit neſciens, & propter talẽ pollutionẽ à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet.

1 Huſſo ex ſuperfl.
2 Illuſio ex intemperantia gulæ.
a dormientis mentem turpis imaginatio nõ concuſſ. recte.
b Qua in re ſibi oſtẽditur mens rea non ſit tunc vel ſuo iudicio libera.

Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione ſolùm, ſed delectatione & conſenſu. Palea. 3

Ino hæc habet continenter. Greg. ibidem eandem ſcribit.

SEd penſandum eſt, quando ipſa cogitatio[c] vtrum in ſuggeſtione, an in delectatione, vel (quod magis eſt) in peccati cõſenſu ceciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatũ, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum: delectatio per carnem: conſenſus per ſpiritum: quia &[d] primò culpam ſerpens ſuggeſſit: Eua delectata eſt velut caro: Adam verò velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem & delectationẽ, & inter delectationẽ atq; conſenſum, iudicẽ ſui faciat animũ preſidẽ. Cũ enim malignus ſpiritus peccatũ ſuggerit in mentẽ: ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnino perpetratũ non eſt. Cùm verò delectari caro cœperit, tũc peccatũ incipit naſci. Si autem[e] etiam ad conſenſum ex deliberatione cõſentit: tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione ergo peccati ſemen eſt. In delectatione fit nutrimentum. In conſenſu fit perfectio. Et ſæpe contingit vt hoc quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat: non tamen animus eidem delectationi conſentiat: & cùm caro delectari ſine animo nequeat, ipſe tamẽ animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo [f]ligatur inuitus: vt ei ex

c Vtrum ſuggeſtione an delectatione vel quod maius eſt, peccatũ conſenſu accideret.
d primam.
e etiã ex deliberatione.
f ligatur vt ei.

M.E.C.D. 2017

vt ei ex ratione contradicat, nec consentiat : & tamen ea delectatione ligatus sit. sed ligatum se vehemẽter ingemiscat. Vnde & ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè repugnabat: [a] quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur mentis legi eius lex quæ in membris est, repugnabat. Si autẽ repugnabat, captiuus non erat. Itaque est homo (vt ita dixerim) captiuus & liber: liber ex iustitia: captiuus ex delectatione quam portat inuitus. *Item Isidorus in sententiarum lib.* 1. [b]

a *sed pugnabat, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque homo est (vt ita dixerim) captiuus & liber.*

b al. hic liber inscribitur de summo bono. *Isid. c. 6. lib. 3. de summo bono ad hab.*

Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi. 4

NOn est peccatum quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur: sed tunc est peccatum, si antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines quas in veritate gessimus, sępe dormientibus in animo apparent, sed innoxiæ sunt, si non concupiscẽdo occurrunt. Item qui nocturna illusione polluitur, quãuis extra memoriam cogitationum turpium sese præsentiat inquinatum : tamen hoc vt tentaretur, culpæ suæ tribuat; suamque immunditiam statim fletibus tergat.

Solutio obiectionis. Verba Gratiani.

His itaque respondetur: in lege & in euangelio naturale ius continetur: non tamen quæcunque in lege & in euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur. Sunt enim in lege quædam moralia præcepta : vt, Non occides &c. quædam mystica, vtpote sacrificiorũ præcepta: vt de agno, & alia similia his. Moralia mandata ad naturale ius pertinent: atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mystica verò quantum ad superficiem à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur sibi annexa : ac per hoc etsi secundum superficiem videantur esse mutata : tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt supra dictum est, manet immobile. Ius verò consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cœperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum esse creditur, ex quo Cain ciuitatem ędificasse legitur. quod cum in diluuio propter hominum raritatem ferè videbatur extinctum: postea à tempore Nẽroth reparatum siue potius immutatum existimatur: cùm ipse simul cum aliis alios cœpit opprimere, & alij sua imbecillitate eorũ ditioni cœperunt esse subiecti. vnde in Genesi legitur de eo: Cœpit Nemroth robustus venerator esse coram deo i. hominum oppressor & extinctor, quos ad turrim ædificandam allexit.

Ius naturale. Consuetudo.

Gen. 4. c. & 7. d.

Ibidem. 10. b.

VER-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Septima commemorat qui leges composuerunt.

DE ORIGINE CONSTITVTIONIS AC LEGIS. DISTINCTIO VII.

Verba Gratiani. Exo.12.a. cap.1.

IVs autem cõstitutionis cœpit à iustificationibus, quas dominus tradidit Moysi, dicens: Si emeris seruum Hebræum &c. *Vnde Isid.in lib.5 Etymolo.ait.*

De conditoribus legum. 2

MOyses gentis Hebreæ primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit. Phoroneus rex Græcis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trimegistus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon [equidẽ] primus leges Atheniẽsibus[a] ædidit. Lycurgus primus Lacedęmoniis [b] iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Põpilius qui Romulo successit in regno, primus Romanis leges ædidit. Deinde cùm populus seditiosos magistratus ferre non posset, decemuiros legibus scribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinũ sermonem translatas.xij.tab.exposuerunt.

a dedit, recte. b iura legum.

Isid. ibidem continuo & Genitius.

Nomina eorum qui leges.xii.tabularum exposuerunt. 3

FVerunt autem hi:[a] Appius Claudius [Titus] [b] Genutius, Publius Festius, Lucius Veturius, Caius Iulius, Aulus Mãlius, Publius Sulpicius, Publius Curiatius, Titus Romulius, Spurius Posthumius. Hi decem viri legum conscribendarum causa electi sunt. Leges autẽ redigere in libris primus consul Pompeius instituere voluit: sed non perseuerauit obtrectatorũ metu. Deinde [c] cœpit Cæsar id facere: sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate atque incuria aboleuerunt; quarum etsi iam nullus est vsus, notitia tamen necessaria [d] videtur. * Nouæ autem leges à Constantino Cæsare cœperunt, & reliquis succedentibus, erantque permixtæ & inordinatæ. Postea verò Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum constitutionum à Constantini temporibus sub proprio cuiuscunq; imperatoris titulo disposuit: quem à suo nomine [e] Theodosianum vocauit.

e Vide Sueton.in Iulio.extabat tamen eius liber de iure ciuili in artem redigendo.& eum citat Gellius.

2. pars.

* Adde ni lex abrogata sit alleganda: nos.C.de lati.li.tol. l.1. & C.de no.cod. comp.l.1. pri. pars. Aut.4.f.

a In manuscripto Isidoro sic referuntur. Appius Claudius, Genucius. Veturius. Iulius. Manilius. Sulpicius. Sextius. Curatius. Romulius. Postumius. quæ Isidori enumeratio per omnia cum Liuio consentit, & cum Cassiodori Fastis.

a Capitolinis verò auctoribus hoc solum dissentit, quod pro Horatio Curatium nominat vt Liuius & alij plerique. Anton. Contius.

c Videtur] Rectè hoc animaduertit Isidorus. Quod quàm verum esset, nos ipsi sumus experti. postquàm superioribus annis edita sunt quædam Vlpiani fragmenta cum Alarici breuiario & parte Codicis Theodosiani.

d CONTIVS. *Mirum est Isidorum codicis Iustinianei non meminisse hoc loco cùm tam tum Isidori tempore extaret. Scripsit enim centum fere post Iustinianum annis. Itaque ex hoc loco & alijs eius libris coniicio nunquam in eius manus incidisse Pandectas aut Institutiones aut Codicem aut Nouellas Iustinianî*

M.E.C.D. 2017

Stiniani, vt qui nusquam horũ librorũ meminerit. sed et sup. dist. 2. c. 6. meminit, duntaxat Institutionum iuris à consultis compositarum: Gothi quoque qui tũ in Hispania dominabantur, solo Alarici Breuiario ex codice Theodosiano, Paulli sententijs, & aliis auctoribus excepto vtebantur. Iustiniani opera ne audierant quidem. De Gregorio autem primo qui fuit iisdem temporibus aliter iudico. Contius.

VERSVS.

*Ius à natura docet hic quid distet * & vsus.*

*al. ab vsu.

DE DIFFERENTIA IVRIS NATVRALIS A CONSVETVDINE ET CONSTITVTIONE. DISTINCTIO. VIII.

Verba Gratiani.

DIffert autem ius naturale à cõsuetudine & constitutione. Nam iure naturali, omnia sunt cõmunia omnibus, quod non solum inter eos seruatum creditur, de quibus legitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, &c. verumetiam ex præcedenti tẽpore à Philosophis* traditum inuenitur, vnde apud Platonẽ illa ciuitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure ergo consuetudinis vel constitutionis hoc meum est: illud verò alterius. *Vnde Aug. ait super Ioannem.*

* Pythagoras κοινὸν βίον instituisse traditur.

Tractatu. 6. ad cap. Iohan. primum.

a Hac epigraphe falsa est, nec hoc sentit Augustinus. quin potius sentit Deum esse auctorem legitimæ rerum diuisionis, quãdo ait, quia ipsa iura humana per Imperatores & rectores seculi deus distribuit humano generi. Hanc tamen epigraphen consultò hic reliquimus, vt agnoscant pij lectores quàm peruerse & perperam, pleraque in hoc libro bene dicta, à rabulis quibusdam & iuris sophistis, atque Theologastris detorta sint, dum non nisi ex huiusmodi epigraphis summariis sapiunt.

a Iure diuino omnia sunt communia omnibus: iure verò constitutionis hoc meum, illud verò alterius est.

2

QVo iure defendis villas ecclesiæ? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis diuinis habemus: humanum in legibus regum. Vnde quisque possidet quod possidet? nónne iure humano? nam iure diuino domini est terra, & plenitudo eius. Pauperes & diuites vna terra supportat. Dominus de vno limo fecit & pauperes & diuites. Iure ergo humano dicitur, hęc villa est mea: hic seruus est meus: hæc domus mea est. Iura autem humana, iura imperatorum sunt: quare? quia ipsa iura humana per imperatores & rectores seculi Deus distribuit humano generi. Item tolle iura imperatorum: & quis audet dicere, hæc villa est mea, meus est iste seruus: mea est hæc domus? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt: vultis vt reticeamus leges, vt gaudeatis. Item relegantur leges, vbi manifestè præceperunt [b] imperatores eos qui præter ecclesiæ catholicæ cõmunionem vsurpant sibi nomen christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorẽ: vt nihil nomine ecclesię audeãt possidere. Sed dicitis, Quid nobis & imperatori? Sed (vt iã dixi) de iure humano

Psal. 23. Gen. 2. b.

Concor. in l. ex hoc iure, cum ibi no. ff. de iusti. & iure.

b Valen. Theod. & cæt. lib. xvi. Codice Theodosiani.

agitur

M.E.C.D. 2017

agitur. Apostolus voluit seruiri omnibus regibus: voluit honorari reges: & dixit: Regem reueremini. Noli ergo dicere, quid mihi & regi? quid tibi ergo & possessioni? per iura regum possidentur possessiones. Dixisti: quid mihi & regi? noli ergo dicere possessiones tuas: quia ipsa iura renũciasti humana, quibus possessiones possidentur.

3. Pet. 2.

2. pars. Verba Gratiani.

Dignitate verò ius naturale similiter præualet consuetudini & constitutioni. Quæcunque enim vel moribus recepta sunt, vel scripturis comprehensa: si naturali iuri fuerint aduersa, vana & irrita habenda sunt. *Vnde Aug. ait in lib. confessionum. ii.*

Aug. c. 2. lib. 3. confessionum. Ex ma. Iuo. p. iiij.

Aduersus naturale ius nulli quicquam agere licet. 3

QVæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate sunt vitanda: vt pactum inter se, gentis aut ciuitatis consuetudine vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. Cum autem deus aliquid contra morem vel contra pactum quorumlibet iubet fieri: etsi ibi nunquam factum est, tamen faciendum est: & si omissum est, restaurandum est: & si statutum non erat, instituendum est. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat, iubere aliquid quod neq; ante ipsum quisquam, nec ipse vnquam iusserat: & si non est contra societatem ciuitatis eius, obtemperatur ei: immo contra societatem fit, si ei non obtemperetur: (generale quippe pactum est societatis humanæ, obtemperare regibus suis) quanto magis deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ ad ea quæ iusserat, sine dubitatione seruiendum est. sicut enim in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur: ita deus omnibus. *Item* [b] * *Nicolaus papa Ignaro Remensi archiepiscopo.*

b Ignaro.

* *Nicolaus papa sedit circa annum Christi* DCCCLXI. *Imperantibus in Oriente Michaele, & in Occidente Ludouico secundo.*

Radicitus est euellenda perniciosa consuetudo. 4

MAla autem consuetudo non minus quàm pernicioſa corruptela abiicienda & vitanda est: quæ nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis assumitur: & incipiũt præuaricationes & variæ præsumptiones celerrimè non compresse pro legibus venerari: & priuilegiorum more perpetuo celebrari. *Item Augustinus de vnico baptismo lib. ij.*

Iuo. Carn. lib. 2. eadem profert. Aug. cap. 6. li. 3. de baptismo contra Donatistas.

Veritati & rationi consuetudo est postponenda. 5

VEritate manifestata cedat consuetudo veritati. planè quis dubitet veritati manifestè consuetudinem cedere? Item nemo consuetudinem rationi & veritati præponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. *Item Greg.* [b] *Guillimundo Auersano episcopo.*

a Aug. c. 7. eiusdem.

b al. VVimundo.

Quælibet consuetudo veritati est postponenda. 6

SI consuetudinem fortassis opponas, aduertendum est, quòd dominus dicit: Ego sum via, veritas, & vita. non dixit: Ego sum

Ex mag. Iuo. p 4. Aug. ca. 5. & 6. li. 4 de baptism. Ioan. 14.

M.E.C.D. 2017

ſum conſuetudo, ſed veritas. & certè (vt beati Cypriani vtamur ſententia) quælibet conſuetudo quantumuis vetuſta, quantumuis vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda: & vſus qui veritati eſt contrarius, eſt abolendus. *Item Auguſtinus in lib. de baptiſmo paruulorum.* lib. 3. cap. 5.

Veritate reuelata, conſuetudinem ſibi cedere oportet. 7

QVi contempta veritate præſumit conſuetudinẽ ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur: aut circa Deũ ingratus eſt, inſpiratione cuius eccleſia eius inſtruitur. nã dominus in euãgelio, Ego ſum, inquit, veritas. nõ dixit, ego ſum cõſuetudo. Itaq; veritate manifeſtata cedat cõſuetudo veritati. Reuelatione igitur facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus qui circuncidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti. Igitur cum Chriſtus veritas ſit, magis veritatem quàm conſuetudinem ſequi debemus: quia cõſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. *Idem in lib. iiij. de bapt.* Ex eod. ibid. Cap. 6. eiuſdem. Cap. 7. eiuſdem. Galat. 2. Cap. 4. lib. 4.

Conſuetudo rationi fruſtra opponitur. 8

FRuſtra, inquit quidã, qui ratione conuincuntur, conſuetudinem nobis obiiciunt: quaſi cõſuetudo maior ſit veritate: aut nõ ſit in ſpiritualibus ſequẽdum, quod melius à ſpiritu ſancto reuelatũ eſt. hoc planè verum eſt: quia ratio & veritas conſuetudini præponẽda ſunt. ſed ſi cõſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retinere. *Item* a * *Cyprianus.* Ex eod. ibid.

a Scribens ad Pomp peium.

* *Cecilius Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus & martyr, ſedit ſub Decio & Gallo & Valeriano tyrannis, circa annum Chriſti* CCL. & CCLXI.

Rationem conſuetudo impedire non debet. 9

COnſuetudo quæ apud quoſdã irrepſerat, impedire non debet quo minus præualeat veritas, & vincat. nã cõſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequamur veritatẽ: ſciẽtes quia apud Heſdrã veritas vincit: vt ſcriptũ eſt: Veritas valet & inualeſcit, & viuit in æternũ, & obtiner in ſecula ſeculorum. *Idem.* Ignoſci poteſt ſimpliciter erranti: ſicut de ſeipſo Paulus Apoſtolus dicit: Qui prius fui blaſphemus & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam merui, quia ignorans feci. Poſt inſpirationem verò & reuelationem veritatis factam, qui in eo quod errauerat, perſeuerat prudens & ſciens: iam non in venia ignorantiæ peccat. præſumptione enim atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione ſuperetur. *Idem.* 3. Heſdræ 3. c. & 4. d. 1. Tit. 1. c. Cypr. epiſt. ad Iubaianum.

Dei veritatem, non hominum conſuetudinem ſequi oportet. 10

SI ſolus Chriſtus audiendus eſt, nõ debemus attendere quid aliquis ante nos faciendũ putauerit: ſed quid prius qui ante omnes eſt Chriſtus prior fecerit. neq; enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatẽ: cùm per Eſaiã prophetam loquatur deus & dicat: Sine cauſa colunt me, mandata & Cypr. epiſt. 3. lib. 2. epiſtolarum ad Cecilĩ. Eſaiæ 29. 1.

M.E.C.D. 2017

Matth. 15. 4. doctrinas hominum docentes. Liquido igitur ex præmissis apparet, quòd consuetudo naturali iuri postponitur.

VERSVS.

Nonaque naturæ quod lex positiua ministret.

IVS NATVRALE PRAEPONITVR LEGI AC CONSTITVTIONIBVS.

DISTINCTIO IX.

Verba Gratiani. Epist. quinquagesima

QVOD autē constitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur. *Ait enim Augustin. ad Bonif.* « *Leges principum naturali non præualent iuri.* *Palea.* «

IMperatores quando pro falsitate contra veritatē cōstituunt malas leges: probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes. quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges: terrētur sæuientes, & corriguntur intelligentes. Quicunque ergo legibus imperatorum quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult: acquirit grande supplicium. Quicunque verò legibus imperatorum quæ contra voluntatem Dei feruntur, obtemperare non vult: acquirit grān de præmium. Nam à temporibus prophetarum omnes reges qui in populo Dei nō prohibuerunt, nec euerterunt quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et Rex Nabuchodonosor cùm seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulachrum adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, piè fideliterque fecerūt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo, piam & laudabilē pro veritate constituit legē: vt quicunque diceret blasphemiam in Deum Sidrach, Misac, & Abdenago: cum domo sua penitus interiret. *Item ex verbis Isidori.*

Dan. 3. de

Dan. 3. g. Isidor. cap. 52. lib. 3. de summo bono.

Principes tenentur & ipsi viuere legibus suis. 2

IVstum est principē legibus obtemperare suis. tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quādo & ipse illis reuerentiā præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se posse damnare iura quæ in subiectis cōstituunt, iustum est. Iusta est enim vocis auctoritas eorum, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur. *Item Augustin. in prolo. lib. 3. de Trinitate.*

Aug. in prologo lib. 3.

Scripturis canonicis tractatorum literæ deseruiunt. 3

NOli meis literis quasi canonicis scripturis deseruire: sed in illis & quæ non credebas cùm inueneris, incunctāter crede: in istis autē quod certum nō habebas, nisi certum intelleueris, noli firmum tenere. *Idem ad Vincentium Victorem, lib. ij.*

Aug. cap. 1. libr. 1. de anima & eius origine.

In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. 4

NEgare non possum nec debeo sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari. *Idem ad Hiero. epist. 8.*

Aug. epis. 8. ad Hiero.

In scri-

M.E.C.D. 2017

In scripturis canonicis mendacia non admittuntur.

EGo solis eis scriptorum qui iam canonici appellãtur, didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere: aut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud existimẽ, quàm mendosum esse codicem: vel non esse assecutum interpretem quod dictum est: vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autẽ ita lego, vt quantalibet sanctitate, quantáve doctrina polleant: nõ ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores vel canonicas, vel probabiles rationes quod à vero nõ abhorret, persuadere potuerunt. *Idem.* *Hiero. id scribit ad Lucinium.*

Libris veterum Hebræa volumina, nouis Græca auctoritatem impendunt.

5

VT veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est: ita nouorum veritas Græci sermonis normã desiderat. *Idem in epist. 1. ad Hieron.*

Aug. epist. 9. id scribit ad Hieron.

Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa.

SI ad scripturas sacras admissa fuerint vel officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur: cuius pondere contentiosæ falsitatis obteretur improbitas? *Idem de vnico baptismo lib. 2.* *Aug. cap. 3 lib. 2. de bapt. cõtra Donatist.*

Literis omnium episcoporum sacra præponitur scriptura. 6

QVis nesciat sacram scripturã canonicã tam veteris quàm noui testamenti certis terminis suis contineri: eamque posterioribus omnibus episcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & disceptari nõ possit, vtrum verum, vel vtrum rectum sit, quicquid in ea scriptum sit, vel constiterit esse: Episcoporum autẽ literas quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur: & per sermonem fortè sapientiorem in ea re cuiuslibet peritioris, & per aliorũ episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorumq; prudentiam, & per cõcilia licere reprehendi, si quid in eis fortè à veritate deuiatum est? *Idem in epist. ad Vincentium.* Nota. *Epist. 48. contra Donatistas.*

Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur.

7

NOli frater contra diuina tam multa, tam præclara, tam indubitata testimonia colligere velle calũnias ex episcoporum scriptis: siue nostrorum, sicut[a] Hilarij, siue Cypriani, & Agrippini, antequã pars Donati separetur. primoq; hoc genus literarum ab auctoritate canonum distinguẽdum est. nõ enim sic leguntur, tanquã ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, si cubi fortè aliter sapuerint quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt nõ dedignemur etiã nobis dictum ab Apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis,

a *siue*

M.E.C.D. 2017

hoc quoque vobis Deus reuelauit. *Idem in epist. ad Fortunatum.*

Philipp. 3. c.

Non debetur par reuerentia canonicis scripturis, & expositionibus 8
*eorum.

Epist. 3. ad Fortunatianum episcopum Siccensem. *expositoribus

NEque quorumlibet disputationes quanuis catholicorum & laudatorum hominum, veluti scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorū scripturis improbare atq; respuere, si fortè inuenire mus quod aliter senserint, quàm veritas habet diuino adiutorio vel ab aliis intellecta vel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. *Idem ad Casulanum.*

Aug. ca. 23. lib. 1. de ciuit. Dei ad Marcellinum id habet.

Exemplis ratio sana præferatur. 9

SAne quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui quidem & exempla cõcordant: sed illa, quæ [a] tantum digniora sunt imitatione, [b] quantum excellentiora pietate.

a tanto
b quanto

c Verba Gratiani. ‘Cum ergo in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm » quod Deus vult fieri: nihilque aliud vetetur, quàm quod » Deus prohibet fieri: denique cùm in canonica scriptura ni- » hil aliud quàm in diuinis scripturis & legibus inueniatur: » diuinæ verò leges natura consistant: patet quòd quæcunque » diuinæ voluntati seu canonicæ scripturæ contraria probãtur, » eadem etiam naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quęcun- » que diuinæ voluntati seu canonicæ scripturę, seu diuinis legi- » bus postponenda censentur, eisdem naturale ius præferri opor » tet. Constitutiones ergo vel ecclesiasticæ vel seculares si natu- » rali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ. »

VERSVS.

Denaque canonib. quod lex mundana ministret.

CONSTITVTIONES SECVLARES ECCLESIASTICIS SVBSVNT.

DISTINCTIO X. 1

Verba Gratiani. COnstitutiones verò principum ecclesiasticis constitu- » tionibus non præeminent, sed obsequuntur. »

VNDE Nicolaus papa scribit episcopis in conci. apud Conuicinium congregatis.

Lex Imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest. 2

Leo Carth. l. 1. eadem habet. LEge imperatorum nõ in omnibus ecclesiasticis cõtrouersiis vtendum est: præsertim cùm inueniatur euãgelicæ ac catholicæ sanctioni aliquotiens obuiare. Item lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio nõ possunt iura ecclesiastica dissolui. Ad quod ostendendũ duorum horum scilicet Inno. & Greg. satis sufficiunt testimonia.

Innoc. 1. epist. 18. Sanctus quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenũ Episcopũ ait: Quod scisscitaris (inquiẽs) vtrum diuisis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant

M.E.C.D. 2017

fiant, [a] duo metropolitani debeant nominari: non visum est nobis ad mutabilitatẽ necessitatum mundanarũ rerum, * Dei ecclesiã cõmutari: honoresq́; aut diuisiones perperi quas pro suis causis faciendas duxerit imperator. Beatus Greg. scribens ad Theotistã [b] Patricium ait inter cætera: Si, inquit, religionis causa coniugia debere dissolui dicantur: sciendum est quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit.

[a] sic dur.

Greg. epist. 39. lib. 9. [b] Patricium

„ Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt eccle-
„ siastica iura dissolui. Ecce qualiter quod lex humana concessit:
„ diuina lex prohibuit. Non quod imperatorum leges (quibus
„ sæpe ecclesia vtitur contra hæreticos: sæpe contra tyrannos
„ atque contra prauos quoscunque defenditur) dicamus penitus
„ renuendas: sed quòd eas euangelicis & apostolicis atque cano
„ nicis decretis (quibus postponendæ sunt) non nosse inferre
„ præiudicium asseramus. *Item* †*Symmachus papa in vj. synodo*

In 6. synodo Romanæ tempore Theodorici regis.

* *Iustinianus tamen Imperator vt locum & vrbem natalem omnib. modis celebraret: Ius metropoleos & patriarchatus seu archiepiscopatus quod prius erat Thessalonicæ, transtulit in Iustinianeam primam vrbem suam natalem à se constructam. Idque tolerauerunt Romani pontifices, vt ex Gregorij primi epistolis cognosci potest.*

Habeo librum in quo tribuitur hoc cap. Calixto.

† *Symmachus sedit circa annum Christi* CCCCXCVIII. & DX. *Imperantibus in oriente Anastasio, & in Italia Theoderico.*

Nihil quod euangelicis regulis obuiet, imperatori agere licet. 3

NOn licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquam quod euangelicis vel prophetícis aut apostolicis regulis obuiet, agere. *Item Fœlix papa* [**loquitur principi.*]

* desunt hęc verba in manuscr. Fœlix 4. sub Iustino imperatori, circa annum Christi 522.

In ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus est postponenda. 4

CErtum est hoc rebus vestris esse salutare, vt cùm de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionẽ regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre: & sacrosancta per eorum præsules potius discere quàm docere: ecclesiasticam formam sequi: non huic humanitus sequenda iura præfigere: neque in eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere: ne dum mensura cælestis dispẽsationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. *Idem.*

Bonis moribus & decretis Romanorum pontificum constitutiones contraire non possunt. 5

COnstitutiones contra canones & decreta præsulum Romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti. *Item Nicolaus papa.*

M.E.C.D. 2017

Quæ sacerdotum sunt, regibus vsurpare non licet. 6

Nic.pa. pri. ad Michaelem imperatorem scribens.

IMperium vestrum suis reipublicę quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare quæ sacerdotibus domini solùm conueniunt. *Item Gregor. Nazianzenus imperatoribus Constantinopolitanis.*

Tribunalia regum sacerdotali sunt potestati subiecta. 7

SVscipitis ne libertatem verbi? libenter accipitis quòd lex Christi sacerdotali vos subiicit potestati, atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si à terrenis cælestia superentur: & si diuinis præferantur humana? Ecce quòd constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponendæ sunt. vbi autem euangelicis atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia dignæ habeãtur. *Vnde Aug. ait in dialogo contra Petilianum.*

2. pars. Constitutiones seculares ecclesiasticis cõsentientes seruandæ. Augu. c. 58. li. 2. cõtra literas Petiliani.

Leges imperatorum in adiutorium ecclesiæ licet assumere. 8

Act. 22. f. 1. ad li. 2. b.

SI in adiutorium vestrum terreni imperij leges assumendas putaris, non reprehendimus. Nam fecit hoc Paulus, cùm aduersus iniurioſos Romanum ciuem se esse testatur. *Item Cyprianus Iuliano imperatori.*

Reges pontificibus pro aterna vita, & pontifices regibus pro temporalibus indigent. 9

a Nic.pa.pri.id habet ad Michaelẽ imperatorem scribens. Iuo Carno. li. 2. consimiliter.

QVoniam [a] idem mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit propria: volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, nõ humana superbia rursus in inferiora demergi: vt etiam Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent: & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterẽtur: quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus: & deo militãs minime secularibus negociis sese implicaret, ac viciſſim ne ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus. *Item* *Leo 4. Lothario Aug.*

**Sedit hic Leo huius nominis primus Ludouici pij filius Caroli Magni nepos, circa annum Christi,* D. CCC. XLVII. *sub Michaele Orientis, & Lothario Occidentis Imperatoribus.*

Ex Iuone. profert cum tribus sequentibus. *capitularib.

Leges imperatorum custodiri oportet. 10

DE *capitulis vel pręceptis imperialibus vestris, vestrorumque etiam pontificum prędecessorum irrefragabiliter custodiendis & conseruandis: quãto valuimus & valemus Christo propitio, & nunc, & in ęuum nos cõseruaturos modis omnibus profitemur: & si forte quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit: sciatis eum pro certo mendacem. *Item Ioan.* *ix. Ludouico [b] imperatori.

b Huius nominis 3. cognomento Balbo, Caroli Calui Francorũ filio. Contius.

*VII) VIII. *nominatur apud magn. Iuo. par. 6. quod caput illic exiit*

M.E.C.D. 2017

extat multo prolixius. Sed & in manuscripto Gratiano scriptum est Ioannes VIII. *Nam Ioannes septimus erat fœmina. Contius.*

Legis auctoritate dissoluitur quod contra eam fit. 11

VIdes fili chariſſime, quia quicquid contra leges accipitur, per leges diſſolui meretur. *Item* **Gelaſius Rufino, & Aprili epiſcopis.*

**Sedit ſub Anaſtaſio imperatore, anno* CCCCXCIII.

Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. 12 Ex ſuone P. 40

QVis autem leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas dicat debere cõtemni: niſi qui impunitum ſibi tantum exiſtimet tranſire commiſſum?

Item Theodorico regi.

Seruentur ab omnibus Romanorum principum leges. 13

CErtum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorũ principum quas in negociis hominum cuſtodiendas eſſe præceperit, multo magis circa reuerẽtiam beati Petri apoſtoli pro ſuæ fœliciratis augmento velle ſeruari. *Item Leo quartus Lothario Auguſto.* Ex eodem.

Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. 14

VEſtram flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſque vniuerſis procellis: & quæ pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta: ita & nunc ſuum robur propriumque vigorem obtineat. Ex eodem.

VERSVS.

Vſum legali iuri ſuccumbere ſentis.

CONSVETVDO LEGIBVS CEDIT.

DISTINCTIO XI.

QVOD verò legibus conſuetudo cedat, Iſidorus teſtatur, dicens in ſynonymis, lib. 2. Verba Gratia. 1. p. ars. Iſider. in dialogo ſiue ſynonymis hominis & rationis.

Prauus vſus ratione ſuperatur & lege.

VSus auctoritati cedat: prauum vſum & lex & ratio vincat. Nicol. pa. pr. epi. ad Michaelem.

Item Nicolaus papa Michaeli imperatori.

Non poteſt ſtatutis pontificum conſuetudo cuiuſquam refragari. 2

CONſequens eſt, vt quod ab huius ſedis rectoribus plena auctoritate ſancitur, nullius cõſuetudinis præpediente occaſione proprias tantummodo ſequẽdo voluntates remoueatur: ſed firmius atque inconcuſſe teneatur. *Item Iulius* **papa.* Iul. papa pri. epi. pri. ad orient. epiſcopos.

* *Sedit hic Iulius primus ab anno Chriſti* CCCXXXVI. *vſque ad annum* CCCLII. *ſub Conſtantino Magno.*

Non licet à conſuetudine Romanæ eccleſiæ membris diſſentire 3

NOlite errare fratres mei chariſſimi: doctrinis variis & extraneis nolite abduci: & inſtituta apoſtolorum & apoſtolicorum virorũ canonesq; habetis: his fruimini: vt freti eis cõtra cuncta inimicorũ iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt quenquã vel pontificum, vel ordinum ſubſequẽ- Hebr. 13. d.

M.E.C.D. 2017

tium hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi viderit, & docere. Multum enim conuenit vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordet: quæ inde auctoritatem habet, vbi dominus totius eccleſiæ poſuit principatū.

Item codice lib. viij. tit. Quæ ſit longa conſuetudo.

Non poteſt vſus & conſuetudo legem & rationem vincere. 4

Conſtantinus imperator ad Proculum.

CONſuetudinis vſusque longæui non vilis auctoritas eſt: verum non vſque adeo valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem ſcriptam.

Verba Grat. *Conſuetudo canonibus ac legibus cõſona eſt ſeruanda.*

Cùm verò nec ſacris canonibus, nec humanis legibus conſuetudo obuiare monſtratur: inconcuſſa conſuetudo ſeruãda eſt. *Vnde Augu. ait in lib. ex dictis Baſilij.*

Inuiolabilis eſt conſuetudo quæ nec humanis legibus, nec ſacris canonibus obuiare monſtratur. 5

Ivo Carnot. li. 2. conſimiliter profert.

ECcleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam in ſcriptis, quaſdã verò apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio cõfirmatas accepimus: quaſdã vero cõſuetudine roboratas approbauit vſus: quibus par ritus & idẽ [a] vtriuſq; pietatis debetur affectus: vnde quis vel aliquantulũ ſacrarũ expertus ſcripturarũ hæſitauerit? Si enim attẽderimus cõſuetudines eccleſię nõ per ſcripturas à patrib⁹ traditas nihili ęſtimare: quantũ religio detrimenti ſit latura, intentiuè inſpicientibus liquido cõſtabit.

[a] *vtriſque*

Quæ enim (vt inde exordiamur) ſcriptura ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri: vel quæ trifariam digeſta ſuper panem & calicem, prolixæ orationis vel conſecrationis verba commendauit? nam non modo quod in euãgelio continetur, vel ab Apoſtolo quod eſt inſertũ ſecretis dicimus: ſed & alia plura adijcimus, magnam quaſi vim commendantia myſteriis. Quæ orientem verſus nos literarum [b] orare forma docuit? Benedicimus fontẽ baptiſmatis oleo vnctiõis. [c] Huic accedit quòd ter oleo inungimus quos baptizamus. verbis abrenunciare ſatanæ & angelis eius informamus. vnde & hęc & alia in hunc modum non pauca, niſi tacita ac myſtica traditione à patribus eccleſiaſtico more, ac reuerentiori diligentia ſunt in miniſteriis obſeruata magis ſilentio, quàm publicata ſcripto. *Idem ad Caſulanum presbyterum.*

[b] *adorare.*

[c] *Huic accedat quod ter mergimus, quòd baptizatos oleo vngimus.*

Greg. id habet epiſt. 75. lib. epiſt. ad epiſcopos Numidiæ.

Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fidei contrarium vſurpat. 6

CONſuetudinem laudamus; quæ tamẽ contra fidem catholicam nihil vſurpare dinoſcitur. *Idem ad eundem.*

Vbi auctoritas deficit, mos populi & maiorũ inſtituta pro lege ſeruãtur. 7

Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum.

IN his rebus de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege tenẽda ſunt; & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt. *Idem in libro de fide Chriſtiana.*

Aucto-

M.E.C.D. 2017

Auctoritate & traditione generali vel ſpeciali eccleſia regitur. 8

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa, tribus modis probatur exiſtere. quicquid enim in ea tenetur: aut auctoritas eſt ſcripturarũ, aut traditio vniuerſalis,aut certè propria & particularis inſtitutio:ſed auctoritate tota cõſtringitur: vniuerſali traditione maiorum nihilominus tota:priuatis verò conſtitutionibus & propriis informationibus vnaquæque pro locorum varietate prout cuique viſum eſt, & ſubſiſtit & regitur. *Idem in lib. contra Manichæos.*

Aug.c.2.lib.11. contra Fauſtum Mani.

Valet ad fidem catholicam auctoritas eccleſiæ. 9

PAlam eſt quòd in re dubia ad fidem & certitudinem valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ,quę ab ipſis fundariſſimis apoſtolorum ſedibus vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet & epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione confirmatur. *Item Leo papa.*

Ab apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. 10

HOc veſtræ indicimus charitati, vt ab apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu: quia inultũ poſt hoc eſſe non poterit,ſi quiſquam apoſtolicas regulas in aliquo crediderit eſſe negligendas. *Item *Innoc. Decentio epiſcopo.*

Innocentius papa 1. epiſt.1. ad Decentium epiſcopum Eugubinum.

** Sedit hic Innocentius circa annum Chriſti* CCCC. *Imperantib. Arcadio & Honorio.*

Ab omnibus obſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. 11

QVis neſciat aut nõ aduertat, id quod à principe apoſtolorum Petro Romanæ eccleſiæ traditum eſt,ac nunc vſq; cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari:nec ſuperduci,aut introduci aliquid quod auctoritatem debeat generalem aliunde accipere vel exemplum:præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam,& Galliam,Hiſpaniam,& Aphricam,atque Siciliam,inſulasq; interiacentes nullũ inſtituiſſe eccleſias, niſi eos quos venerabilis apoſtolus Petrus,aut ſucceſſores eius conſtituerunt ſacerdotes. Legant autẽ ſi in his prouincijs alius apoſtolus inuenitur aut legitur docuiſſe:quod ſi non legunt, quia nuſquã inueniunt: oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit: à qua principiũ eos accepiſſe non dubium eſt: ne dum peregrinis [a] ſermonibus ſtudent,caput inſtitutionum videantur[b] amittere. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe,ac nobiſcum in eccleſia conueniſſe non dubium eſt: & quem morẽ vel in conſecrandis myſteriis, vel cæteris agendis arcanis teneat,agnouiſſe:quod ſufficere arbitraremur ad informationem tuæ eccleſiæ,vel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid aut aliter tenuerint: & ſatis certum haberemus,niſi de aliquibus nos cõſulendos eſſe duxiſſet:quibus idcirco reſpondemus non quòd te [c] ignorare credamus: ſed vt maiori auctoritate vel tuos inſtituas: vel ſi qui à Roma. eccle.

a *aſſertionibus.*
b *omittere.*
c *ignorare aliqua.*

M.E.C.D. 2017

institutionibus errant aut commoneas ; aut nobis indicare non differas: vt scire valeamus qui sint qui aut nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ quàm Romanæ existimant consuetudinem esse seruandam.

VERSVS.

Quæ facienda putas præeat discretio mentis.

CONTRA CONSVETVDINES ET TRADITIONES VNIVERSALES NON EST AGENDVM. DISTINCTIO. XII. 1

QVod absque discretione iustitiæ nulli agere licet. "
**Vnde Calixtus papa omnibus episcopis ait:* "

Verba Gratiani. 1. pars. Calix. papa primus epi. 1. ad Benedictum episcopum.

** Calixtus à Petro decimus sextus papa Rom. temporib. Antonini sedit circa annum Christi* CCXX.

Nulli agere licet sine discretione iustitiæ contra disciplinam Romanæ ecclesiæ. 2

NOn decet à capite membra discedere: sed iuxta scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubium est, quòd apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum: à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare: & sicut Dei filius venit facere voluntatẽ patris sui, sic & vos implete voluntatẽ matris vestræ, quæ est ecclesia : cuius caput (vt prædictũ est) Roma. cõsistit ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinã actum fuerit, ratum haberi nulla ratio permittit. *Item Gregorius papa.*

Apostolicis præceptis nullus superbè resistat. 3

Anastasius papa 2. hoc habet principiũ, scribens ad Anastas. Augustum. cap. 6.

PRæceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiã quæ à sancta Roma. eccle. & apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiusdẽ sanctæ dei ecclesiæ (quæ est caput vestrum) cõmunionem habere desideratis. Nõ nouum aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa quę olim vidẽtur indulta, firmamus: cùm nulli dubiũ sit quòd non solùm põtificalis causatio, sed omnis sanctæ spei Romã. eccle. & religionis relatio ad sedem apostolicam quasi ad caput omnium ecclesiarum debuit referri: & inde normã assumere, vnde assumpsit exordiũ: ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionẽ omnes teneant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ Petræ (super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam) soliditate cõuelli. Si quis hæc apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit: percepti honoris esse hostis non dubitetur. *Item Nicolaus Michaëli imperatori.*

Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas. 4

Ino Cam. lib. 2. id eidem tribuit.

SCit sancta Roma. ecclesia, quòd nihil obsunt saluti credentiũ diuersę pro loco & tẽpore cõstitutiones vel consuetudines, si illis canonica nõ obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus. vnde nil iudicamus eis debere vel posse resisti.

Item

M.E.C.D. 2017

* Item Hiero. ad Lucianum.

Hieron. ad Lucinium scribens.

*Hieronymus natus anno Christi CCCXXXX1. mortuus verò anno CCCC XXII. sub ijsdem temporibus, & Imperatoribus claruit doctrina & libris quibus Ambrosius & Augustinus.

Consuetudines quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ sunt, obseruentur. 5

ILlud breuiter te admonendū puto, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiāt, ita obseruādas, vt à māioribus traditæ sunt: nec aliquorum consuetudinē, aliorum contrario more subuerti. *Item Nicolaus Ignatio*episcopo.*

* Igmaro

Traditiones à patribus institutæ non sunt infringendæ. 6

RIdiculum est & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur.

Ius Carn. lib. 2. eadem profert.

Item Institutionum lib. j. titu. ij.

Diuturni mores pro lege sunt habendi. 7

DIuturni mores (nisi legi sint aduersi) consensu vtentium approbati, legem imitantur. *Item Codice lib. viij. titu. Quæ sit longa consuetudo. c. j.*

Quicquid fit contra longam consuetudinem, reuocari oportet.

COnsuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem suasit, tenenda est. Et quicquid contra longam consuetudinem fiet, ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ.

Imperator Alexander.

Item Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ.

Immota maneat consuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur. 8

NOs consuetudinem quæ contra fidem catholicam nil vsurpare dinoscitur, immotā permanere concedimus: siue de primatibus constituendis, siue de cęteris capitulis: exceptis his qui ex Donatistis ad episcopatum perueniūt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cùm ordo clericorum eos deferat ad locum eundē) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autē illis commissæ sibi plebis curam gerere: non autem illos antistites quos catholica fides in ecclesiæ sinu docuit & genuit ad obtinendum culmen primatus anteire. *Item Gregorius.*

Grego. papa pri. epist. 75. lib. pri.

Grego. pap. primus est. Rt. lib. 7. ad Maximū Salonitanen. episc.

Non negentur quæ consuetudinis sunt. 9

QVemadmodum quæ illicita sunt, perpetrare non patimur: sic quæ sunt consuetudinis, non negamus.

Idem cap. 3 respondens ad interrogationem tertiam Augustini Cantuarien. archiepiscopi.

Item Gregorius Augusti. Anglorum episcopo.

Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. 10

NOuit fraternitas tua Romanæ eccle. consuetudinem, in qua se meminit esse nutritam: sed mihi placet, vt siue in Romana siue in*Gallicorum, siue in qualibet ecclesia inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere, solicitè eligas: & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide noua est, & in con-

* Gallicanorum.

M.E.C.D. 2017

constitutione præcipua,quæ de multis ecclesiis colligere poteris, infundas . Non enim pro locis res , sed pro rebus loca amanda sunt . Ex singulis ergo quibuscunque ecclesiis quæ pia, quæ religiosa , quæ recta sunt elige: & hæc quasi in fasciculum collecta , apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. *Item Augu.ad Ianuarium.*

Epist.118.

Quod neque contra fidem , neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. 11

* Alias, *illa vero.*

ILla autem*quæ nõ scripta,sed tradita sunt,custodimus:quæ autẽ toto orbe terrarum obseruantur : datur intelligi vel ab ipsis apostolis,vel ex plenariis conciliis(quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas)commendata atq; statuta retineri : sicut id quòd domini passio & resurrectio,& ascẽsio ad cælũ, & aduentus spiritus sancti,anniuersaria solennitate celebrãtur:& si quid aliud tale occurrerit quod seruetur ab vniuersis quocũque se diffundit ecclesia. Alia verò quæ per loca terrarum regionesq̃ue variãtur,sicut est quòd alij ieiunant sabbatum, alij non,alij verò quotidie cõmunicant corpori & sanguini domini,alij certis diebus accipiunt : & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest,totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes . Quòd enim neque contra fidem catholicam,neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum: & pro eorum inter quos viuitur societate , seruandum est. Augu.idem auctoritate Ambrosij asserit . Mater mea Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem , cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego cõsului de hac re beatissimæ memoriæ Ambrosium episcopum . At ille ait: Cùm Romam venio,sabbatum ieiuno; cùm Mediolani sum, non ieiuno . Sic & tu ad quãcunque fortè ecclesiam veneris, eius morem serua,si cuiquã nõ vis esse scandalum, nec quenquam tibi. Hoc cùm matri renũciassem, libẽtur amplexa est.

a Verba Gratiani.

« [a] Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est , quæ
« vel vniuersalis ecclesiæ vsu , vel temporis prolixitate robora-
« tur.Cæterùm si pro varietate temporum , vel animorum , vel
« locorum variæ consuetudines introducantur , inuenta oppor-
« tunitate resecandæ sunt potiùs quàm obseruandæ.
« *Vnde Augusti. scribit ad inquisitiones Ianuarij.*

Epi.119. cap. 19.

Resecanda sunt quæ neque auctoritatibus neque moribus vniuersitatis comprobantur. 12

OMnia talia quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporũ statuta inueniuntur,nec cõsuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorũ diuersis moribus innumerabiliter variantur,ita vt vix aut nunquã omnino possint inueniri causæ, quas in eis constituendis homines secuti sunt,vbi facultas tribuitur,

M.E.C.D. 2017

buitur, sine vlla dubitatione resecãda existimo. quanuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint: ipsam tamen religionem quã in pauciſsimis & manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis miſericordia dei voluit eſſe liberã, ſeruilibus oneribus premũt, adeò vt tolerabilior ſit conditio Iudęorum: qui etiam ſi tempus libertatis nõ cognouerint, legalibus tamen ſacramentis, non humanis præſumptionibus ſubiiciuntur. *Item ex Concilio Toleta. xi. cap. iij.*

Omnes prouinciales eundem in pſallendo modum teneant, quem metropolitanam ſedem habere cognouerint. 13

DE his qui contra apoſtolicam voluntatem circunferuntur omni vento doctrinę, placuit ſancto concilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti, vniuſcuiuſq; prouinciæ ciues, rectoresq; eccleſiarum vnum eundẽq; in pſallendo teneant modum, quem à metropolitana ſede cognouerint inſtitutum: nec aliqua diuerſitate cuiuſq; ordinis, vel officij à metropolitana ſede patiantur ſe diſiungi. Sic enim iuſtum eſt, vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationẽ accepit: vt iuxta maiorum decreta; ſedes quæ vniuſcuiuſq; ſacerdotalis dignitatis eſt mater, eccleſiaſticæ dignitatis vel rationis ſit magiſtra. Abbatibus ſanè indultis officijs, quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter ab illis implenda ſunt: cætera officia publica, id eſt, veſperas, matutinum, ſiue miſſam aliter quàm in principali eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis autem horum decretorum violator exſtiterit, ſex menſibus a communione priuatus, apud metropolitanam ſub pœnitentiæ cenſura maneat corrigendus: quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſſionis culpam lachrymis diluat: & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſè addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolùm metropolitanus totius ſuæ prouinciæ pontifices vel ſacerdotes adſtringat, ſed & cæteri epiſcopi ſubiectos ſuos eccleſiarum rectores obtemperare ſuis inſtitutionibus cogant. 3. pars. Epiſc. 3. 9.

Item ex Concilio Bracharenſi. j. cap. xix.

Ordo ſeruetur in matutinis & veſpertinis officijs vnus & idem. 14

PLacuit omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis vel veſpertinis officijs teneatur: & non diuerſæ ac priuatæ, neque monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permixtæ.

Ius

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Contra naturæ ius dispensare vetaris.

IVS NATVRALE EST INDISPENSA-BILE. DISTINCTIO XIII. 1

Verba Gratiani.

ITem aduersus naturale ius nulla dispensatio admitti- " tur, nisi fortè duo mala ita vrgeant: vt alterum eorum " necesse sit eligi. Vnde in concilio Toletan. viij. cap. ij. " sic legitur.

Minus malum de duobus malis eligendum est. 2

DVo mala licet omnino cautissimè sint præcauenda, tamen si periculi necessitas vnũ ex his perpetrare compulerit, id debemus resoluere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem leuius ex his, quidve grauius sit: puræ rationis acumine inuestigemus. Etenim dum peierare compellimur, creatorem quidem offendimus: & nos tantummodò maculamus. Cùm verò noxia promissa complemus, & dei iussa contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nosipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illinc enim duplici culparum gladio perimus: hinc tripliciter iugulamur.

Cap. 18. lib. 32. in 40. cap. Iob id habet Gregor.

Item Greg. in moralibus parte vi. lib. xxxij. cap. lv. & lvj.

De eodem.

NErui testiculorum Leuiathã perplexi sunt: quia suggestionum illius argumenta implicatis inuentis illigantur: vt plerosque ita peccare faciant, quatenus si forrasse fugere peccatũ appetant, hoc sine alio peccati laqueo non euadant, & culpam faciant dum vitant: ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia se consentiant ligari. Quod melius ostendimus si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempla proferamus. Ecce quidã dum mundi huius apperit amicitias, cuilibet alteri similem sibi ducenti viram, quòd secreta scelera illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit, sed is cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur: ita vt etiam maritum adulterę occidere conetur. Is autem qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur: atque hoc silere formidat, ne silendo adulterij simul & homicidij particeps fiat; & prodere trepidat, ne reatu se periurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit ne à transgressionis contagione liber non sit.

2. part. Cap. 19. eiusdem:

Alius cuncta quæ mundi sunt desorẽs, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini apperit: sed eum qui sibi apud deum præesse debeat: minus cauta inquisitione discernit: cui forrasse is qui sine iudicio eligitur, cum præesse iam cœperit, agere quæ dei sunt prohibet, &

quæ

M.E.C.D. 2017

quæ mundi ſunt iubet. Penſans itaque ſubditus, vel quæ ſit culpa inobedientiæ, vel quod contagium ſecularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat: ne aut obediens deum in ſuis præceptis deſerat: aut rurſus non obediens, deum in electo priore contẽnat. & infra. Alius penſare pondus eccleſiſtici honoris negligens, ad locum regiminis præmiis aſcendit: ſed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet: dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur: doletque ſe ad laborem cum culpa peruenisſe; quamque ſit iniquum quod amiſerit, ex ipſa fractus difficultate cognoſcit. Reum igitur ſe cum impenſis præmiis agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timens ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe, vult ſuſcepti gregis curam gerere: ſed formidat ne deterior culpa ſit regimina paſtoralis * gregis dimittere, quàm empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde ſe conſpicit eſſe. Quippe ſine reatu criminis neutrum videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur: aut rurſus ſacra actio ſeculariter empta teneatur. Vndique metuit, & vt ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat: aut certè regimen deſerens, dum aliud fiere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. Eſt tamen quod ad deſtruendas Beemoth verſutias ſubtiliter fiat, dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur. Si omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat, clauditur: ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur*. Hinc etiam Paulus cùm quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſſit minima, vt maiora declinarent, dicens: Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat. Et quia tunc ſolum coniuges ſine culpa in admixtione ſunt, cũ non pro explenda libidine ſed pro ſuſcipiẽda prole miſcẽtur: vt hoc etiã quod cõceſſerat, ſine culpa quanuis minima non eſſe monſtraret, illico adiunxit. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Non enim ſine vitio eſt quod ignoſcitur, & non præcipitur. Peccatũ profectò vidit: ſed quod poſſet indulgeri præuidit. Sed cùm in dubiis conſtringimur, vtiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus. Itaque plerunque neruorum Beemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

IVS.

* regimina paſtoralis gratiæ empta poſſidere.

2. petri. Cap. 2. eiuſdem.

* ingerunt. 1. Cor. 7.

1. Cor. 12. b.

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Ne peccent alij grauius, leuius verearis.

IVS NATVRALE EST INDISPENSABILE, SED NON CONSVETVDO AVT LEX.

DISTINCTIO XIIII. 1

Verba Gratiani.

VErùm hoc ita in vna eademque persona intelligitur. « Cæterùm an in diuersis eadem dispensatio locum ha- « beat, videlicet vt committamus minora, ne alij grauio- « ribus implicentur, meritò quæritur. De his ita scribit Au- « gustinus in libro. v. quæstionum, super Genesim libro primo.

Aug. lib. 1. quæstio. cap. 42. Gene. 19. b.

Nõ sunt à nobis aliqua cõmittenda delicta, ne alij grauiora cõmittant. 2

QVod ait Sodomitis Loth, Sunt mihi duæ filiæ quæ nondum nouerunt viros, perducam illas ad vos, & abutimini illis sicut vobis placuerit: tantùm in viros istos ne faciatis iniquum. Quoniam volebat prostituere filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur: vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum vel quorumcunque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat: an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit quod hic dixerit, meritò quæritur. Et nimirum periculosissimè admittitur hęc compensatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ; nullo modo imitanda est.

Verba Gratiani. 2. pars. Leo papa 1. epi. 90. ad Rusticum Narbonen. episcopum

Consuetudinis autem vel constitutionis rigor non nun- « quam relaxatur. † *Vnde* Leo *papa ait.*

† *Sedit hic Leo* 1. *sanctissimus & doctissimus, circa annũ Christi* CCCCXLIII. *præfuitque annis* XX I *Iuo Theodosio & Valentiniano Imperat. paulo post Augustini tempora.*

Quæ constitutiones valeant temperari, velquæ non. 3

SIcut quædam sunt quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt quę aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum oportet temperari: illa consideratione semper seruata, vt in his quę vel dubia fuerint aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis euangelicis cõtrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

VERSVS.

Tempus in hac disce, quo canon cœperit esse.

DE ORIGINE ET AVCTORITATE CANONVM DISTINCTIO XV.

Verba Gratiani.

QVoniam de iure naturali, & cõstitutione vel consuetu- « dine hactenus differuimus, differentiam qua abinui- « cem discernuntur assignantes: nunc ad ecclesiasticas « constitutiones stylum vertamus: earum originem & aucto- « ritatem prout ex libris sanctorum patrum colligere possumus, « breuiter assignantes.

Quo

M.E.C.D. 2017

Quo tempore cœperunt canones generalium Conciliorum. 2

CAnones generalium conciliorum (vt Isidorus ait in lib. vj. Etymolog. ca. xviij.) à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat episcopis licentia [a]conueniendi in vnũ, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatẽ Christianis libere cõgregari. sub hoc etiã sancti patres in concilio Niceno, de omni orbe terrarũ conuenientes, iuxta fidem euangelicã & apostolicam, [b]secundũ post apostolos symbolum tradiderunt. Inter cætera autem concilia quatuor sunt venerabiles synodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor euangelia, vel totidem paradisi flumina. Harum prior Nicena synodus. cccxviij. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est, in qua Arrianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ trinitatis idem Arrius asserebat. consubstantialem enim deo patri † dei filium eadẽ sancta synodus per symbolum definiuit. Secunda synodus numero. cl. patrũ sub Theodosio seniore [c]Cõstantinopoli cõgregata est, quę Macedoniũ, sanctum spiritum Deum esse negantem, cõdemnans, consubstantialem patri & filio, sanctum spiritum demonstrauit, dans symboli formam quam tota Græcorum & Latinorum in ecclesiis cõfessio prædicat. Tertia synodus, Ephesina prima, cc. episcoporũ, sub iuniore Theodosio Augusto ædita: quæ Nestorium duas personas in Christo asserentẽ, iusto anathemate condẽnauit: ostendens *manere in Christo duas naturas, & vnã domini nostri Iesu Christi personam. Quarta synodus Chalcedonen. quæ sexcentorũ xxx. sacerdotum sub Martiano principe habita est: in qua Eutychẽ Constantinopolitanũ abbatẽ verbi Dei & carnis vnã naturam pronunciantẽ, [eum & eiusdẽ Dioscorũ defensorẽ] quondã Alexãdrinum episcopum, & ipsum rursus Nestoriũ episcopũ cum reliquis hæreticis vna patrum sententia prædamnauit: prædicans eadẽ sancta synodus Christum Deum sic natum de virgine, vt in eo substantiã, & diuinę & humanæ confiteamur naturæ. Hæ sunt quatuor synodi principales, fidei naturã pleniſſimè prædicantes. Sed etsi qua sunt [d]alia] concilia quę sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritates, omni maneant stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur.

Isid. id habet cap. 16 lib. 6. Ety. Idem in prefatione conciliorum & canonum.

a al. apud Isid. in vnum conuenire.

b al. secundo. in manuſ. Gra. & Isid.

ὁμοούσιον.

c Constãtinopolim, in Isidoro & Grat. manuſc.

pro inclusis legitur in vet. ma. & eius defensorem Dioscorum.

d al. deeſt. al. eius loco scribitur, similia.

Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij vero nomen tractum est ex more Romano. tempore enim quo agebãtur causę, conueniebãt omnes in vnum, & communi intentione tractabant. Vnde & conciliũ à com-

Synodus quid est.

C mu-

M.E.C.D. 2017

Hæc Isid. verba cõstat esse perturbata vt à quibusdam epitomatoribus, vt & in exẽplaribus eiusdem Isid. sic aũt videtur legendum, ‖quasi cõciliũ. Nam Cilia oculorũ sunt. Vel concilium dictum est à cõmuni sessione, quasi considiũ D. in L. literã transeunte. Cœtus vero &c.

muni intentione dictum est [quasi consilium ‖c, in ſ, literam transeunte: vel concilium dictum est à communi intentione, eo quòd in vnum dirigant omnẽ mẽtis intuitũ.‖ Cilia etenim oculorum sunt.‖vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia nõ consentiũt in vnum‖]. Cœtus verò conuentus est vel cõgregatio, à coeũdo, id est, ‖à‖ cõueniẽdo in vnũ. Hinc ‖etiam‖ cõuentus est nuncupatus, ‖eo‖ quòd omnes ibi conueniunt ‖in vnum‖. Sicut à conuentu cœtus dicitur: sic & concilium à societate multorum in vnum, appellatur.

De quatuor quoque conciliis scribit beatus Greg. ita dicẽs.

[†dei filiũ] *Vet. Isid. exẽplaria habẽt, deũ filiũ. quædã vero Grat. manuſ. dei filiũ. ſed magis Arriano dogmati repugnat ſi legam⁹, deũ filiũ, quàm dei filium: fatebatur enim aliquãdo dei filiũ ſed nõ deũ patri cõſubſtantialem.*

[*manere in Chriſto] *Verbum, Chriſto, in omnibus deeſt, Vet. Iſido. manuſcrip. ſic habet, Manere in duabus naturis vnam domini Ieſu Chriſti perſonam. ſicque in meo manuſcripto Gratiano legitur.*

De auctoritate quatuor conciliorum. 3

Hpl. 24. lib. 1. Ioann. epiſcop. Conſtãtinop. Euagrio &c.

SIcut ſancti euãgelij quatuor libros, ſic quatuor cõcilia ſuſcipere & venerari me fateor. Nicenũ ſcilicet, in quo peruersum Arrij dogma deſtruitur. Conſtantinop. quoq;, in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur. Epheſinũ etiã primũ in quo Neſtorij impietas iudicatur. Chalcedonenſe verò, in quo Eutychetis & Dioſcori prauitas eſt reprobata. Hæc tota deuotione amplector, ‖&‖ integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura cõſurgit: & cuiuſlibet vitę ‖a‖ cõmunis ‖atq; actionis norma cõſiſtit. Quintum ‖verò‖ concilium veneror, in quo epiſtola quę ibe dicitur, erroris plena reprobatur; ‖in quo‖ Theodorus perſonã mediatoris dei & hominis in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiã cecidiſſe cõuincitur [b & in quo ſcripta] Theodori per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu demẽtiæ prolata refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuũt, reſpuo: quæ venerãtur amplector: quia dum vniuerſali ſunt cõſtitura cõſenſu, ſe & nõ illa deſtruit quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut religare quos [c] abſoluunt.

a deeſt in Gratia. manuſc.

b ſcripta quoque

c abſoluerint Extat integrum in lib. canonum Iſido.

De eiſdem etiam ſcribit Gelaſius papa, *dicens:

** Sedit hic Gelaſius papa doctiſſimus ſub Anaſtaſio orientis & Theodorico occidentis imperatoribus circa annum Christi* CCCCXCI.

Quæ concilia ſancta Romana eccleſia ſuſcipiat. 4

Gelaſius pap. 1. cum 70. epiſcopis ſtatuit. d Vet. Maximiano Conſtantino Auguſto.

SAncta Roma. eccle. poſt illas veteris teſtamẽti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus: etiã has ſuſcipi nõ prohibet. Sanctã ſynodũ Nicen. cccxviij. patrũ mediãte [d] maximo Cõſtantino Auguſto; in qua Artius hæreticus condẽnatus eſt. Sanctã ſynodũ Conſtantinop. mediãte Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam dãnationẽ excepit.

M.E.C.D. 2017

cepit. Sanctã ſynodũ Epheſinam primã, in qua Neſtorius dãnatus eſt cõſenſu beati papæ Cœleſtini mediãte Cyrillo Alexandrinę ſedis antiſtite, & Arcadio epiſcopo ab Italia deſtinato. Sanctã ſynodum Chalcedonẽſem mediãte Martiano Auguſto, & Anatolio Cõſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana & Eutychiana hæreſis ſimul cum Dioſcoro eiusque complicibus dãnatæ ſunt. Sed etſi qua ſunt cõcilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta poſt iſtorũ quatuor auctoritatẽ, etiã cuſtodiẽda & recipiẽda ‖ mãdamus & ‖ decernimus. Iam nunc ſubiiciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quæ in eccleſia catholica [a] recipiuntur.

a *al.* reperiuntur

Opuſcula beati Cypriani martyris, & Carthaginẽſis epiſcopi. *Item Opuſcula beati Cyrilli.* Itẽ opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi. Itẽ opuſcula beati Greg. Nazianzeni epiſcopi. Itẽ opuſcula B. Baſilij Cappadocẽ. epiſc. Itẽ opuſcula B. Ioannis [b] Cõſtanti. epiſc. *Itẽ opuſcula B. Theophili Alexandr. epiſc.* *

b qui Chryſoſtemus dicitur.

* *vet.* intelligit nifal lor libros eius Paſchales à B. Hieron. latinitate donatos.

Itẽ opuſcula beati Hilarij Pictauien. epiſc. Itẽ opuſcula beati Aug. Hipponẽ. epiſ. Item opuſcula beati Ambroſ. Mediolanẽſis epiſco. Itẽ opuſcula beati Hieronymi presbyteri.

Itẽ opuſcula beati Proſperi viri religioſiſſimi. Itẽ epiſtolã beati Leonis papæ ad Flauianũ epiſcopũ Conſtan. deſtinatã: cuius textũ [c aut vnũ iota ſi quiſquã idiota] diſputauerit, & non eã in omnibus venerabiliter acceperit, anathema ſit. Itẽ opuſcula atq; tractatus omniũ patrũ orthodoxorũ, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ conſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli prædicatione ſeiuncti ſunt, ſed cõmunionis ipſius gratia dei vſq; ad vltimũ diem vitæ ſuæ participes fuerunt, legenda decernimus. Item decretales epiſtolæ quas beatiſsimi papæ diuerſis temporibus [d] ab vrbe Romana pro diuerſorum patrum [e] cõſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendę ſunt. [Item geſta ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormẽtorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triũphis irtadiãt. Quis ita eſſe catholicorũ dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos: nec ſuis viribus, ſed dei gratia & adiutorio vniuerſa toleraſſe?] Sed ideo ſecũdum auctoritatẽ antiquã vel cõſuetudinẽ ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia nõ legũtur, quia eorum qui ſcripſere nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus [f aut dictis] ſuperflua, aut minus apta q̃ rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putãtur: ſicut cuiuſdã Quirici & Iulitæ matris eius: ſicut [g] Gregorij aliorũq; paſſiones huiuſmodi quæ ab hæreticis probantur cõſcriptæ: propter quod (vt dictum eſt) ne vel leuius ſubſannãdi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres & eorum glorioſos agones, qui deo magis quã hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur.

c pro incluſ. legendum, ſi quiſpiam vſque ad vnum iota.

d *vet.* ad vrbem Romam

e *vet.* cõſolatione. & ſic in tomis conciliorum Lutetię impreſsis. Incluſa deſunt in manuſcripto meo Gratiano.

f Idiotis leg.

g Georg. leg.

M.E.C.D. 2017

Item vitas patrum, Antonij, Pauli, Hilarionis, & omniũ eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus.

Item actus beati Syluestri apoſtolicæ ſedis præſulis; licet eius qui ſcripſit nomẽ ignoremus: à multis tamen in vrbe Romana catholicis legi cognouimus: & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur eccleſiæ. Item ſcripta de inuentione ſanctæ crucis dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis beati Ioãnis Baptiſtę: nouellæ quidem reuelationes ſunt: & nonnulli eas catholici legunt: ſed cũ hæc ad catholicorũ manus peruenerint, Beati Pauli apoſtoli ſententia præcedat: Omnia probate: quod bonum eſt tenete. Item Rufinus vir religioſus plurimos eccleſiaſtici operis ædidit libros: nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt. Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit: illa ſentimus quæ beatum Hieronymum prædictum ſentire cognoſcimus: & nõ ſolum de Rufino, ſed etiam de vniuerſis quos vir ſæpius memoratus zelo dei & fidei religione reprehendit. Item Origenis nõnulla opuſcula quę vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus, reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. Item chronicon Euſebij Cæſarien. atq; eiuſdẽ hiſtoriæ eccleſiaſticę libros, quanuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & in laudibus atq; excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum conſcripſit librum, propter rerum tamẽ ſingularem notitiam, quæ ad inſtructionẽ pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos.

Item Oroſium virum eruditiſſimũ collaudamus: quia valde neceſſariã aduerſus Paganorum calumnias ordinauit *hiſtoriam; miraque breuitate contexuit. Item venerabilis viri Sedulij Paſchale opus quod[a] heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus.

Item Vincentij nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed[b] imitamur. Cæterùm[c] quæ ab hæreticis conſcripta vel prædicta ſunt, nullatenus recipit catholica & apoſtolica eccleſia Romana. E quibus & pauca quæ ad memoriã venerũt, & catholicis vitãda ſunt, decreuimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminẽſem ſynodum à Conſtãtino Cæſare Conſtantini filio congregatã mediante Tauro præfecto; ex tunc & in æternum confitemur eſſe damnatam. Item[d] Itinerarium nomine Petri apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis, libr.[e] viij. apocryphi. Actus nomine Andreæ apoſtoli apocryphi. Actus nomine Philippi apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli apocryphi. Euangelia Thaddæi nomine apocrypha. Euangelia nomine Thomæ apoſtoli, quibus Manichæi vtuntur, apocrypha. Euangelia nomine Barnabæ

* add. in vet. manuſ. *hiſtoriam*

a perperam olim in impreſsis legebatur hæreticis, quem errorẽm deprehendit primus Pierius Valerianus in oratione pro ſacerdotum barbis.

b miramur.

c Cætera

d Hunc librum habeo manuſcriptum latine tranſlatum. Contius.

e decem

M.E.C.D. 2017

nabæ apoſtoli apocry. Euangelia nomine Bartholomæi apoſtoli apocrypha. Euangelia nomine Andreæ apoſtoli apocrypha. Euãgelia quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euãgelia quæ falſauit Hircius[a], apocrypha. Liber de infantia ſaluatoris apocryphus. Liber de natiuitate ſaluatoris & de ſancta Maria, & de obſtetrice ſaluatoris, apocryphus. Liber qui appellatur paſtoris†, apocryphus. Libri omnes quos fecit Lenticius[b] diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber qui appellatur Fundamentũ, apocryphus. Liber qui appellatur Theſaurus, apocryphus. Liber qui appellatur de filiabus Adę, vel[c] Geneſis, apocryphus. Liber qui appellatur [pẽtametrũ†*] de Chriſto Virgilianis cõpaginatum verſibus, apocryphus. Liber qui appellatur actus Teclæ & Pauli, apocryphus. Liber qui appellatur [d] Lepotius, apocryphus. Liber Prouerbiorũ ab hæreticis trãſcriptus, & ſancti Sixti nomine ſignatus, apocryp. Reuelatio quę apppellatur Pauli, apocrypha. Reuelatio quæ appellatur Thomæ, apocrypha. Reuelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber qui appellatur trãſitus, *id eſt aſſumptio* ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber ‖qui appellatur‖ [e] Diogenes nomine Gigãtis qui poſt diluuiũ cum dracone ab hæreticis pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentũ Iob ‖alias eſt Iacob‖ apocryphus. Liber qui appellatur de pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber de pœnitentia Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur Iamnæ & Mambræ, apocryphus. Liber qui appellatur ſors [f] apoſtolorum, apocryphus. Liber Luſanæ, apocryphus. Liber canonum apoſtolorum, apocryphus. Liber phyſologus ab hæreticis conſcriptus, ſed beati Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pamphili, †† Apocrypha. Opuſcula Tertulliani, ‖ſiue‖ Africani apocrypha. *Opuſcula Lactantij apocrypha.* Opuſcula[g] Iouiniani & Galli, apocrypha. Opuſcula Mõtani & Priſcillæ & Maximillæ, apocryp. Omnia opuſcula Fauſti Manichæi apocryp. *Opuſcula Cõmodiani apocrypha.* Opuſcula alterius Clemẽtis Alexãdrini, apocryp. *Opuſcula Tatij Cypriani apocryp. Opuſcula Arnobij apocryp. Opuſcula Tyconij‡* apocrypha.* Opuſcula Caſſiani presbyteri Galliarũ, apocrypha. Opuſcula [Pictauienſis Victoris] apocryp. Opuſcula Fauſtini Reginen. Galliarũ, apocrypha. Opuſcula[h] Frumẽtici, apocryp. Epiſtola Ieſu ad Abgarũ, apocrypha. †Paſſio Georgij apocrypha. Paſſio Quirici* & Iulitæ apocrypha. Scriptura quæ appellatur Salomonis cõtradictio, apocrypha. Philacteria omnia quæ nõ ab angelo, vt illi cõfingunt, ſed magis à dæmone cõſcripta ſunt, apocryph. Hęc & his ſimilia, quę Simõ Magus, Nicolaus, ‖Ter uidus‖*, Marcion, Baſilides, Ebiõ, Paulus etiam Samoſatenus, *Photinus*, & Bonoſius, qui ſimili errore defecerunt: Mõtanus

a *Hyrtium al.* Eſychius

b Leutius

c Geneſeos

d *al.* Nepotis

e Ogyæ

f ſortes

add. in Victorian.

g Poſtumiani

Victorini Pitabionenſis.

h Frumentij *excidit*

† Epiſtola Abgari ad Ieſum apocrypha.

* *Cirici.*

* *Cherinthus. recte.*

C 3 quo-

M.E.C.D. 2017

quoq; cũ ſuis obſcœniſſimis ſequacibus: Apollinaris, Valentinus ſiue Manichęus, Fauſtus, Sabellius, Arrius Macedonius, Eunomius, Nouatius, Sabatius, [a]Calixtus, Donatus, & Euſtachius, [b]Iubianus, Pelagius, Iulianus, &[c]Latien. Cęleſtinus, [d]& Maximinus, Priſcillianus ab Hiſpania, *Neſtorius Conſtantinop. Maximus, Vnicus*, [d]Lapedius, Dioſcorus, Eutychius, Petrus & alius Petrus ex quibus vnus Alexandriã, alius Antiochiã maculauit: Acatius Conſtantinop. cum conſortibus ſuis, necnõ & omnes hæreſes quas ipſi eorũq; diſcipuli ſiue ſchiſmatici docuerũt vel cõſcripſerũt, quorũ nomina minimè retinemus: nõ ſolũ repudiata, verumetiã ab omni Roma. eccle. eliminata, atq; cum ſuis auctoribus auctorumq; ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternũ cõfitemur eſſe dãnata.[e]

a Cęleſtinus
b Iouinianus
c Calanenſis
d Lamperius
e Hactenus Gelaſ. in lib. canonũ ſuũ. Ex Innois *lib. 2. de libris ab eccleſia receptis.*

[f]Cæterùm qui libri in eccleſiaſticis officiis per anni circulum à nonnullis legantur (quod ritum illum apoſtolica nõ reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ædificatione annotandum cenſuimus [g]quidã quòd [h]in ſeptuageſima ponũt pentateuchum vſq; in vndecimum [h]diem ante paſcha. A xv. die paſcha ponũt Hieremiã, vſq; in cœnã domini. In cœna domini legunt tres lectiones de lamẽrationibus Hieremiæ: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, &c. & tres lectiones de tractatu Auguſtini in pſalmum liiij. Exaudi domine deprecationẽ meã, & ne deſpexeris: & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corint. Conueniẽtibus vobis in vnum. Secũda lectio ſic incipit. Similiter poſtquã cœnauit. Tertia de ſpiritualibus: Nolo vos ignorare fratres. In paraſceue tres lectiones de lamentationibus Hieremiæ: tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmũ, Exaudi deus deprecationẽ meam. & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Hebræos. Feſtinemus ingredi, &c. Secunda lectio, Omnis nãque pontifex. Tertia, De quo nobis eſt grandis ſermo. In ſabbato ſancto tres lectiones de lamẽtationibus Hieremiæ prophetæ: & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſal. lxiij. Exaudi deus orationem meam, [g]cum tribulor. & tres de Apoſtolo: vt ait in epiſtola ad Hebræos vbi ait: Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum. Secunda lectio. Vbi enim teſtamentũ. Tertia. Vmbrã enim habet lex futurorũ bonorũ. In Paſcha domini homiliã ad ipſum diẽ pertinentẽ. Infra hebdomadã homilias. In octauis Paſchę ponũt Apocalypſim, & actus apoſtolorũ, & epiſtolas canonicas, vſq; in octauã Pentecoſt. In octaua Pẽtecoſt. ponũt librũ Reg. & Paralip. vſq; in Calend. Auguſti. In dñica prima mẽſis Auguſti ponũt Salomonẽ vſq; in Calend. Septemb. In dominica prima mẽſis Septembris ponunt Iob, Thobiã, Heſter, Heſdrã, vſq; in Calend. Octobr. In dominica prima menſis Octobris ponunt librum Machab. vſq; in Calend. Nouemb. In dominica prima mẽſis Nouem-

f videtur eſſe verba Gratiani
g aliàs deſunt.
h xv. leg. apud Iuo. Thren. 1. a.
1. Cor. 11. d Luc. 22. b 1. Cor. 10. d
Hebr. 4. a.
g cum deprecer. Ibidem 9. a

M.E.C.D. 2017

Nouembris ponunt Ezechielem & Danielem & minores prophetas vsque in Calend. Decemb. In prima dominica mẽsis Decembris ponunt Esaiã prophetam vsq; in natiuitatẽ domini. In natali domini legunt primum de Esaia tres lectiones, Esa.9.a
Prima lectio, Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. &c. Secunda, Consolamini, cõsolamini. Tertia. Consurge Hierusalẽ. Deinde legũtur sermones vel homiliæ ad ipsum diẽ pertinẽtes. In natali S. Stephani homilia de ipsa die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentiũ similiter. In natali sancti Syluestri, similiter. In octaua natalis domini homilia de ipsa die. In dominic. j. post natiuitatẽ dñi, ponũt epistolas Pauli vsq; in septuagesimã. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, Omnes sitientes. Secunda, Surge illumi- Esa.55.a
nare Hierusalem. Tertia, Gaudens in domino gaudebo. Ibid.65.a
Deinde legũtur sermones vel homilię ad ipsum diẽ pertinẽtes.

[‡* at cur pentametrum; *cum nullum tale extet Virgilij carmen? itaque nõ paruus hic subest error. in primo conciliorum tomo Coloniæ postremum impresso, repositum est, centimetrum. At nec sic quidem sat recte. Constat enim illud poëma plus ducẽtis metris seu versibus: extatq; impressum sub titulo Probæ Falconiæ Valeriæ feminæ clarissimæ. Itaque legendum puto Cento, aut Centrum, vt etiam in Isidoro manuscripto & in primis conciliorum exemplaribus Lutetiæ parua forma impressis quæ in plerisque sunt cæteris emendatiora. Hieronymus quoque in epistola ad Paulinum de sacris libris vocat Vergiliocentonas, & alium librum similis argumenti Homerocentra: qui extant impressi ab Aldo.*

[†† Apocrypha.] *Hæc verba temere ab aliquo scripsit adiecta Beatus Rhenanus in præfatione quam edidit in principio historiæ Ecclesiasticæ Eusebij, forte vt librum vendibiliorem redderet. Sed non esse adiecta docet corpus canonũ ab Isidoro collectorũ, vbi cõstanter hæc verba scribuntur. Sed nec iis assentior, qui de alio Eusebio hunc locum intelligi volunt, quàm illius Cæsariensis, cuius hodie extat vtraque lingua historia ecclesiastica. Nam & Nicephorus in præfatione histor. eccles. ait in eius historia apparere cacoethes eius hæreseos; & idem Gelasius pauloante id significat.*

[‡* *Tyconij*] *Hic est Tyconius cuius Augustinus in libro de Doctrina Christiana meminit, citatq; eas regulas de interpretatione scripturarum.*

VERSVS.

Perspice qui statuunt, si sintque statuta, necesse.

DE AVCTORITATE ET NVMERO CANONVM APOSTOLICORVM.

» DISTINCT. XVI. 1

» APostolorum canones qui per Clementem pontificem
» Romanum (sicut quidam asserunt) dicuntur esse transla-
» ti, sunt quinquaginta. Hos non recipiendos, sed in- Verba Gratiani. Isid. in principio concilio.
» ter apocrypha deputatos. ISIDORVS scribit, dicens.

M.E.C.D. 2017

Apoſtolorum cànones, apoſtolica reïciuntur auctoritate. 2

Non inuenitur in principio conciliorum Iſidori, in his libris ſcriptis & impreſsis quos legere potui, quin & infra e.d.c,5. cõtrarium ſcribit.

CAnones qui dicuntur apoſtolorum, ſeu quia eoſdẽ nec ſedes apoſtolica recepit, nec ſancti patres illis aſcenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hęreticis ſub nomine apoſtolorũ compoſiti dignoſcuntur: quanuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab auctoritate canonum atque apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter apocrypha deputata.

*Zeph.pa.epiſtola.1. Iuo.

*ZEPHERINVS autem ecõtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis. *A Petro XV. anno Chriſti CCII. ſub Seuero.

Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. 3

SExaginta ſententias apoſtoli præſcripſerunt cum alijs quàm plurimis epiſcopis: quas ſeruandas eſſe cenſuerunt.

Iuo Carn.lib.2.id refert.

†ITEM Leo papa IX. contra epiſtolam Niceti abbatis.[a]

[a] de monaſterio Studij.

†*Leo Nonus ſedit circa annũ Chriſti* M.L. *regnãte Hẽrico rege Francorũ.*

Exceptis quinquaginta capitulis canones apoſtolorum inter apocryphas deputantur. 4

CLemẽtis librum, id eſt, Petri apoſtoli itinerarium & apoſtolorum canones numerãt ſancti patres inter apocrypha †exceptis capitulis l. quæ decreuerũt orthodoxæ fidei tractatores adiungenda. ITEM *vj. ſynodus. cap. ij. 5

†*Hoc ſanè veriſimillimum eſt vel hac ratione quòd quotquot extant latina canonum & conciliorum exemplaria, nõ plures quàm quinquaginta priores apoſtolorum canones habent. & gloſæ quædam manuſcriptæ apud Gratianũ aiũt, hodie ab eccleſia* Latina *teneri, quod dicitur hoc c. Clementis, & alios* XXXV. *canones eorundẽ apoſtolorum in deſuetudinem abïſſe.*

**Hic eſt ſecũdus canõ ſextæ ſynodi in* Trullo Conſtantinop. *vnde liquet falli Balſamonem qui ad illam ſynodum notat, eam à Latinis fuiſſe reiectã.*

Iſid. in præfatione conciliorum à ſe collectorum.

PLacuit huic ſanctæ ſynodo vt amodo cõfirmata & rata ſint canonum apoſtolorum lxxxv. capitula.

EPISTOLA Iſidori in capite canonum. Iſidorus ſeruus Chriſti, lectori ſuo conſeruo[b]. Propter eorum auctoritatem cæteris conciliis præponimus canones qui dicuntur eſſe apoſtolorum: licet à quibuſdam apocryphi dicãtur: quoniam plures eos recipiunt, & ſancti patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter Canonicas poſuerunt cõſtitutiones. Itẽ primus ordo (vt prædictũ *eſt) de celebrãdo cõcilio [ibi] inſertus habetur: & vet. poſtmodũ canones apoſtolorum, atq; *primorum* apoſtolicorum. i. à ſancto Clemente vſque ad ſanctum Sylueſtrum: & decretorũ atque conciliorum diuerſorum breuiariũ eſt interpollatũ, ſequẽs ordinem ſuum.

[b] poſt multa. Denique.

Ibid. Iſid.

*circa finem eiuſdem epiſtolæ.

*add. in manuſcr.

Verba Gratiani.

ITEM cùm Hadrianus papa ſextam ſynodũ ſuſcipiat cum « omnibus canonibus ſuis, cùm etiã ſancta[c] octo vniuerſalia cõ « cilia profeſſione Roma. põtificis ſint roborata: [†in ſexta aũt « ſynodo ſiue in ſeptimo cõcilio] apoſtolorũ canones ſint rece- « pti & approbati: patet q; non ſunt inter apocrypha deputandi. «

[c vt habet inf. eadem diſt. cap. 9.

[VNDE

M.E.C.D. 2017

VNDE[1] scribit Hadrianus *papa Tharasio patriarchæ. deest, recte.

*Sedit circa annum Christi 772. sub Carolo Magno imperatore, & Franc. rege.

†Hæc inclusa sic videntur legenda: In quinta autem synodo, siue in sexto concilio. vt intelligamus sextum generale concilium Constantinopolitanum in Trullo quæ dicta est πενθεκτη, quinta sexta, quia bis quidem congregata est, cùm eadem esset synodus. Si quis tamen receptã lectionẽ retinere malit, per me licet; nam & in 1.ca. septimæ synodi generaliter confirmantur canones apostolorũ. Sed & apud Latinos videtur vocari septimũ concilium, quod apud Græcos sextũ in Trullo; & apud eosdẽ Latinos octauum, quod apud Græcos septimum, id est secundum Nicenũ. Nam posterius isto nullum legitur œcumenicũ conciliũ, quod etiã ex professione Romani pontificis confirmatur, qui hæc 8. duntaxat vniuersalia concilia sua professione confirmat .c. sancta octo. j.e. dist.

Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. 6 Verba Gratiani.

„ SExtã synodũ sanctã cum omnibus canonibus suis recipio.
„ Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit? quod ex
„ quarta actione sextæ synodi facilè absoluitur.

AIT enim ‖episcopus‖ Petrus [a]episcopo Nicomediæ.

a *al.* episcopus. In actione 4. 7. synodi.

Sexta synodus canones conscripsit.

H*Abeo librum cõtinentem canones sanctæ synodi sextæ, patriarcha dixit. Quidam scandalizantur per ignorantiã pro canonibus istis, dicentes: Nunquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo quoniam synodus sancta sexta sub Constãtino congregata est contra eos qui dicebant vnam operationẽ & vnam voluntatem esse in Christo: in qua sancti patres illos, vtpote hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. Et soluta est hæc synodus Constantini xiiij. anno: post quatuor verò aut quinque annos, ijdem sancti patres congregati sunt sub Iustiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgauerũt, de quibus nullus dubitet. qui enim sub Constantino imperatore in synodo fuerunt, ijdẽ ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserũt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. Item sancta synodus vniuersalis sexta post promulgatam ab eo definitionem contra Monothelitas: Constantino imperatore qui eam congregauerat, non multò post defuncto Iustiniano filio eius regnante pro eo. Eadem sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinop. iiij. aut v. anno congregata est: & canones numero ccij. ad correctionẽ ecclesiæ promulgauit. 2. part.

„ Ex his ergo colligitur quòd sexta synodus bis congregata Verba Gratiani.
„ est. Primo, sub Constantino imperatore: & nullos canones

M.E.C.D. 2017

constituit. Secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit. VNDE sancti patres in eadem synodo congregati dixerunt.

Epist. VII. synodi ad Iustinianū filiū Constantini.

Constitutiones synodi sextæ. 8

QVoniã sanctæ vniuersales synodi quinta, sub Iustiniano Augusto vj. sub Cõstantino patre [a] suo Augusto de mysterio fidei pleniſſimè disputantes canones non fecerunt sicut cæteræ quatuor vniuersales synodi; propterea nos cõuenientes in hanc imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Itẽ placuit huic sanctæ synodo, vt amodo cõfirmata & rata sint canonum apostolorum lxxxv. capitula. [b] Item confirmamus & cæteros sanctorum canones & synodos, primã Nicenã & Ancyritanam, Neocæsariẽsem, Gangrensem, Antiochenã, Laodicen. Cõstantinopolit. Ephesinã ‖primã‖, Chalcedonensem, Sardicensem, Carthaginensem, & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Gregorij *Trimegisti Neocæsariens. episcopi, & Dionysij Alexandrini episcopi & martyris, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconẽsis episcopi, Timothei Alexãdrini episcopi, [c] Germani Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum suam.

a legend. tuo, ex Iuonc.

*Ex vj. synodo, Iuo Carn. lib. 2.

b Ex sexta synodo c. 2. & est separatũ ea. apud Iuonem.

c legendum puto Gennadij, vt in synodo sexta.

ITEM ex diurno lib. professio Romani pontificis.

**Legendum Taumaturgi. vt apud Iuonem in canone Græco dicitur θαυματουργός. .i. mirabilium operum effector. Contius.*

Auctoritate Romani pontificis sancta octo concilia corroborantur. 9

Iuo Carn. lib. 2.

SAncta viij. vniuersalia concilia: primum Nicenum: secundum Constantinopolitanum: tertium Ephesinũ, Chalcedonen. iiij. [& v.] Itẽ Constantinopolitanũ vj. Item †Nicenum vij. viij. quoq; Cõstantino. vsq; ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore & veneratione digna habere: & quæ prædicauerũt & statuerũt, modis omnibus sequi & prędicare: & quęcunq; condẽnauerũt, ore & corde cõdẽnare profiteor.

Hoc puto delendũ cum vnicũ fuerit, sed legendum est, & distinguendũ ita. & quintum item Constantinopolitanum & sextum. Item Nicænum septimum octauum quoq;, &c.

QVo autem tempore sexta synodus, & j. ij. iiij. & v. congregatæ sunt, [d] Beda in lib. de temporibus scripsit dicens:

d Floruit anno Christi, 670.

†[Nicenum sept.] *De hoc variæ inueniuntur opiniones. Nam in magno Iuonis decreto ecclesiæ S. Victoris parte iiij. ita scriptũ legitur. Actio VI. tomo. I. contra falsam septimã synodum. Septima synodus quomodo dicitur? quæ nõ cõcordat præcedẽtibus sex vniuersalibus synodis? Omne quod septimũ ponitur consequẽs debet habere cũ rebus prænominatis. Si vero in nullo prænumeratis rebus participat, nec eis cõnumerari potest. hactenus ex Iuone. Annonius quoque monachus, in historia Caroli magni ait, eam synodum in synodo à Carolo postea cõgregata abrogatã. lib. 4. c. 85. Cui adstipulãtur Platina in Hadriano & Regino monachus lib. 2. Contra autem ipsemet Hadrianus papa Romanus cuius tẽpore illa synodus cõgregata fuit,*

eam

M.E.C.D. 2017

sam approbauit, vt apparet ex eodē lib. Iuonis, eadem parte his verbis. Responsiones Hadriani papæ, contra obiectiones quorundā ad Carolū. Sancta. & J. Item, ipsam septimā synodū suscepimus. nam si eam minimè recepissemus, ad suū pristinum vomitū erroris fuissent reuersi Græci, qui pro tot milib. animarū Christianorū habemus reddere rationē. Sed locos illos quibus damnatur septima synodus, nō ad illā septimā quæ extat referēdos esse plerique putant, sed ad aliā synodū Ephesinā tertiā ab hæreticis paulò ante veram septimam hanc congregatam, & falsò ab hæreticis septimam cognominatam. Quod & in anathematismis, qui in principio Nicænæ secundæ synodi habentur, manifestè exprimitur. Contius.

De temporibus conciliorum. 10

SExta synodus vniuersalis Constantinopoli congregata est, & Græco sermone conscriptæ temporibus papæ Agathonis, exequente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicæ sedis & episcopis cl. residentibus. *Beda libr. de tẽporũ ra. ca. 65. al. in chronicis.*

Prima synodus vniuersalis in Nicæa congregata est contra Arrium cccxviij. patrum, tẽporibus Iulij [a] papæ, sub Constantino principe. Secunda in Constantin. cl. patrum cõtra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi papæ, & Gratiani principis, quando Nectarius eiusdem vrbis episcopus est ordinatus. Tertia in Epheso, [b] c. patrum contra Nestorium [c] Augustæ vrbis episcopum, sub Theodosio magno principe, & papa Cælestino. Quarta [d] in Chalced. [e] vj. cxxx. patrum sub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychen, nephandissimorum *monachorum præsulem.

Quinta [f] in Constantinopolitana ciuitate, temporibus [g] Iulij papæ, sub Iustiniano principe, contra Theodorum & omnes hæreticos. 11

a sic & hist. eccles. tradit.
b CC.
c i. Constantinopolitanæ. Contius
d *in Chalcedone.*
e scrib. DCXXX. *al.* manicheorum. not. in manus. Grat.
f *item Constantinop.*
g *Vigilij.*

PRima autem synodus in [h] Nicena, cccxviij. patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres inæquales gradus in Trinitate asserebat: patrem, scilicet maiorem: filium minorem: spiritum sanctum creaturam [vel seruum] tẽporibus Constantini principis. ‖&‖ Siluestri papæ Romani, Macarij Hierosolymitani, Alexandri Alexandrini, qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti, quorum auctor maximè præfatus Alexander episcopus fuit. *Isidorus in principio conciliorum.*
h *Nicæ.*

Secunda synodus in Constantin. cl. patrum, contra Macedonium Constantinopolitan. episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani & Theodosij principum: Damasi papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, [i] Nectarij [Alexandrini] qui condemnata præfata hæresi statuerunt canones tres, quorum auctor maximè beatus Nectarius Constantin. episcopus fuit. Tertia in Epheso [k] ccc. patrum *al.* in Vit. lib. decr.
i *Timothei.* pro inclu. in Vict. legitur Constantinopolitani, recte.
k CC. recte.

M.E.C.D. 2017

trum contra Neſtorium Conſtanti. epiſcopũ, qui dicebat beatam virginem Mariã non Dei, ſed hominis tantummodo genitricẽ: vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, tẽporibus Theodoſij principis iunioris, Cæleſtini papæ Romani, Iuuenalis Conſtantin. epiſcopi, Cyrilli Alexandrini: qui [a]xv. capitula contra Neſtorij [blaſphemias totidem canones] auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerũt. Quarta in Chalced. vj. cxxx. patrum contra Eutychen Conſtantin. abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem, non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolã in eo diuinam naturã permanere: tẽporibus Marciani principis, Leonis papę Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatholij Cõſtant. qui condemnata præſcripta hæreſi, ſtatuerunt canones [b]xxviij. quorũ auctor maximè idem ſanctus Anatholius Conſtant. epiſcopus fuit. Quinta in Conſtanti. cõtra Theodorum [c]Meſochœnum & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat aliud eſſe Dei verbũ, & aliud Chriſtũ: & ſanctã Mariã virginem negabat dei genitricẽ fuiſſe, tẽporibus Iuſtiniani principis, Iulij [d]papę Romani, domini Antiocheni, Eutychij Cõſtan. qui [e]xxvij. capitula anathematizando deſcripſerunt contra Theodori & ſociorum eius blaſphemias. Sexta, in Conſtã. cl. patrum cõtra Macariũ Antiochenũ epiſcopũ & ſocios eius, qui vnam voluntatẽ & operationẽ in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, tẽporibus Conſtantini principis, Agathonis papæ Romani, Gregorij Conſtantin. qui condẽnata hæreſi præfata anathematizando ſcripſerunt [f]ix. capitula interius annexa.

xxii. Iegend. vt in Vict. In Vict. blaſphemiarum totidem capitula. rectè.

b xxvii. rectè.

c Mopſueſtenum, Vict.

d Vigilij, rectè
e xiiii. rectè

f viii. Vict.

Item annotatio ſynodorũ, quarum geſta in hoc codice cõtinentur. 12

PRima annotatio Ancyritanæ ſynodi dicitur, quæ ante Niceam fertur fuiſſe: ſed propter auctoritatẽ maiorem poſtponitur: in qua patres xviij. ſtatuerũt canones xxiiij. quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus epiſcopus extitit.

xſidor. hæc omnia habet in principio conciliarum.

Secunda, Neocæſarien. quæ poſt Ancyritanam & Antiochenam legitur fuiſſe: in qua patres xvij. ſtatuerunt canones xxiiij. quorum auctor maximè Vitalis epiſcopus [g]Salonitanus extitit.

g Salaminius, Vict.

Tertia Gangrenſis, quę poſt Nicenam legitur fuiſſe: in qua patres xvj. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas, maximè cõtra Euſtachium, qui dicebat quòd nullus in cõiugali gradu poſitus, nec vllus fidelis qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem vllam ad Deũ haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt.

Quarta †Sardicen. in qua patres lx. ſtatuerũt canones xxij. quorũ auctor maximè Oſius Cordubenſ. epiſcopus: & Vincẽtius Capuan. epiſcopus: & Ianuarius Beneuẽtanus: & Callepodius Neapolitan. S. Romanæ eccleſiæ legati extiterunt.

Quinta

M.E.C.D. 2017

Quinta Antiochena : in qua patres xxx. ſtatuerunt canones xxv. quorum auctor maximè Euſebius Palæſtinenſis epiſcopus extitit.

Sexta Laodicenſis : in qua patres xxxij. ſtatuerunt canones lxiij. quorũ auctor maximè Theoſius epiſcopus extitit.

Septima Carthaginenſis : in qua patres ccxxviij. ſtatuerunt canones [a]xxiij. quorum auctor maximè Aurelius Carthaginenſis epiſcopus extitit: [b]& ſanctus Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorij Auguſti.

a *al.* xxxiij.
b etiam

*Octaua Africana, ſub Theodoſio minore Augu. in qua patres ccxxix. recitauerunt & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginenſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti.

Nona Arelatenſis: in qua patres cc. ſtatuerunt canones iiij. quorum auctores maximè Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, & S. Marinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Cõſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt.

Decima iterum Arelatenſis : in qua patres xviij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Cæſarius Arelatẽſis epiſcopus, temporibus Auguſti Conſtantini extitit.

Vndecima iterum Arelatenſis: in qua patres xviij. ſtatuerũt canones. Duodecima iterum Arelatẽſis, in vico Hortẽſio: in qua patres xj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè ſanctus Cæſarius epiſcopus extitit.

Tertiadecima iterum Arelatenſis: in qua patres xviij. ſtatuerunt canones, quorum auctor maximè [c]Sarpidius Arelatenſis epiſcopus extitit.

c *al.* Sapardus

Quartadecima [d]Auraſiciẽſis: in qua patres xxvj. ſtatuerunt canones, quorũ auctor maximè Hilarius epiſcopus extitit.

d *al.* Arauſic.

Quintadecima [e]Empanẽſis : in qua patres xxvj. ſtatuerunt canones ix. quorũ auctor maximè Cæſarius extitit epiſcopus.

e *al.* in Vit. Epaonenſis.

Sextadecima Agathenſis: in qua patres xxxix. ſtatuerunt canones, quorum auctor maximè *Cæſarius* Arelatenſis epiſcopus extitit.

Septimadecima Aurelianenſis : in qua patres lxxij. ſtatuerunt canones : quorum auctor maximè Aurelianus Arelatẽſis epiſcopus extitit, *temporibus Clodouei regis.*

Octauadecima iterum Aurelianenſis: in qua patres xxx. ſtatuerunt canones : quorum auctor maximè Melianus epiſcopus [f]Rhodonenſis extitit.

f Rhedenſ.

Nonadecima iterum Aurelianenſis: in qua patres xxx. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè S. Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit.

Vigeſima Aruernenſis: in qua patres xv. ſtatuerũt canones:

quorum

M.E.C.D. 2017

quorum auctor maximè Honoratus [a]Breliteñ.episc.extitit.

a Briuatensis.

Vigesimaprima Maticensis: in qua patres xxj.statuerũt canones: quorum auctor maximè Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Vigesimasecunda iterum Maticensis: in qua patres lxxxvj. statuerunt canones:quorũ auctor maximè idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Vigesimatertia Lugdunensis:in qua patres xviij.statuerunt canones:quorum auctor maximè Philippus Vienensis episcopus extitit. Vigesimaquarta iterum Lugdunensis: in qua patres xx. statuerunt canones: quorum auctor maximè idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Verba Gratiani.

Sed quod Nicena synodus xx. canones supra statuisse dicitur: contrarium videtur ei quod in epistola Athanasij inuenitur. Scribit enim Athanasius Alexandrinus episcopus, *& uniuersi Aegyptiorum episcopi*, Marco papæ ita dicens. "

†*Hæc quarta Sardicensis primitus Latinè fuit edita, sed post à Græcis in Græcum conuersa; vt apparet ex codice Hilariano canonum. Et vt testatur* Dionysius *Exiguus in sua præfatione, ad regulas à se translatas è Graco in Latinum sermonem.*

**Hæc octaua Africana in linguam quoque Græcam conuersa fuit, & extat Græcè in libro canonum* Hilariano; *quanuis ea synodus primitus fuerit Latinè edita: vt ait* Dionysius *Exiguus in præfatione canonum, à se è Graco translatorum.*

Ex magn. Iuone. *Athanasius Marco papæ, Syluestri successori.*

Epistola Athanasij postulantis capitula Niceni concilij. 13

SEptuaginta Niceni concilij capitula, quæ de præfata synodo iubente domino meo Alexandro [b]decreta omniũ episcoporum attuli, 'quæ sunt igni cõbusta: optamus vt[d] à sede sanctæ ecclesiæ vestra auctoritate percipere per præsentes legatos mereamur. Item præsentibus nobis lxx*. in memorata synodo capitula tractata sunt xxx*. à Græcis Græca ædita lingua: & xxx*. à Latinis similiter ædita Latina lingua: sed visum est ccc. & xviij. episcopis Spiritu sancto repletis; & maximè iam dicto Alexandro, & apost. sedis apocrisariis: vt decem capitula adunarentur aliis: atque aliis congruis locis inferrentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, lxx. tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem.

b legen. decreto.
c quia. vet.
d al. à sanctæ sedis ecclesiæ vestræ auctoritate.
** al. octoginta, & post xl. per integrã scripturam legitur in magno Iuonis decret. sed legendũ esse xxx. docent verba sequent.

Verba Gratiani.

†*Quomodo ergo xx. tantum capitula in Nicena synodo statuta dicuntur, cum lxx. capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? His ita respondetur: capitula Niceni synodi quædam in desuetudinem abierunt. xx. tantum in Romana ecclesia habentur.* "

VNDE [e]Stephanus papa scribit dicens Luthobio episcopo Maguntino.

e Sedit hic anno Christi 755.

†*Ex

M.E.C.D. 2017

†* Ex magno Iuonis decreto rescriptũ Marci papæ putauimus adscribẽdum, Marcus papa Athanasio episcopo. De capitulorũ verorũ Niceni cõcilij exemplarib. quib. vos interfuisse literis vestræ, fraternitatis significastis, à vestris qui vna vobiscũ interfuerũt diligẽtiorib. requisiuimus collocutionib. quib. ita, vt vestræ testatæ sunt literæ, omnẽ nobis ordinẽ exposuerunt & epistolã vestrã per oĩa verã esse testati sunt. Nõ vt vos vestræ ex parte aliquid sinistrũ arbitremur, sed quod nos & vos illosq; absq; vlla in posterũ titubatiõe vnũ sentire optaremus, & S. Ro. eccl. quæ semper immaculata mãsit, & domino præuidẽte & B. apost. P. opẽ ferente, in futuro manebit sine vlla hæreticorũ insultatione firma & immobilis omni tẽpore persisteret. his ita peractis diligẽter inquirẽtes in sancto nostræ & apost. se. sennio, eadẽ quæ sanctæ recordatiõis prædecessori meo Syluestro sunt directæ septuaginta, sicut significastis, capitula illæsa inuenimus. hactenꝰ Marc. pa. Non defuerunt tamen qui hæc xx. cap. quæ hodiè restant sibi quoq; suspecta esse dicerent, cum ob illam Athanasij auctoritatem, tum quod multa dicunt esse quæ recentiorem disciplinam ecclesiasticam redoleant, quale est quod pœnitentia imponitur militantibus, & quod de conuersis mulieribus traditur, quæ tamẽ verba vet. Pat. Græci, & Iustinianus in Nouellis, vt ex Nicæna synodo prodita agnoscunt. Illi deniq; contendunt solum symbolũ superfuisse, vt quod haud secus atq; euãgelia recipi deberet. Canones verò ad disciplinã ecclesiasticã pertinẽtes, pro tẽporum qualitate mutari potuisse, vt multi postea sunt immutati. Symbolũ autẽ nullo tẽpore mutari debere. Cæterũ multa obseruauimus in scriptoribus Christianis, velut ex cõcilio Nicæno recitari, quæ inter ea capitula nõ extant. quale est, vt Pascha die dominica, & luna 14. post æquinoctiũ vernũ celebretur. Erat & inter eos canones canon canonicarũ scripturarũ in ecclesia legendarũ: in quo historia Hester intra numerũ referebatur: vt ait Hieronymus in prologo illius libri. Tradebatur & in hisdem canonibus præceptum & forma epistolarum formatarum. Item eius concilij diuersi canones memorantur 3. c. synodi Constantinop. & c. canones. 61. dist. 50. & dist. 33. cap. 15. Citantur & in epistola Iulij papæ 24. canones, præter illos 20. qui vulgò extant. Sed illos esse supposititios, vel id ostendit, quod nemo, ne Gratianus quidẽ ipse eos allegare ausus est. Multas autem supra in præfatione rationes adduxi. quibus omnes pontificum qui Syluestrum præcesserunt, decretales falsas esse manifestè ostendi. Ant. Contius.

Niceni concilij viginti tantum capitula habentur. 14

VIginti tantum capitula Nicenæ synodi in sancta Romana ecclesia habentur: sed quo neglectu alia defecerunt, ambiguum est. plurimi arbitrantur Antiocheno concilio esse ea inserta. Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai papæ recipitur.

Ino Carn. id refert libro secundo.

VNDE idem scribit clero Constantin.

Auctoritate apostolica Sardicense concilium recipitur. 15

QVod dicitis neque [a] Sardicense concilium, neque decreta alia vos habere sanctorũ patrũ vel recipere: non facilè vobis

Ino Carn. id refert li. 2. [a] *Primitus tamen latina lingua editũ fuisse hoc conciliũ, ait Dionysius Exiguus in præfatione canonum, quam ad hunc Stephanum papam scribit.*

M.E.C.D. 2017

vobis facultas credendi tribuitur: maximè cùm Sardicẽſe concilium quod penes vos in veſtris regionibus actum eſt, & omnis eccleſia recipit: qua ratiõe cõueniat, vt hæc ſancta Cõſtantinopolitana eccleſia abijceret, & (vt dictum eſt) nõ reciperet.

VERSVS.

Non niſi papalis fiat ſynodus generalis.

PAPAE EST CONCILIA GENERALIA CONGREGARE.

DISTINCT. XVII. 1

Verba Gratiani.

GEneralia quoque concilia, vel quorum tempore celebrata ſunt: vel quorum auctoritas cæteris præeminear ſanctorum auctoritatibus, ſupra mõſtratũ eſt. Auctoritas verò aggregandorum conciliorum penes apoſtolicam ſedem eſt.

Marcell. pa. epi. 2. ad Maxentium tyrannũ ¶ xxv iii. à Petro.

VNDE Marcellus †papa ſcribit Maxentio epiſcopo.

Abſque Romani pontificis auctoritate ſynodum aliquibus congregare non licet. 2

Ex Iuone.

SYnodum epiſcoporum abſque huius *ſanctæ* ſedis ‖Romanæ‖ auctoritate (quanquam quoſdã epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere. Neque vllum epiſcopum, qui hanc appellauit apoſtolicam ſedem, damnare, antequam hinc ſententia diffinitiua procedat. Nam ſi ſeculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoriis: quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet? qui ſuper illos ſunt: de quibus dictum eſt: Ego dixi, dij eſtis.

ἐπβαίωσις a minori.

Pſal. 81.

Iulius pa. 1. in reſcripto ad Orientales pro Athanaſio.

ITEM Iulius papa orientalibus epiſcopis.

Non eſt ratum concilium quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fulcitum non ſit. 3

REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniã nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt: nec Romanæ eccleſiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate cõcilia fieri non debere: nec vllum ratum eſt aut erit vnquam concilium quod eius non fuerit fulcitum auctoritate.

Damaſ. pa. pri. epiſt. 3. ad Stephanũ archiepiſcopũ Mauritaniæ.

ITEM †Damaſus papa.

†*Circa annum* CCCLXVIII. *ſub Valentinia. & Valente Imperatorib.*

Nullus vſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. 4

HVic ſoli ſedi conceſſa nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, aut contemptor iudicari.

ITEM Gregorius papa.

Abſque apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum aliquibus congregare non licet. 5

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem ſynodum cõgregare: ſed quotiẽs aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur: ad recipiendam de eo quod non intelli-

M.E.C.D. 2017

intelligunt rationem, aut ſponte hi qui ſalutẽ animæ ſuæ deſiderant, ad apoſtolicam ſedẽ pro recipiẽda ratione cõueniant: aut ſi fortè ſicut de talibus ſcriptũ eſt, Peccator cum peruenerit in profundum malorum, cõtemnit: ita qui obſtinati & contumaces extiterint, vt doceri non velint: eos ab eiſdẽ ſedibus apoſtolicis, aut attrahi ad ſalutẽ quoquo modo neceſſe eſt: aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſeculares oportet opprimi poteſtates. Prouerb. 18.

ITEM *Pelagius papa epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi. Pela. p.r. 2. epiſt. prim.

*Hic ſedit anno Chriſti CCCCCLXXXIII. ſub Tiberio Conſtantino Imperatore.

Non eſt concilium, ſed conuenticulum quod ſine ſedis apoſtolicæ auctoritate celebratur. 6

MVltis denuo apoſtolicis & canonicis atq; eccleſiaſticis inſtruimur regulis non debere abſq; ſentẽtia Romani pontificis concilia celebrari. Quapropter, vt iam dictum eſt, rectè nõ concilium, ſed conuenticulum veſtrum vel conciliabulum caſſatur: & quicquid in eo actum eſt, irritũ habeatur & vacuũ. Vos quoq; deinceps videte, vt nullius hortatu talia præſumatis, ſi apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones: & inter ipſos prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio: atq; inter ipſos diſſidentes non conueniat: ad maiorem tunc ſedem referãtur: & ſi illic quidem facilè & iuſtè nõ diſcernuntur: vbi fuerit ſynodus regulariter cõgregata, canonicè & iuſtè iudicẽtur. Maiores vero & difficiliores quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem ſemper referantur apoſtolicam. Ibid. paulò inferius.

ITEM [a]Symmachus papa. a In quinta ſynodo Symmachi PP. Ennodius in libr. pro defenſione.

Prouincialia concilia ſine Romani pontificis præſentia põdere carebunt. 7

COncilia ſacerdotum eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias: quia præſentiam papæ non habent, valetudinem perdiderunt. Legiſtis inſaniſſimi aliquando in illis prouinciis maioribus præter apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum: & non de maioribus negociis ad conſultationem, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe reſeruatum? 4. & 5. ſynod. Romæ Ex Iuone.

» Hinc etiam cum auctoritas Theodorici regis ex diuerſis
» prouinciis ad vrbem Romanam ſacerdotes conuenire præce-
» piſſet, vt ſanctum concilium iudicaret, de his quæ venerabili
» papæ Symmacho præſuli apoſtolicę ſedis ab aduerſariis ipſius
» dicebantur impingi: Liguriæ & Aemiliæ epiſcopi, ſeu Vene-
» tiarum ſuggeſſerunt ipſum qui dicebatur impetitus, debere
» ſynodum conuocare: ſcientes quòd eius ſedi primùm Petri
» apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſſione domini conciliorum Verba Grat. loquentis de 4. ſynodo. 2. pars. Ex quarta ſynodo Romana.

D vene-

M.E.C.D. 2017

venerandorum auctoritas singularem in ecclesijs tradidit po-
testatem: nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse
iudicio. Ad hæc sereniſſimus rex deo inspirante, respondit, sy-
In eadem. nodalis esse arbitrij in tanto negocio sequēda prescribere: nec
aliquid ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negociis per-
tinere: committens etiam potestati pontificum, vt siue propo-
situm vellent audire negocium, siue nollēr: quod magis puta-
rent vtile, deliberarent: dummodo pro venerandi prouisione
concilij pax in ciuitate Romana daretur. Episcopi vero in sy-
nodo residentes, congregata auctoritate eiusdem Symmachi,
dixerunt: Symmachus papa sedis apostolicæ præsul ab huiuſ-
modi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respi-
cit, sit immunis & liber: cuius causam totam Dei iudicio reser
uamus. De clericis verò memorati papæ, qui ab episcopo suo
ante tempus contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt:
hoc fieri decernimus, vt illi satisfacientes episcopo suo mise-
ricordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant
restitui. Laurentius ecclesiæ Mediolanēsis episcopus huic sta-
tuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus,
subscripsit. Petrus ecclesiæ Rauennatis episcopus sub eisdem
verbis subscripsit: & post eum septuagintaquinque episcopi-

Verba Gratiani. Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericordi- "
ter & dispensatiuè factum dinoscitur. Hoc quoque notādum "
est, quòd in hoc concilio, & in alia synodo Symmachi papæ, "
ante Rauennatem episcopum Mediolanensem subscripsisse & "
respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum "
habere colligitur. "

AIT enim Greg. Siagerio Episcopo Augustudunensi. 8
Greg. papa 1. epist. 112. libr. 7. EPiscopos secundum ordinationis suæ tempus, siue ad con-
sedendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in quali-
bet alia re sua attendere loca decreuimus: & suorū sibi præro-
gatiuam ordinum vendicare.

Verba Gratiani. Verùm tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad perso- "
nas refertur: sicut ex consuetudine cardinalium sanctæ Ro- "
manæ ecclesiæ, & episcoporum vniuscuiusque prouincię eui- "
denter apparet. "

VERSVS.

Anno bis quouis synodum celebrare iubento.

EPISCOPORVM CONCILIA SVNT VTILIA ET CELEBRANDA SINGVLIS ANNIS. DISTINCT. XVIII. I

Verba Gratiani. 8. pars. EPiscoporum igitur concilia, (vt expræmissis apparet) "
sunt inualida ad diffiniendum, & ad constituendum, non "
autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcopo- "
rum concilia ad correctionem, & ad exhortationem: quæ etsi "

non

M.E.C.D. 2017

non habent vim constituendi ; habent tamen auctoritatẽ imponendi & indicendi, quod aliàs statutum est : & quod generaliter seu specialiter obseruari præceptum est.

Ex [a]Gabilonensi concil. cap. vj. a Cabilonen.

Palea.

2 PLacuit, vt conseruato metropolitani primatu, cæteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat locum.

VNDE Leo papa Anastasio Thessalonicensi episcopo.

Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur.

3 DE concilijs autẽ episcopalibus nõ aliud indicimus : quàm quod sancti patres salubriter ordinauerunt: vt scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolẽt, iudicetur : ac si fortè inter ipsos qui præsunt, de maioribus peccatis nascitur (quod absit) causa, quæ prouinciali examine nequeat diffiniri : fraternitatem tuam de totius negocij qualitate metropolitanus curabit instruere : vt si corã positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionẽ quicquid illud est, transferatur. Leo pa. 1. epist. 82.

ITEM ex Niceno concilio, cap. v.

Quo tempore concilia episcoporum sunt celebranda.

4 HAbeatur semel concilium ante dies quadragesimæ: vt omnibus (si quæ sunt) simultatibus amputatis, mundũ ieiunium & solenne deo possit offerri. Secundum verò agatur circa tempus autumni.

ITEM ex Antiocheno concilio, ca. xx.

Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat.

5 PRopter ecclesiasticas causas & quæ existunt controuersias dissoluendas : sufficere nobis visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum cõcilium fieri. Semel quidem post tertiã hebdomadã paschalis solennitatis : ita vt in quarta hebdomada quæ sequitur ; & in medio temporis inter Pascha & Pentecosten concilium compleatur. Admoneant autem comprouinciales episcopos hi qui in amplioribus ciuitatibus, id est Metropolitanis degunt. Secundũ verò concilium idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi *mensis decimus inuenitur. In ipsis autem conciliis & presbyteros & diaconos præsentes esse oportet : & omnes quotquot se læsos existimant, synodicam expectare sententiam : nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine Metropolitanorum & episcoporum conscientia & consensu facere: quibus & de omnibus causis constat esse permissum iudicium.

*Vide in hunc locum Ioan. Bapt. Pium annotationũ posteriorũ cap. 65. Quidam notauit legendũ hyperberici ex Alciato lib. 1. parerg. c. 49. cum ille potius pro veteri corrupta lectione dicat legẽdum hyperberetæi, vt hic.

ITEM ex concilio Laodicen. cap. xl.

M.E.C.D. 2017

Semetipſos accuſant qui vocati ad ſynodum, venire contemnunt. 6

NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum contemnere venire, ſed adire debere: & aut docere aut doceri quę ſunt ad eccleſiæ cæterorumque correctionẽ vtilia: quod ſi contemſerint, ſeipſos videntur accuſare, niſi forte ire non poſſint.

ITEM ex concilio Chalce.

Cap. 19. actionis decimequintæ. Ex Iuone P. 4.

Corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati, venire recuſant. 7

PEruenit ad noſtras aures, quòd in prouinciis cõſtituta epiſcoporum concilia minimè celebrentur. hoc ex eo probatur, quòd multæ quæ correctione opus habẽt, eccleſiaſticę res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus ſecundũ regulas patrum bis in anno in vnum cõuenire per ſingulas prouincias epiſcopos: vbi ſingula quæ emerſerint corrigantur. Qui verò noluerint conuenire epiſcopi, conſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maximè cùm ſui corporis ſanitate ſint conſiſtentes, cùm etiam ab omnibus aliis vrgentibus neceſſitatibus & inexcuſabilibus negociis ſint liberi: licere eos fraternæ charitatis commonitionibus corripi.

ITEM ex ſeptima ſynodo.

Canonicis ſubiaceat pœnis metropolitanus, qui ſaltem ſemel in anno celebrare concilium negligit. 8

2. part.

QVoniam quidẽ regula eſt, quæ dicit bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri per conuentũ epiſcoporum regulares inquiſitiones, propter fatigationes, & vt opportunè habeantur ad iter agendum hi qui congregandi ſunt, diffinierunt ſextæ ſynodi ſancti patres omni excuſatione remota omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hũc ergo canonem & nos renouamus, & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere, communione priuetur. Si quis verò metropolitanus hoc neglexerit agere abſque neceſſitate vel vi, ſeu aliqua rationabili occaſione: canonicis pœnis ſubiaceat. Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis & euangelicis negociis, oportet congregatos epiſcopos in meditatione & ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum & viuificandorum domini mandatorum: Porrò non habet metropolitanus licentiam ex his quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliquam ſpeciem expetendi. quòd ſi hoc egiſſe conuictus fuerit, ſoluat quadruplum.

ITEM LEO quartus.

Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre. 9

DE eulogiis ad ſacra concilia deferẽdis nihil inuenimus à maioribus terminatum, ſed ſicut vnicuique presbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit aliquid illo tẽpore benedictionis afferri, forſitan minus libẽter ad ſynodos occurrerẽt, & magis venire obtrectarent, quæ non ſunt (vt arbitror) rationabiliter

M.E.C.D. 2017

nabiliter requirendæ, nec vltro delatæ reſpuendæ.

ITEM ex concilio Carthaginenſi iiij.cap.xxj.

Sine graui neceßitate epiſcopus ad ſynodum ire non tardet. 10.

EPiſcopus ad ſynodum ire non tardet, ſi non ſatis graui neceſſitate inhibeatur : ſic tamen , vt in perſona ſua legatum mittat, ſuſcepturus (ſalua fidei veritate) quicquid ſynodus ſtatuerit. ITEM ex concilio Carthagi. v. cap. x.

Excuſatorias literas dirigãt, qui grauati ad ſynodũ ire nõ poſſunt. 11

PLacuit vt quotienſcunque congregandum eſt concilium, epiſcopi qui neque ætate, neque ægritudine , neq; alia grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant : quòd ſi non poterint occurrere, excuſationes ſuas literatoriè conſcribant. Niſi autem rationem impedimenti ſui apud primatem ſuum reddiderint, eccleſię ſuæ communione [a] debẽt eſſe contenti. ITEM ex concilio Turonen. cap. ij. *Palea.* 12

[a] *debere eſſe contentos.*

EPiſcopus non debet abbatem cogere ad ſynodum ire , niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat.

ITEM ex concilio *Arelatenſi. *al.* ex concilio Spalenſi. apud Iuonem.

A communione ſit alienus, qui ſynodo adeſſe contempſerit.

SI quis autem ſynodo adeſſe neglexerit , vel cœtum fratrũ antequam concilium diſſoluatur, crediderit eſſe deferendũ, alienum ſe à fratrum communione agnoſcat : nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus. *Ca. 19. concilij Arelatenſ. ſecundi.*

ITEM ex concilio Agathenſi ij. cap.xxxv.

Vſque ad proximam ſynodum à communione abſtineat, qui à metropolitano vocatus abſque graui neceßitate ſynodo adeſſe neglexerit. 13

SI epiſcopus metropolitanus ad comprouinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi pontificis , aut ad ſynodum inuitet , poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, ac præceptione regia) ad conſtitutam diem adeſſe non differãt . quòd ſi defuerint, ſicut priſca canonum auctoritas præcepit, vſque ad proximã ſynodum à charitate fratrum & eccleſiæ, priuentur communione. *Cap. 35. conſil. Agath.*

ITEM ex concilio Terraconnenſ. cap. vj.

Communione priuetur epiſcopus, qui à metropolitano vocatus ad ſynodum, venire contemnit. 14

SI quis epiſcoporum commonitus à metropolitano ad ſynodum nulla graui neceſſitate intercedente corporali venire contempſerit, ſicut ſtatuta patrum ſanxerunt, vſq; ad futurum concilium cunctorum epiſcoporum charitatis cõmunione priuetur. ITEM ex concilio Martini papæ. *Ca. 18. lib. excerptorum capitularũ Martini Bracarenſ. epiſc.*

Presbyteri & diaconi & cuncti qui ſe læſos exiſtimant , ad metropolitanam ſynodum conueniant. 15

PRopter eccleſiaſticas cauſas, & altercationũ ſolutiones benè placuit per ſingulas prouincias bis in anno conciliũ fie-

M.E.C.D. 2017

ri, conuocãte metropolita. episcopo omnes prouinciales episcopos : ita vt ad concilium veniant omnes presbyteri & diaconi, vel hi qui se læsos existimant , vt in concilio causæ examinatæ ad iustum iudicium perducantur. Et si qui manifestè episcopi vel presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quandiu de communi cõsensu de his placuerit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia facere, præter eos quibus metropoles sunt creditæ .

ITEM ex concilio Bylon. [a]*Palea.* 16

a hæc palea deest in meo manuscrip. Gratian. Contins. 3. *pars.*

ANnis singulis episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, necnon abbatibus, & discutiat alteros clericos & monachos . Singuli verò episcoporum suis ecclesijs notificare studeant quæ in conciliis statuuntur.

VNDE in concilio Toletano .

certio cap. 18. *Quæ in conciliis statuuntur singuli episcoporum suis ecclesiis notificẽt.* 17

DEcernimus, vt dum in qualibet prouincia concilium agitatur, vnusquisque episcoporum admonitionibus suis intra sex mẽsium spatia, omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos , seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi præesse dignoscitur, necnon & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquã immoretur : quatenus corã eis plenissimè omnia referet quæ eodem anno in concilio acta sunt, vel diffinita esse noscuntur. Quòd si quispiam hæc parui pendenda crediderit, sentẽtia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat vsquequaque mulctatus.

VERSVS.

Quas habet, accipe, decretalis epistola vires.

DE AVTHORITATE EPISTOLARVM DECRETALIVM PAPAE.

DISTINCTIO XIX. 1

Verba Grat. DE epistolis verò decretalibus quæritur, an vim authoritatis obtineant, cùm in corpore canonum non inueniantur. De his ita scribit Nicolaus papa archiepiscopis & episcopis, per Galliam constitutis. " " " "

Decretales epistolæ vim authoritatis habent. 2

SI Romanorum põtificum decreto, cęterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobãtur, ita vt quod verè sed. apost. probauit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quãto potius ea quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro varijs & multifarijs ecclesię necessitatibus, & fideliũ moribus diuerso tẽpore scripsit, omni honorę debent præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet necessitatibus vel opportunitatibus discretiõe vel dispensatione magistra reuerenter assumi? Quanquam quidam vestrum

M.E.C.D. 2017

vestrũ scripserint, haud illa decretalia priscorum põtificum in toto canonum codicis corpore esse descripta, & ideo inter canones non assumenda. * Cùm & ipsi vbi suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt, in omnibus illis indifferenter vtantur: & solum nunc ad deminutionem sed. apost. potestatis, & ad suorum augmentum priuilegiorum minus accepta esse perhibeant. Item, si ideo non esse decretales epistolas priscorũ pontificum Romanorũ admittendas dicunt, quia in codice canonum nõ habentur ascriptæ: ergo nec sancti Gregorij, nec vllius alterius qui ante ipsum fuit, vel post ipsum est, ad aliquod institutum vel rescriptũ recipiendũ est: eo quòd in codice canonum non habeatur ascriptum. Ergo doctrinam eorum & sanctiones quæ ab omni lingua venerãtur, quia in codice canonum non habẽtur ascriptæ, de codicibus suis abradant. Vt quid vel membranas occupant, postquam nõ habentur acceptæ? Sed quare multum immoremur, cùm nec ipsas diuinas scripturas veteris & noui testamẽti iam recipiemus, si istos dixerimus esse audiẽdos? etenim neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed respõsuri sunt isti, qui ad resistẽdum potius, quàm ad obediendũ parati sunt, dicẽtes; quòd inter canones inueniatur capitulum sancti Innocentij papæ: cuius authoritate doceatur à nobis vtrunque testamentum esse recipiẽdum, quanquam in ipsis paternis canonibus nullum eorũ ex toto contineatur insertum. Quibus ad hæc respondẽdum est, quoniam si vetus nouumque testamentum sunt recipienda, non quòd codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quòd de his recipiendis sancti papæ Innocentij prolata videatur esse sententia, restat nimirum quòd decretales epistolæ Romanorum pontificum sunt recipiendę, etsi non sunt codici canonum cõpaginatæ, quoniã inter ipsos canones vnum beati Leonis papæ capitulũ constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis apostol. custodiri mandantur: vt si quis in illa cõmiserit, nouerit sibi veniam denegari. Dixit enim cap. x. suarũ decretaliũ: Ne quid verò sit quod prætermissum à nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta tam bonæ recordationis Innocentij, quàm omnium prædecessorũ nostrorũ quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonũ promulgata sunt disciplinis, ita nostra declaratione custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi nouerit denegari deinceps. Dicendo verò omnia decretalia constituta, nullũ de decretalibus constitutis prærermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo, omnium prædecessorũ nostrorum, nullum pontificũ Romanorũ qui ante se fuerunt excepit, cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt si quis in illa commise-

* Causet. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter ff. ex quibus cau. ma. & ff. de offic. pref. l. iij.

Innocẽ. 1. epist. ad Exuperium.

Leo pa. 1. epist. 8

M.E.C.D. 2017

rit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Itaq; nihil intereſt vtrum ſint omnia, nécne decretalia ſe. apoſt. ſtatuta inter canones conciliorū immixta, cùm omnia in vno corpore compaginari nō poſſint, & illa eis interſint quæ firmitatē his quæ deſunt, & vigorem ſuum aſſignant, præſertim cùm ſynodalia geſta inter quæ ipſi canones ſtatuti ſunt, in codice canonū nō habeantur, ſed à nobis omni cultu debito venerentur. Conſonat autem huic beatiſſimo Leoni papæ etiam facundiſſimus ſanctus in decretis ſuis papa Gelaſius ita inquiens: Decretales epiſtolas quas beatiſſimi papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas decernimus. In quo notandum eſt, quòd non dixit decretales epiſtolas quæ inter canones habentur, vel quas moderni pontifices ædiderunt: ſed quas beatiſſimi papæ diuerſis tēporibus ab vrbe Roma. dederunt. Dicens autem diuerſis temporibus, etiam illa tēpora vir ſanctus comprehendit, quæ crebreſcentibus paganorum perſecutionibus ad ſedem apoſt. deferri cauſas epiſcoporum difficillimè permittebant. His itaque diuina fauente gratia prælibatis, oſtendimus nullam eſſe differentiam inter illa decreta quæ in corpore canonum habentur ſe. apoſt. præſulū, & ea quæ præ multitudine vix per ſingula corporum volumina reperiūtur, cùm omnia & omnium prædeceſſorum ſuorum decretalia cōſtituta, atq; decretales epiſtolas, quas beatiſsimi papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana dederunt, fore venerabiliter ſuſcipiendas, & cuſtodiendas eximios præſules Leonem ſcilicet & Gelaſium mandaſſe probauimus.

Gelaſius pa. v. cum 70. epiſcopis ſanctis.

ITEM ‡Agatho papa omnibus epiſcopis.

‡*Sedit anno Chriſti* CCCCCCLXXX. *ſub Conſtantino quinto Imper.*

Omnes ſanctiones apoſt. ſe. irrefragabiliter ſunt obſeruandæ. 3

SIc omnes ſanctiones apoſt. ſed. accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri firmatæ.

ITEM ex concilio Caroli Imperatoris.

Tolerandum eſt iugum quod à ſancta ſede imponitur, licet intolerabile videatur. 4

IN memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctā Roman. eccle. & apoſt. ſed. vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis. quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas. Et licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamē feramus, & pia deuotione toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab apoſtolica ſe. detuliſſe epiſtolam, vel aliud quod inde nō venerit: ſalua fide, & integra apud apoſtolicū humilitate, penes epiſcopum

M.E.C.D. 2017

pum sit potestas vtrum eum in carcerem aut in aliã detrudat custodiam; vsquequo per epistolã, aut per idoneos suæ partis legatos apostolitam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur discernere, & quid de talibus sancta Romana lex statuit, diffinire, vt & is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

ITEM *Stephanus papa. *Sedit anno Christi CCLVI. Stepha. pap. 1. epist. 1. ad Hilerium episcopum.

Quicquid Romana ecclesia statuit vel ordinat, ab omnibus obseruandum est. 5

ENimuero quia in speculum & exemplum sancta Romana ecclesia cui nos Christus præesse voluit, proposita est: ab omnibus quicquid staruit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obseruandum est. ITEM Gregorius.

A Pontificalibus sit alienus officijs, qui apostolicis non vult obedire præceptis. 6

NVlli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestrã sequi oportet charitatẽ. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisquis apostolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed exors à sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio quisquã postea curam habeat: quoniam iam damnatus à sancta & apost. eccl. sua inobedientia atque præsumptione à quoquam esse non dubitetur: quia maioris excommunicationis deiectione est abijciendus, cui sanctæ ecclesiæ cõmissa fuerit disciplina: quia nõ solùm præfatæ sanctæ ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam alijs ne præterirent insinuare. Sitque alienus à diuinis & pontificalibus officijs, qui noluerit præceptis apostolicis obtemperare. 2. parr.

ITEM Augusti. de doctrina Christiana lib. ij cap. viij.

Inter canonicas scripturas decretales epistolæ connumerantur. 7

IN canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quàmplurimum diuinarum scripturarum solertissimus indagator authoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sint quas apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerũt accipere epistolas. Tenebit igitur indagator hunc modum in scripturis canonicis, vt eas quæ ab omnibus recipiuntur ecclesijs, præponat eis quas quidam non accipiunt. In eis verò quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures grauioresq; accipiũt, eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inueniri vix possit: æqualis tamen authoritatis eas habendas puto. ITEM Leo papa.

Leo pap. 1. epist. 87. ad episcopos Viennenses. Ex mag. Iuo. P. 5.

Ministerij diuini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit. 8

ITa dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas quæ antea legis & prophetarum præco-

M.E.C.D. 2017

nio continebatur, per apostolicam tubam in salutem vniuersi-
Psal.18. tatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Sed huius muneris sacramentum, ita dominus ad omniũ Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi à quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem intelligeret se diuini ministerij esse, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hũc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assumptũ, id quod ipse erat dñs voluit nominari di-
Matth.16. cendo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt ęterni tẽpli ædificatio mirabili munere gratiæ dei in Petri soliditate consisteret: hanc etiam ecclesiã sua firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ inferi contra illam præualerent. Verùm hanc Petræ istius sanctissimam firmitatem Deo (vt diximus) ædificante constructam, nimis vult impia præsumptione violare quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus suis: & id quod accepit à veteribus, non sequendo. Hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus vel decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium patrum decretis, nec euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius enim secundus fauore Anastasij imperatoris quos Acatius post sententiam in se prolatam sacerdotes vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit, ita in-
Anast.pa.2.epi.1.ad Anast. Augustum. quiens: ANASTASIVS * ij.

Sedit anno Christi. CCCCXCVI. sub Anastasio Imp. orientis & Theod. occidentis, vi j̃. c. prox.

Nulla læsionis portio attingat eũ, qui ab hæreticis iã dãnatis ordinatur. 9

SEcundum ecclesiæ catholicæ cũsuetudinem sanctissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his quos baptizauit Acatius, vel quos sacerdotes vel leuitas secundum canones ordinauit: aliqua ex nomine Acatij portio læsionis attingat, quo forsitan periniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero siue à fure datum fuerit, ad percipiẽtem munus peruenit illibatum, quia vox illa quę sonuit per colum-
Matth.3.& Ioan.1.c ἐμφάνωσις. bam: Hic est filius meus, &c. omnem maculam humanæ pollutionis excluſit: Quod declaratur cùm dicitur: Hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nam si visibilis solis istius radij cùm per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur: multo magis ipsius qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cùm fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa sibi, beneficia per indignũ data nulla

M.E.C.D. 2017

nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum domino manifeſtiſſima voce: Scribæ, inquit, & phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſederunt. Quæcunq; dicũt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectũ quilibet in eccleſia miniſtri pro officio ſuo videntur operari, hoc totũ contineri implente diuinitatis effectu: ita ille per quẽ loquitur Chriſtus, Paulus affirmat, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementũ dedit. Itaq; neq; qui plantat, eſt aliquid: neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Adeò autẽ non requiritur quis vel qualis prædicet, ſed quid prædicet: vt inuidos etiam Chriſtum bene confirmet prædicare, quo malo ipſe diabolus deiectus eſt, & hoc ipſe prædicare nõ deſinit. Ideo ergo & hic, cuius nomẽ dicitur reticendum eſſe: malè bona miniſtrando, ſibi tantum nocuit. nam inuiolabile ſacramentum quod per illum datum eſt, in alijs perfectionem ſuæ virtutis obtinuit. quod quidem generaliter verũ eſt, niſi aliquorũ intantum ſe extenderet curioſa ſuſpicio, vt imaginentur prolato à Felice papa iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis quæcunque Acatius vſurpauit, ipſum egiſſe. ac proinde oportet eos metuere qui vel in conſecrationibus vel in baptiſmate miniſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita diuina beneficia videantur. *Matth. 23. c*

1. Cor. 3. 6

» Quia ergo illicitè & non canonicè, ſed contra decreta præ- *Verba Gratiani.*
» deceſſorum & ſucceſſorum ſuorũ hæc reſcripta dedit, vt pro-
» bat Felix & Gelaſius qui Acatium ante Anaſtaſiũ excommu-
» nicauerunt: & Ormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eũdem
» Acatium poſtea damnauit: ideo ab eccleſia Romana repudia-
» tur, & à Deo percuſſus legitur fuiſſe hoc modo.

Anaſtaſius à Deo reprobatus, nutu diuino percuſſus eſt. 10

ANaſtaſius ij. natione Romanus fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici ſe à communione ipſius abegerunt, eo quòd cõmunicaſſet ſine concilio epiſcoporum vel presbyterorum & clericorũ cunctę eccleſiæ catholicę, diacono Theſſalonicẽſi nomine Fotino, qui communicauerat Acatio, & quia voluit occultè reuocare Acatium, & non potuit, nutu diuino percuſſus eſt. *ex lib. pontificali. Ex tuone*

HINC etiam de Maximo epiſcopo in Conſtantinopolitana ſynodo ſtatutum eſt.

Quæ circa indiſciplinatos prælatos vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. 11

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinam quæ Conſtantinopoli exorta eſt, ſtatutum eſt ne Maximus fuiſſe aut eſſe iam putetur epiſcopus, neque hi qui ab eo ſunt ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineant: omnibus ſcilicet quæ circa eum vel ab eo geſta ſunt, in irritum reuocatis. *Cap. 6. Concilij Conſtan. ſub Damaſo pap. 1.*

IN

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Tanto maior eris, quo te ratione tueris.

IN DEFINIENDIS, DECRETA PONTIFICVM DICTIS INTERPRETVM PRAEFERVNTVR. DISTINCTIO XX. 1

Verba Gratiani.

DEcretales itaque epiſtolæ canonibus conciliorum pa- «
ri iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expoſi- «
tionibus ſacræ ſcripturæ, an exæquẽtur aut ſubijciãtur «
eis. quo enim quiſque magis ratione nititur, eo maioris au- «
ctoritatis eius verba eſſe videntur. Plurimi autem tractato- «
rum ſicut pleniori gratia ſancti ſpiritus, ita ampliori ſcientia «
aliis pręcellentes, rationi magis adhæſiſſe probãtur. Vnde non- «
nullorum pontificum cõſtitutis, Auguſtini, Hiero. atque alio- «
rum tractatorum dicta videntur eſſe præferenda. Sed aliud «
2. pars. eſt cauſis terminum imponere: aliud ſcripturas ſacras diligen- «
ter exponere. In negotiis definiendis non ſolum eſt neceſſaria «
Matt. 16. c ſciẽtia, ſed etiã poteſtas: vnde Chriſtus dicturus Petro: Quod- «
cunque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cælis &c. prius «
dedit ſibi claues regni cælorum. In altera dedit ei ſcientiam «
diſcernendi inter lepram & lepram: in altera dãs ſibi poteſta- «
tem eiiciendi aliquos ab eccleſia vel recipiẽdi. Cùm ergo quę- «
libet negocia finem accipiant vel in abſolutione innocẽtium, «
vel in condemnatione delinquẽtium: abſolutio verò vel con- «
demnatio non ſcientiam tantùm, ſed etiam poteſtatem præſi- «
dentium deſideret: apparet quòd diuinarũ tractatores ſcriptu- «
rarũ etſi ſcientia põtificibus præemineant; tamen quia digni- «
tatis eorum apicem nõ ſunt adepti, in ſacrarum quidam ſcri- «
pturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis verò de- «
finiendis ſecundum poſt eos locum merentur. «

Ivo Carn. lib. 2. id refert.

VNDE Leo papa quartus ſcribit epiſcopis Britanniæ.

Aliorum ſcripturæ, Romanorum pontificum decretis non ſunt præponendæ. 2

DE libellis & commentariis aliorũ non cõuenit aliquos iudicare, & ſanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas quæ habentur apud nos, ſimul cum canonibus quibus in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudiciis, id eſt, apoſtolorum Nicenorum, Ancyritanorũ, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Sardicẽſium, Aphricanenſiũ, Carthaginẽſium: & cum illis regulæ præſulum Romanorũ Silueſtri, Cyrici, Innocentij, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Hilarij, Gelaſij, Ormiſdę, & Gregorij Iunioris. Iſti omnino ſunt & per quos iudicant epiſcopi: & per quos epiſcopi ſimul & clerici iudicantur. nam ſi tale emerſerit vel contigerit inuſitatum negocium quod minime poſſit per iſtos diffiniri: tunc illorum quorum meminiſtis dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cæterorũ ſimiliter

M.E.C.D. 2017

liter sanctorum doctorũ & similiũ, si reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda: vel ad apostolicam sedem referatur de talibus. Quã ob causam luculentius & magna voce pronunciare non timeo: quia qui illa quæ prædiximus sanctorum patrũ statuta quæ apud nos canonum nomine prætitulãtur, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere conuincitur: nec catholicam & apostolicam fidem, nec sancta quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectum suum retinere vel credere probatur.

ITEM Nicolaus papa clero Constantinopolitano.

Corrigendi sunt qui decreta Romanorum pontificum non habent, vel non obseruant. 3

SI decreta Romanorum pontificum non habetis: de neglectu atque incuria estis redarguendi. Si verò habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi.

ITEM Innocentius papa.

Ad quos sit recurrendum, cùm sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. 4

DE quibus causis nulla soluendi ligandiq; auctoritas in libris veteris & noui testamenti, & quatuor euangeliorum cum totis scriptis apostolorum appareat: ad diuina recurrite scripta Græca. Si nec in illis, ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manũ mittite. Si nec in illis, sanctorum exẽpla perspicaciter recordamini. Quòd si omnibus his inspectis huius quęstionis qualitas nõ lucidè inuestigatur: seniores prouinciæ congregate, & eos interrogate. facilius namq; inuenitur quod à pluribus senioribus quæritur. Verus etiam repromissor dominus ait: Si duo ex vobis vel tres conueniunt super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. *Matth. 18.*

VERSVS.

Hic bene maiores locat, vt decet, atque minores.

DE ECCLESIASTICORVM MINISTRORVM ORIGINE AC INSTITVTIONE.

DISTINCTIO XXI.

„ DEcretis ergo Romanorum pontificum, & sacris ca- Verba Gratiani.
„ nonibus conciliorum ecclesiastica negocia (vt supra
„ monstratũ est. terminãtur) Ministri verò sacrorum ca-
„ nonum & decretorũ pontificum sunt summi pontifices, & in-
„ fra præsules, & reliqui sacerdotes: quorum institutio est in
„ veteri testamento inchoata: & in nouo plenius consummata.
„ Summi etenim pontifices & minores sacerdotes à deo sunt
„ instituti per Mosen, qui ex præcepto domini Aarõ in summũ *Exod. 27. 9.*
„ pontificẽ, filios verò eius vnxit in minores sacerdotes. Postea
„ verò Dauid cùm ministeria domus domini ampliaret, ianito- *2. Para. 23.*
„ res & cantores instituit. Porrò Salomon quendã modũ exor-

cizandi

M.E.C.D. 2017

cizandi inuenit:quo dęmones adiurati,ex obſeſſis corporibus "
pellebantur. huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt : de "
Luce 11.c. quibus dominus in euangelio: Si ego in Beelzebub eiicio dæ- "
monia: filij veſtri(ſcilicet exorciſtæ)in quo eiiciunt?Hæc om- "
nia in nouo teſtamento eccleſia imitata, habet ianitores ſuos, "
quos oſtiarios appellamus.Pro cantoribus, lectores,& cãtores "
inſtituit. Exorciſtas autem nomine antiquo & officio perma- "
nente recepit. Pro filiis verò Aaron omnes infra ſummũ pon- "
tificem ſacerdotium adminiſtrantes ſunt conſecrati. Inter eos "
quædã diſcretio ſeruata eſt: vt alij appellẽtur ſimpliciter ſacer- "
dotes,alij archipresbyteri, alij chorepiſcopi, alij epiſcopi, alij "
archiepiſcopi,ſeu metropolitæ, alij primates, alij patriarchæ, "
alij ſummi põtifices. Horũ diſcretio à gẽtilib.maximè intro- "
ducta eſt:qui ſuos flamines,alios ſimpliciter flamines,alios ar- "
chiflamines, alios protoflamines appellabãt. Simpliciter verò "
maiorũ & minorũ ſacerdotũ diſcretio in nouo teſtamento ab "
ipſo Chriſto ſumpſit exordiũ.qui xij. apoſtolos tanquã maio- "
res ſacerdotes;lxxij.diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſti- "
tuit. Petrũ verò quaſi in ſummũ ſacerdotẽ elegit, dum ei præ "
omnibus & pro omnibus claues regni cælorũ tribuit : & à ſe "
Petra Petri ſibi nomẽ impoſuit:atq; pro eius fide ſe ſpecialiter "
rogaſſe teſtatus eſt:& vt ipſe cæteros cõfirmaret,ſubiunxit di- "
Luc.22.e cens: Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua:& tu a- "
liquando conuerſus,confirma fratres tuos.Hanc eandẽ formã "
apoſtoli ſecuti, in ſingulis ciuitatibus epiſcopos & presbyte- "
Act. 6. ros ordinauerũt.Leuitas autẽ ab apoſtolis ordinatos legimus: "
quorum maximus fuit B.Stephanus. Subdiaconos & acoly- "
thos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit. "

Dᴇ his etiã ſcribit B. Iſido. in lib.vij.Etymolo.cap.xij.no. mina illorum & nominum cauſas exponens, ita inquiens.

Ety.c. 1.lib. 2. de eccleſiaſt. officijs. *Vnde nomina eccleſiaſticorum gradnum ſumantur.* 2.

CLeros & clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias ſorte electus eſt: quem primum per apoſtolos legimus ordinatũ. κλῆρος enim Græcè,ſors Latinè, vel hęreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte Domini ſunt, vel quia*Domini partem habẽt. Generaliter autẽ clerici nuncupãtur†omnes,qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt:quorũ gradus & nomina ſunt hęc:Oſtiarius,Pſalmiſta,lector,exorciſta, acolythus,ſubdiaconus,diaconus,presbyter,epiſcopus. Ordo verò epiſcoporũ quadripertitus eſt:id eſt,in patriarchis, archiepiſcopis, [ᵃmetropolitis,] atq; epiſcopis. Patriarcha Græca lingua ſummus patrũ interpretatur:quia primũ ‖ᵇ poſt‖ apoſtolicum tenet locum:& ideo quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur:ſicut Romanus,Antiochenus, & Alexandrinus.†Archiepiſcopus Græco interpretatur vocabulo,quod ſit ſummus

* *dominum.* rectè vt in manuſcrip. Grat. & Iſid. Contius.

a *vel.* metropolitanis.

b Pro *poſt*, ſcriptum eſt, *id eſt* in manuſc. & impreſsis Iſidori libris & in manuſcripto Gratiano, quamobrem immerito reprehenditur hîc à quibuſdam Gratianus.

M.E.C.D. 2017

summus episcoporũ,id est,primas. tenet enim vicem apostolicam,& præsidet tam Metropolitanis quàm cæteris episcopis. Metropolitani* autẽ a mensura ciuitatum †* vocantur. singulis enim prouinciis prę eminent,quorum auctoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt : sine quibus nihil reliquis agere licet episcopis. solicitudo enim totius prouinciæ archiepiscopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines, vno eodemque vocabulo episcopi nominantur : sed ideò priuato nomine quidam vtuntur,propter distinctionem potestatum,quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps. ἀρχὸς enim Græcè,princeps Latinè. inde archiepiscopus, princeps episcoporum. Metropolitanus à mensura ciuitatum. Episcopus autem vocabulum inde dictum est , quòd ille qui efficitur episcopus, superintendat: scilicet curam gerens subditorum. σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intẽdere dicitur. Episcopi enim Græcè, Latinè speculatores interpretantur . nam speculator est præpositus in ecclesia: ideo dictus, eo quòd speculetur & prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam. Pontifex princeps sacerdotũ est, vel dicitur esse quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos , ipse & pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes,atq; leuitas: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit : ipse quod vnusquisque facere debet, ostendit. Antea autem pontifices & reges erant. Nam maiorum hæc consuetudo fuit , vt rex esset sacerdos & pontifex *vnde & põtifices Romani Imperatores appellabantur. Vates à vi mentis appellatus est: cuius significatio multiplex est: nam modò sacerdotem, modò prophetã significat, modò poëtã. Antistes sacerdos dictus est ab eo, quia ante stat. primus est enim in ordine ecclesiæ, vt supra se nullum habeat. Sacerdos autẽ nomen habet compositũ ex Græco & Latino: quasi sacrum dans. sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est, consecrat enim & sacrificat. Sacerdotes aũt gẽtilium flamines dicebãtur, hi in capite habebãt pileum, in quo erat breuis virga desuper habẽs lanæ aliquid: quod cùm propter æstum ferre non possent , filum tantum in capite religare cœperũt. Nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Vnde & à filo quo vtebantur flamines dicti sunt, quasi filamines . verum in festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia . Presbyter Græcè , Latinè senior interpretatur . non modo pro ætate vel decrepita senectute: sed propter honorẽ & dignitatẽ quã acceperunt, presbyteri nominãtur. Ideo autẽ presbyteri sacerdotes vocantur: quia sacra dant, sicut & episcopi: qui licet sint sacerdotes, tamẽ pontificatus apicem nõ habent : quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum spiritum dant : quod solùm deberi episcopis,

* Non à mensura ciuitatum, cum Græcè μητρόπολις non μετρόπολις.

* male hoc accipit quidam in libro D. 3. B. M. lib. 1. c. 1 de Iudęorum regẽbus. Contius.

M.E.C.D. 2017

Actu.3.6

scopis,lectio Actuum apostolorum demonstrat. Vnde & apud veteres idē episcopi & presbyteri fuerunt:quia illud nomē dignitatis,& nō ætatis est.Leuitę ex nomine auctoris sunt vocati.De Leui enim leuitæ exorti sunt:à quibus in tēplo dei mystici sacramenti ministeria explebātur.Hi Græcè diaconi,Latinè ministri dicūtur: quia sicut in sacerdote cōsecratio , ita in diacono ministerij dispēsatio habetur.Hypodiaconos Græcè, subdiaconos Latinè dicimus:qui ideo sic appellātur,quia subiacēt præceptis & officijs leuitarū . Oblationes enim in tēplo domini à fidelibus ipsis suscipiūt,& leuitis superponēdas altaribus deferūt:hi apud Hebræos Nathinnæi vocātur.Lectores à legendo,psalmistæ à psalmis canendis vocati sunt. illi enim prædicant populis voluntatē dei , & quid sequātur:isti canūt, vt excitēt ad compunctionē animos audientiū: licet & quidam lectores ita miserabiliter pronunciēt, vt quasdā ad luctū lamētationesq; cōpellant.Idem etiā pronūciatores vocantur, quia populo annunciāt.Tanta enim & tā clara erit eorū vox, vt quāuis longè positorū aures adimpleat.Cātor autē vocatus est,quia vocē modulatur in cantu.huius duo genera dicuntur in arte musica:sicut ea doctissimi homines Latinè dicere potuerunt,præcētor,& succentor.Præcentor scilicet qui vocem præmittit in cantu . Succētor autē qui voce subsequenter canendo respondet.Concētor autē dicitur,quia consonat & concinit.qui autē non consonat nec concinit,nec concentor erit.

[a] Acolyti græce, Latinè ceroferarij dicuntur;à deportandis cereis quando legendū est euangelium, aut sacrificium offerendum,tunc enim accēduntur luminaria ab eis, & deportantur: nō ad effugādas tenebras,dum sol eodem tempore rutilat:sed ad signū lætitiæ demonstrandū:vt sub typo luminis corporalis,illa lux ostendatur,de qua in euāgelio legitur: Erat lux vera quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Exorcistæ ex Græco in latinū adiurantes siue increpātes vocātur; inuocant enim super catechumenos , vel super eos qui habēt spiritum immundū , nomē domini Iesu,adiurantes per eū vt egrediatur,ab eis. Ostiarij,id est ianitores:qui in vetere testamento electi sunt ad custodiā templi, vt nō ingrederetur in illud immūdus in omni re.Dicti autē sunt ostiarij,quòd præsint ostijs tēpli.Ipsi.n. tenētes claues, omnia intus extraq; custodiunt atq; inter bonos & malos habentes iudiciū fideles recipiunt & respuunt infideles. ITEM **Anacletus.*

[†nuncupātur omnes] *Constantius elegāter definit clericos,omnes qui diuino cultui ministeria religionis impendunt. L. qui diuino. Cod. Theodos. de episcopis & clericis. Contius.*

[‡Archiepis.] *Additur in meo manuscr.Isid. Sūt enim auctoritate beati Petri apostoli instituti. Prima quippe est Petri apostoli sedes Roma. eccle.*

Secunde

[a] ἀκόλουθος *dicitur, non prohibitus, hoc est admissus. Atque ita vocabatur qui ipse quidem nō peragebat mysteria , sed non excludebatur cū cæteris, quòd igaem, aut simile quiddam ad sacra necessarium afferebat.* a quasi pediffequi. Contius . *quanquam non displiceret vt* ἀκόλουθος *legeretur . nam Græcis dicitur funalus , qui semper adest.à verbo* ἀκολουθεῖν *quod est sequi.*

* In 2. decretali *Anacleti epist.2.ad episcopos Italiæ.* Ex mag.1uo.par.5. a.1.

M.E.C.D. 2017

Secunda autem ſedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius diſcipulo & Euangeliſta conſecrata. Tertia verò ſedes Antiochena & à beato Petro habetur honorabilis, eo quod illic priuſquam Romam veniſſet, habitauit, & illic primum nomen Chriſtianorum in illa gente exortũ eſt. Quamuis autem per orbem diffuſa eccleſia vna Chriſti ſit, ſancta tamen Rom. eccleſia nullis iudicibus conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt. Sed & Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es Petrus, inquiens, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cæteraque ſequuntur.

† * *In hunc errorem Iſidorum incidiſſe ex linguæ Græcæ imperitia prim⁹, vt credo, notauit Alciatus li. 2. pareg. c. 23. cũ Metropolis à Græco μητρόπολις. i. mater aut matrix ciuitas, veniat, non à μετρόπολις. Paucos huiuſmodi errores quidam poſtea colligunt, quib. demõſtrent indoctum Iſidorum: cuius forte ſi penſentur vitia virtutibus, iſtis philologis doctior inuenietur. Contius.*

** *Tertius à Petro Epiſcop. Ro. Scio quoſdam iſtorum Pontificum à Petro proxime ſequentium decretales falſi inſimulare, ſed maiorem ab his probationem requirerem: cum & in omnibus quotquot extant canonum corporibus ab Iſidoro ex libro Damaſ. vrbis Romæ Epiſcopi collectis, hæ reperiantur. Contius.*

Romana eccleſia à domino primatum accepit. 3

Anacletus epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ. 2. pars. Ex mag. luo. par. 3. c. 1.

IN nouo teſtamẽto poſt Chriſtum dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt domino dicẽte ad eum; Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram, &c. & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam. Et dabo tibi cla. re. cœl. Hic ergo ligãdi ſoluendique poteſtatem primus accepit à domino: primuſq; ad fidem populum ſuæ prædicationis virtute adduxit, verboq; inſtituit. Cæteri verò apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt: ipſumque principem eorum eſſe voluerunt: qui etiam iubente domino in toto orbe terrarum diſperſi euangelium prædicauerunt. ipſis quoque decedentibus, in loco eorum [a] ſurrexerunt epiſcopi: quorum ordinatio [b] prætaxato debet fieri ordine & modo: quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit eos, eum à quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit: & ipſe indubitanter ſpernetur à domino. Videntes autem ipſi apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos: rogauerũt dominũ meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam. [c] vnde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri; atque in eorum loco ſunt conſtituti in eccleſia.

Matth. vlt.

a *ſucceſſerunt*
b *prætacto*
Luc. 10. a

Matth. 9. d
c *inde*

ITEM † Pelagius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.

† *Gelaſius pa. prio. id habet.*

M.E.C.D. 2017

Primatum Ro. eccleſiæ non aliqua ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit. 4

QVamuis vniuerſæ per orbē catholicæ & apoſtolicæ conſtitutæ eccleſiæ, vnus thalamus Chriſti ſit: tamen ſancta Ro. ec. catholica & apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt: ſed euangelica voce domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es (inquiens) Petrus: & ſuper hanc petram ædifi. eccle. meam. Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli vaſis electionis: qui non diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed vno tempore vna eademq; die glorioſa morte cum Petro in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt: & ſupradictam pariter Roman. eccle. Chriſto domino conſecrarunt: eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia atque venerando triūpho præ-

3. part. tulerūt. Eſt ergo prima apoſtoli Petri ſedes Roma. eccle. non habens maculam neque rugam, nec aliquid eiuſmodi. In his omnibus quanto gradus celſior, tanto maior authoritas inuenitur. In maioribus ſiquidem eſt regendi & iubendi poteſtas: in minoribus obſequendi neceſſitas.

Eccleſiaſtici inferiores ſupetioribus obediant.

Nicol. ad Michaelē imperatorem id ſcribit ex Ennodio.

VNDE Nicolaus papa ſcribit Conſtantinopolitano epiſcopo dicens:

Inferiorum facta, ſuperiorum ſententiis obnoxia ſunt. 5

INferior ſedes potiorem abſoluere nō poteſt. Sola enim potior inferiorem conuenienter abſoluit. Hinc liquido prouidetur quia quem non poteſt abſoluere, nec poteſt iudicio inferior potiorem ligare. vnde propheta ait: Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum qui trahit eā? His itaque ex diuina ſcriptura commemoratis ſole clarius exhibuimus nō poſſe quemquam qui minoris authoritatis eſt, eum qui maioris poteſtatis eſt, iudiciis ſuis addicere, aut propriis diffinitionibus ſubiugare.

Eſa. 10. d

IDEM. *De eodem.* 6

Nicol. in eadē epiſt. ad Michaelem.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcunque proximorū noſtrorum ea quæ ſunt digna reprehenſione velle defendere: ſed quòd ita velimus filios circa ſpiritualem patrem, & diſcipulos erga magiſtrum deuotos eſſe ac ſobrios, vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam, vt non tantū dicamus diiudicandam, ſed nec ſaltem tenuiter reprehendēdam proſiliant.

IDEM Nicolaus Papa.

In eadem epiſto. ad Michaelem, Hebr. 7. b

Ex mag. luo. part. 5.

Inferiores maioribus nec benedicere nec maledicere poſſunt. 7

DEnique ſi in epiſtola ad Hebræos legimus, quòd minor à maiore benedicatur: reſtat profecto vt exigente ratione etiam maledicatur. Siquidē præneſcentes hæc periculoſa tempora illi qui ante nos fuerunt, prouidam in eccleſiis conſuetudinem tradiderunt. hodie quoq; in Romana eccleſia, quæ magiſtra eſt omniū eccleſiarū, impræteriſſa ſeruatur: ita vt nul-

lus ſa-

M.E.C.D. 2017

ius ſacerdos maiore ſuo non iubente [a] conſacerdote cuiuſlibet [b] rei benedictionem dare [c] nitatur: ſed [d] anterior ſtans ad pronunciandum aliquem lectionem, benedictionem quidem poſtulat: ſed ei quilibet inferior non audet benedicere. Cur hoc? nūquid benedicere peccatū eſt? abſit. De maledicis enim non benedicis dicit Apoſtolus: quia regnum Dei nō poſſidebunt. ſed per hoc innuitur quantæ cenſuræ freno inferiores, quique à ſuis præpoſitis iudicandi coercendiq; ſunt, ſi hinec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

a innuente, rectè
b cuilibet
c benedicere
d ſic &
Galat. 5. d

ITEM Michaeli imperatori:

Nicol. in eadē epiſt.

De eodem. 8

NVunc autem diuina inſpiratione non nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit, vobis oſtendere, ſi tamen audire velitis; non poſſe quemquam ritè ab his, qui inferioris dignitatis vel ordinis ſunt, iudicialib⁹ ſummitti diffinitionibus. ſiquidē tēpore Diocletiani & Maximiani Auguſtorum Marcellinus epiſcopus vrbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt Deo, cōpulſus eſt à paganis, vt templum eorū ingreſſus, grana thuris ſuper prunas imponeret: cuius rei gratia collecto tv- + numeroſorū, vetus
niuerſorum cōcilio epiſcoporū, & inquiſitione facta, hoc idē pontifex ſe egiſſe cōfeſſus eſt: nullus tamē eorū proferre ſententiā in eū auſus eſt, dum ei ſæpiſſimè omnes dicerent: Tuo ore iudica cauſam tuā, non noſtro iudicio. Et iterū: Noli audiri in noſtro iudicio: ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. Et rurſum. Quoniam ex te, inquiūt, iuſtificaberis: aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt, Prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Item in eadem. Sed cùm quodam tempore qui dā contra Xyſtū papam tentaſſent, quædam mali rumoris obiicere: & in cōcilio cui Valentinianus Auguſtus intererat, dictū fuiſſet non licere aduerſus pontificē ſententiam dare: ſurrexit protinus idē imperator, & in arbitrio præfati pōtificis tribuit iudicare iudiciū ſuū. Etenim nullus pontificum minorum vel inferiorum vrbiū ſubactus iudiciis inuenitur.

ITEM Nicolaus papa.

In eadem epiſtola.

Maiores à minoribus iudicari non poſſunt. 9

SVbmittitur Ignatius minorū inferiorū & ſubiectorum deliberationibus, econtra ſacris canonibus præcipientibus, & exēplis ſanctorū patrum, ſemper vbi eſt maior auctoritas, eundem eſſe, & in omnibus cōtrouerſiis ad potioris ſedis iudicia actio dirigatur: quod non ſolū à catholicis, verūetiam ab ipſis conſtat obſeruatū eſſe hæreticis. Alioquin acephalū liquet eſſe concilium vbi de tanta perſona agitur, & maiorū non expectatur ſententia: cùm nec in cauſa clericorum inferioris gradus ſolius epiſcopi ſui iudicium tātummodo poſtulandū ſit.

ITEM Michaeli imperatori.

M.E.C.D. 2017

Minorum ſententiæ maiores damnare non valent. 10

Idem Nice. in eadem epiſtol.
Ex mag. Iuo. par. 5.

IN tantum hanc præſumptionẽ ſancti patres apud Chalcedonem deteſtati ſunt, vt Dioſcorũ Alexandrinũ antiſtitem inter cætera idcirco potiſſimũ ſine vlla reſtitutioue dãnauerint, quia ponẽs in cœlũ os ſuũ, lingua eius tranſeũte ſuper terrã, excommunicationem in ſanctum Leonem papam dictauit, ita vt in ſententia cõtra ipſum prolata hoc videantur memorare præcipuè, dicẽtes: Quoniã [a] ſecũdis exceſſibus præcipuè priorem iniquitatẽ valde tranſcendit. præſumpſit enim excõmunicationem dictare etiam aduerſus ſanctiſſimũ & beatiſſimũ archiepiſcopũ magnæ Romæ Leonẽ ‖&c.‖ Nunquid ibi legitur inquiſitionem factam fuiſſe, vtrum iſte Dioſcorus ipſam excõmunicationem iuſtè dictaſſet in papam? Non planè, ſed abſque omni controuerſia hoc in eo vlti ſunt: quia cum eſſet inferior, potiorem quibuſlibet conatus eſt laceſſere iniuriis: teſte Anatholio Conſtantinopo. præſule, qui dicit: Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus; ſed quia excõmunicationem fecit [b] in dominum archiepiſcopum Leonem.

a Al. ſecundus exceſſus.

b Al. domino Archiepiſ. Leoni.

VERSVS. 1

Quæ prior eccleſia, vel quæ ſunt poſteriores.

DE PATRIARCHARVM ORDINE.

DISTINCTIO XXII.

QVia ergo maior à minori iudicari non debet: vidẽdum eſt quæ inter cæteras eccleſias primum locum, quæ ſecundum vel tertium obtineat. Romana eccleſia (ſicut ſupra dictum eſt) primum locum inter cæteras obtinet: Alexandrina ſecundum: Antiochena eccleſia tertium ab ea locum accepit.

VNDE Nicolaus papa ſcribit Mediolanenſibus:

Romana eccleſia cæterarum primatum tenet. 2

Ex epi. ad Michaelem poteſt oſtẽdi quæ ſola exiat.

OMnes ſiue patriarchę cuiuſlibet apicẽ, ſiue Metropoleon primatus, aut epiſcopatuum cathedras, vel eccleſiarum ſiue cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Roma. eccleſia. Illam verò ſolus ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni [a] ſimul & cœleſtis imperij iura commiſit. Nõ ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud Verbum quo conſtructum eſt cœlum & terra: per quod denique omnia condita ſunt elemẽta; Romanam fundauit eccleſiam. Illius certè priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Vnde nõ dubium eſt, quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit. Qui autem Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæreſim labitur: & cum ille vocetur iniuſtus, hic [illegible]ſt dicendus hæreticus. Fidẽ quippe violat, qui aduerſus illam agit

a Quod de terreno imperio adiecit, quidam nõ ferunt.

M.E.C.D. 2017

agit quæ est mater fidei : & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis prætulisse cognoscitur: & infra. Vnde ipse sanctus Ambro. se in omnibus sequi magistram sanctam Roma. ecclesiam profitetur.

ITEM Anacletus seruus Christi Iesu.

Non ab apostolis, sed ab ipso domino Romana ecclesia primatū accepit. 3 Epist. 3. ad omnes epis.

SAcrosancta Romana & apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino & saluatore nostro primatum obtinuit: sicut beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam; vsque, soluta & in cœlo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis: qui vno die eodemq; tempore Romæ cum Petro glorioſissima morte coronatus est: & ambo sanctam ecclesiam Romanam consecrauerunt : atque omnibus aliis vrbibus in mundo vniuerso tam sua præsentia, quàm venerādo triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio: his tamen verbis beatissimus Paulus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens: Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Prima ergo sedes est in cœlesti beneficio Roma. eccle. quam (vt memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrauerunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, quę beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque euangelista consecrata est. *quia ipse & in Aegypto primum verbum veritatis directus, à Petro prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyriū, cui venerabilis ſucceſſit Abilius.* Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri apostoli habetur nomine honorabilis: quam illic priusquam Romā veniret [a] habuit; & Ignatium episcopū constituit ‖ibi‖ & illic primum nomen Christianorum *nouellæ gentis* exortum est.

Matth. 16. e

Actuum. 9

Romān. 1.

Ex mag. Iuo. 2. pars.

a Legend. habitauit.

Et post pauca: Inter beatos Apostolos quædā fuit discretio potestatis: & licet omnes essent apostoli, Petro tamē à domino concessum est (& ipsi inter se voluerunt idipsum) vt reliquis omnibus præesset apostolis: & Cephas. i. caput ** & principium teneret apostolatus : qui etiam eandem formam suis successoribus & reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamēto est constitutum, sed etiam in veteri fuit. vnde scriptum est: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, id est primi inter eos fuerunt. & post pauca. Hæc vero apostolica sedes caput & cardo (vt prędictum est) à domino & non ab aliis constituta est: & sicut cardine ostium regitur, sic huius apostolicæ sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (domino disponente) reguntur. Hac auctoritate Alexan-

Psalm. 98.

M.E.C.D. 2017

drina ecclesia secundum à prima locum habere censetur: sed postea in Constantinopolitana synodo ecclesia Constantinopolis secundum à sede apostolica locum accepit.

VNDE in eadem synodo constitutum est ita.

** *Quidam hanc etymologiam rident, aiuntque Cephas non caput, sed saxum significare. quod iis diiudicandum relinquo qui Syriacum idioma nouerunt. Syrum enim non Hebræum esse vocabulum tradit Hieronymus in catalogo nominum Hebraicorum, interpretaturque firmitatem. Cæterum propter peregrinæ linguæ ignorantiam, quidam etiam veterum & doctissimorum, inter quos fuit Optatus Afer, Cephas quasi κεφαλὴν interpretati sunt. Contius.*

Secundum à Romano pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. 4

Caput 5. iuxtæ priorem additionem.

CONstantinopolitanæ ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum: propter quod sit Roma noua.

ITEM Greg. Ioanni episcopo Syracusano.

Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. 5

Epist. 63. lib. 7.

DE Constantinopolitana ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi apostolicæ esse subiectã? tamen si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego etiã minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus enim est qui se in eo primũ existimat, vt bona quæ viderit, discere contẽnat. Item eidem. Nam quòd primas Bizacenus [a] sedi apostolicæ dicit se subiici, si qua culpa in episcopis suis inuenitur: nescio quis ei subiectus nõ sit. Cùm verò culpa non exigit: omnes secundũ rationem humilitatis æquales sumus.

Idem Greg. epist. 64. lib. 7.

[a] Bizacii quæ erat vna ex prouinciis Africæ.

ITEM Gelasius papa primus, Fausto magistro legationis Constanti.

Constantinopolitanus episcopus authoritate Romani põtificis ordinatur. 6.

QVa traditione maiorum apostolicam sedem in iudicium vocant? an secundæ sedis antistites, & tertiæ cæteriq; beneconscij sibi sacerdotes depelli debuerunt: & qui extiterit religionis inimicus, depelli non debuit? videant ergo si alios habent canones quibus suas ineptias exequantur. Cæterum isti qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur: sedem apostolicam ad iudicium vocare non possunt. Constãtinopolitanæ verò ciuitatis episcopus, qui vtique per canones inter sedes nullum nomẽ accepit, in communionem recidens perfidorum non debuit submoueri.

ITEM ex vj. synodo.* **Constantinopolitana cap. 36.*

Constantinopolitana ecclesia secundũ à Romana ecclesia obtinet locũ. 7

RENouantes sancti Constãtinopolitani decreta concilij, petimus vt Constãtinopolitana sedes similia priuilegia quæ inferior [a] Roma †* habet, accipiat: non tamẽ in ecclesiasticis rebus

[a] senior, videtur legend.

M.E.C.D. 2017

rebus magnificetur vt illa: sed hæc secunda post illam existens priusquam [b] Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

[b] postquam

Hinc datur intelligi quòd Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia sit quarta: nisi fortè quis duas contendat esse secundas, vt Constantinopolitanam & Alexandrinam parem suæ dignitatis velit locum obtinere. vnde in octaua synodo legitur.

Verba Gratiani.

† * *Vel Gratianus canonem sancti concilij falsauit, vel in falsum librum, falsámque translationem incidit. Primum quod inferiorem Romam vocat, cùm seniorem scribere debuerit; deinde quod negatiuè legit ea verba: non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur vt illa: cum affirmatiuè scribere debuerit. Sic enim ex antiquo S. Hilarij Pictauiensis exemplari Græco impressus extat hic canon.* Ἀναγεινώσκομενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Καρχηδόνι συναθροισθέντων νομοθετηθέντα ὁρίζομεν ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τὴν ἴσων ἀπολαβεῖν πρεσβίων τῷ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης θρόνῳ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μεθ' ὃν τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως καὶ μετὰ τοῦτον τὸν τῶν ἱεροσολυμίτων πόλεως.

Quæ patriarchalium sedium primum vel deinceps teneat locum. 8

DIffinimus neminem prorsus mũdi potentum quenquam eorum qui patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare: præcipuè quidem sanctissimum papam senioris Romæ: deinceps Constantinopoleos patriarcham: deinde verò Alexandriæ ac Antiochiæ ac Hierosolymitanorum.

VERSVS. 1

Vt decet, ista sacrat maiores atque minores.

DE ECCLESIASTICORVM ORDINATIONE. DISTINCTIO XXIII.

Verba Gratiani.

BReuiter quæ inter ecclesiastica officia sit differentia monstrauimus. Nunc à summo pontifice incipientes, & vsque ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

ITEM ex vj. synodo. Vnde Nicolaus papa. [a]

Nicol. 2.
[a] Qui sedit sub Henrico 2. Imperatore. Contius. *Ino Carn. lib. 3.*

Decretum Nicolai papæ de electione Romani pontificis. 2

IN nomine domini nostri Iesu Christi & saluatoris ab incarnationis eius anno millesimo [b] quingentesimo nono mense Aprili indictione duodecima, propositis sacrosanctis euangeliis, præsidente quoque reuerendissimo ac beatissimo papa Nicolao in basilica Lateranẽsis patriarchij, quæ cognominatur Cõstantiniana: considẽtibus etiã reuerẽdissimis episcopis,

[b] quinquagesimo.

M.E.C.D. 2017

abbatibus,presbyteris,diaconis:idem venerabilis pontifex au ctoritate apostolica decernens de electione summi pōtificis, inquit. Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres & chorepiscopi : inferiora quoque membra non latuit: defuncto bonæ memoriæ domino Stephano prędecessore nostro hæc apostolica sedes cui auctore Deo seruio , quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas repetitis malleis crebrisque tunsionibus subiacuit:adeo quidem, vt columna Dei viuentis iam penè videretur nutare , & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragij profunda submergi.vnde si placet fraternitati vestrę,debemus auxiliante Deo futuris casibus prudēter occurrere, & ecclesiastico statui,ne recidiua(quod absit) mala prævaleant , præcauere. quapropter instructi prædecessorū nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus,vt obeunte huius Romanæ ecclesiæ vniuersalis pontifice,in primis cardinales episcopi diligentissimè simul de electione tractantes,mox Christi clericos cardinales adhibeant: sicq; reliquus clerus & populus ad consensum nouæ electionis accedāt,nimirum præcauentes,ne venalitatis morbus aliqua occasione surrepat. Et ideo religiosissimi viri præduces sint in promouēda pontificis electione: reliqui autem sequaces.Certus verò atque legitimus hinc electionis ordo perpenditur,si perspectis diuersorum patrū regulis siue gestis , etiam illa beati Leonis papæ prædecessoris nostri sententia recolatur.Nulla(inquit)ratio sinit,vt inter episcopos habeārur,qui nec à clericis sunt electi,nec à plebibus expetiti, nec à cōprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati: sed quia sedes apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesiis,atque ideo super se metropolitanū habere nō potest, cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice fungun tur: qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem prouehant consecrandum. Eligatur autem de ipsius ecclesiæ gremio,si reperitur idoneus,vel si de ipsa non inuenitur,ex alia sumatur,saluo debito honore & reuerentia dilecti filij nostri Henrici qui in præsentiarum rex habetur,& futurus imperator Deo cōcedente speratur: & iam sibi concessimus sicut successoribus illius,qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerint. Quòd si prauorū atq; iniquorum hominū ita peruersitas inualuerit:vt pura syncera atque gratuita fieri in vrbe non possit electio:cardinales episcopi cū religiosis clericis catholicisq; laicis licet paucis ius potestatis obtineāt,eligendi apostolicæ sedis pontificem vbi cōgruerit. Planè postquam electio fuerit facta , si bellica fuerit tēpestas, vel qualiscūq; hominū conatus malignitatis studio restirerit, vt is

M.E.C.D. 2017

vt is qui electus est, in apostolica sede iuxta cõsuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen sicut verus papa obtinet auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponẽdi omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem cognouimus feciſſe. Quod si quis contra hoc decretum nostrum synodali sentẽtia promulgatũ quasi per seditionem vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiã ordinatus seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli perpetuo anathemate cum suis auctoribus & fautoribus, & sequacibus à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut antichristus, & inuasor & destructor totius christianitatis: nec aliqua super hoc ei audientia reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu in quocũque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, vel qualemcunque tanquã pontifici reuerentiã exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit: pari sentẽtiæ sit mancipatus. Quòd si quis huius nostræ sanctæ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere & perturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate atque excõmunicatione damnetur, & cum impijs (qui non resurgent in iudicio) reputetur: omnipotentis irã contra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, (quorum ecclesiã præsumit confundere) in hac vita & in futura furorẽ sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis suis non sit qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Commotus commoueatur ipse, & filij eius mendicent, & eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur etiã fœnerator omnẽ substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, & in hac vita super eum apertam vindictam eorum ostendant. Obseruatores autẽ huius nostri decreti omnipotentis gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omniũ peccatorum vinculis absoluat.

Psal. 58. *Psalm.* 108.

Episcopi verò & cæteri ordines infra cõstituti qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthag. concilij quarti, cui interfuit Augustinus tempore Honorij Augusti, ostẽdamus ab eorum examinatione incipientes.

Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss. Contius. 2. *pars.* *Cap.* 1.

Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. 3

QVI episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negociis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si fidei

M.E.C.D. 2017

documenta verbis ſimplicibus afferat: id eſt, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum vnum deum eſſe confirmans, totamque trinitatis vnitatem, deitatem, coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coęternam, & coomnipotentem prædicans: ſi ſingulas quaſque in trinitate perſonas plenum deum, & totas tres perſonas vnum deum, ſi incarnationem diuinam non in patre, neque in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate dei patris filius, deus verus ex patre eſſet, & verus homo ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationabilem, ſimulque in eo vtriuſque naturæ, id eſt, deus & homo: vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus deus creator omniū quæ ſunt, & auctor, & rector, & deus cum patre & ſpiritu ſancto omnium creaturarum, qui paſſus ſit pro ſalute noſtra vera carnis paſſione, & mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit vera ſuæ carnis receptione, & vera animæ reſumptione: in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quęrendum eſt etiam ab eo ſi veteris & noui teſtamēti, id eſt, legis & prophetarū & apoſtolorum vnum eundēque credat auctorem, & demū viuos ac mortuos iudicaturū: & ſi diabolus non per conditionem, ſed per arbitriū factus ſit malus. Quærendum eſt etiam ab eo ſi credat huiuſmodi quam geſtamus carnis & non alterius reſurrectionem, ſi credat iudiciū futurum, & recepturos ſingulos pro his quæ in carne hac geſſerint, vel pœnas, vel præmia, ſi nuptias non prohibeat, ſi ſecūda matrimonia non damner; ſi carniū perceptionem non culpet: ſi pœnitentibus reconciliatis cōmunicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt, tam originale peccatū contractū, quàm illa quæ voluntariè admiſſa ſunt, dimittantur, ſi extra eccleſiam catholicā nullus ſaluetur. Cùm in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plenè inſtructus: tunc cum omni conſenſu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximè metropolitani vel auctoritate vel præſentia ordinetur epiſcopus, ſuſcepto in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti epiſcopatu, non ſuę delectationi, non ſuis moribus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat.

ITEM Iſidorus de vita clericorum.

Lib. 2. cap. 2. de eccleſiaſticis officijs.

Qualis debeat eſſe clericorum conuerſatio. 4

3 pars.

HIs igitur lege patrum cauetur vt à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſe abſtineāt, non ſpectaculis, non pōpis interſint, conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant, vſuris nequaquam incumbant, neq; turpium occupationibus lucrorum, non fraudibus cuiuſcunque ſtudium appetant, amorē pecuniæ quaſi materiā cunctorū criminum fugiant, & ſecularia negotia, officiaq; abnuant, honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant: pro beneficio medici-

In concilio Nicæno cap. 18.

M.E.C.D. 2017

medicinæ dei munera non accipiant,dolos & cõiurationes caueãt, odium,æmulationes,obtrectationes, atque inuidiam fugiant:non vagi oculis,non effreni liugua, aut petulãti fluidoque geſtu incedant, ſed pudorem & verecundiam mẽtis ſimplici habitu inceſſuque oſtẽdant,obſcœnitatẽ etiam membrorum & verborũ ſicut & operum penitus execrẽtur: viduarum & virginũ frequentationes penitus fugiant,cõtubernia extranearum fœminarũ nullatenus appetant,caſtimoniã quoque nõ violati corporis perpetuo obſeruare ſtudeant, aut certè vnius matrimonij vinculo fœderentur, ſenioribus quoque debitam præbeant obedientiam:neque vllius iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollãt,poſtremo doctrinæ lectionibus, pſalmis, hymnis,canticis,exercitio iugiter incũbant:tales enim debent eſſe qui diuinis cultibus ſeſe mancipãdos ſtudent, ſcilicet vt dũ ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrẽt.

ITEM Clemens.*

*Anno Chriſti 93. ſedit.

Qui dignè ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum. 5

Epiſt. 2. ad Iacob. fratrem domini:

TAles ad miniſterium eligãtur clerici,qui dignè poſſint dominica ſacramenta tractare.melius eſt enim domini ſacerdotium paucos habere miniſtros,qui poſſint dignè opus Dei exercere,quàm multos inutiles,qui onus graue ordinatori adducant. ITEM ex concilio Carthag.iiij.

cap.40. concil. Carthag.tertij.

Si electo in epiſcopum aliqua obijciuntur, quinque vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant. 6

ILlud ſtatuendum eſt, vt quando ad eligendum epiſcopum conuenerimus,ſi qua contradictio fuerit ſuborta (quia ſæpe talia ſunt facta apud nos) non præſumant ad purgandum eũ qui ordinandus eſt, tres tantum accedere, ſed poſtulentur ad numerum ſupradictum duo vel tres,& in eadem plebe cui ordinandus eſt,diſcutiantur primo perſonæ contradicentium:poſtremo etiam illa quæ obiiciuntur, pertractentur: & cûm purgatus fuerit ſub aſpectu publico,ita demum ordinetur.Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat,corroboretur veſtræ dignitatis reſponſione.Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, Satis placet. ITEM ex concilio Toletan. xj.

capite 10.

Vota ſuæ promiſſionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. 7

QVanquam omnes qui ſacris mancipantur ordinibus,canonicis regulis teneantur aſtricti: expedibile eſt tamen vt promiſſionis ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus timeri quod ſingulariter pollicitum eſt, quàm quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio,vt vnuſquiſque qui ad eccleſiaſticos gradus eſt aſcenſu-

M.E.C.D. 2017

a accessurus
b placita sibi

[a]ascensurus,non ante honoris consecrationem accipiat,quàm [b]placiti sui annotatione promittat, vt fidem catholicam syncera cordis contritione ac deuotione custodiens, iustè & piè viuere debeat,& in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat,atque vt debitum per omnia honorẽ atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat,iuxta illud papæ Leonis edictum: Qui se scit aliquibus esse præpositum,non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum:sed obediẽtiam quam exigit,etiam ipse dependat.pœna tamen iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem,& placitis talium inferenda, & ab his qui transgressores fuerint, persoluenda.

cap.1. & 2. concil. Carthag.4.

DEHINC disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinentur.

Qualiter ordinetur episcopus. 8

Ex ma.Iuo.

EPiscopus cùm ordinatur,duo episcopi imponant manus,& teneant euangeliorum codicem super caput & verticem eius,& vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt,manibus suis caput eius tangant.

Qualiter ordinetur presbyter. 9

Ex ma.Iuo. par.6. cap.3.concil. Carth.

PResbyter cùm ordinatur,episcopo eum benedicente,& manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt,manus suas iuxta manus episcopi super caput iilius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario vtroque humero ambitur: ita tempore consecrationis eodem orario debet vti instanter.

cap.3.concil.Bracharens.3.

VNDE in Bracharensi concilio legitur.

Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis. 10

ECclesiastica institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos cùm ordinatur,orario vtroq; humero ambiatur:scilicet vt qui imperturbatus præcipitur persistere inter prospera & aduersa,virtutum semper ornamento vtroque circunseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit,quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus conuenit,vt quod quisque percepit in consecratione honoris,hoc retineat etiam in oblatione vel perceptione suæ salutis,scilicet vt cùm sacerdos ad solennia missarũ accedit aut per se Deo sacrificium oblaturus,aut sacramentum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sumpturus: non aliter accedat,quàm orario vtroque humero circunseptus,sicut tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus,ita vt de vno eodemque orario ceruicem pariter & vtrunque humerum premens signum in suo appareat pectore crucis. Si quis autem aliter egerit,excommunicationi debitę subiacebit.

4.[illegible] Carth.

Dalmaticis autem nec episcopis nec diaconis absque apostolica

M.E.C.D. 2017

ſtolica licentia vti permittitur.

VNDE Greg. Aregio epiſcopo Francorum. *Epiſt. 111. lib. 7.*

Abſque apoſtolica licentia dalmaticis nec epiſcopis nec diaconis vti licet. 11

COmmunis filius diaconus Petrus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore quo hic fuit, popoſcit vt ſibi & archidiacono ſuo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia hominum ſuorum infirmitate compulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res deſiderata poſcebat) ſineret permanere, & nos in multis implicatos (vt eccleſiaſticæ rationis eſt conſideratio) nouũ hoc inconſultè & ſubitò indulgere non permitteret: idcirco rei poſtulatæ prolongatus eſt effectus. Nunc verò charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtræ ſerie petita concedimus, atque te & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

Qualiter ordinetur diaconus. 12

DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus qui eum benedicit, manus ſuper caput eius ponat, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur. Ex Iuone. *cap. 4. concil. Carth. 4.*

» Quæritur autem an poſt benedictionem manus presbyte-
» rorum & diaconorum chriſmatis liquore debeant perungi. *5. pars.* Gratianus.

DE his ita ſcribit Nicolaus papa Radulpho archiepiſcopo Bituricen. *Nicolaus papa 1.*

Nec presbyteris nec diaconis in conſecratione chriſmate manus perungere licet. 13

PRæterea ſciſcitaris vtrum ſolis presbyteris, an etiam diaconis debeant cùm ordinantur manus chriſmatis liquore perungi, quod in ſancta Romana eccleſia, cui auctore Deo ſeruimus, de neutris agitur. Sed quòd ſit à nouæ legis miniſtris actum, nuſquam (niſi nos fallat obliuio) legimus. Ergo ad beati Innocentij papæ canonica decreta ſanctitatem tuã trãſmittimus, & quæ tibi ſint in conſecrationibus & orationibus obſeruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum epiſcopum emiſſæ te affatim edocebunt. *Epiſt. 1. Innocentius papa. 1.*

Palea. 14

In meo manuſcripto non eſt Palea, ſed ex proprio Gratiani textu.

EX epiſtola †Simplicij papæ Seuero & Florentino epiſcopis directa. Ad cognitionem noſtri examinis, Gabſenen. diaconi relatu peruenit de quibuſdam eccleſiæ ipſius clericis, quorum cùm vnus ad presbyterij, duo ad leuitarum miniſteria conſecrarentur, epiſcopus eorum oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyterum quendam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedi-

Epiſt. 3. †Sulpitij.

ctionem

M.E.C.D. 2017

ctionem dediſſe: qui propter tantam præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus non fuiſſet mortis vocatione prçuentus. Sed quia ille examini diuino relictus eſt, humano iudicio accuſari non poteſt, hi qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogium acceperunt: ne ſibi licentiam talis vſurpatio faciat, decernimus vt gradus ſacerdotalis & leuitici ordinis quem peruerſe adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio amittant. Tales enim meritò iudicati ſunt remouẽdi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

Grat. Item quæritur an eorum ordinatio ſit rata habenda, quibus « epiſcopus oculorum languore impeditus manus imponit, & « presbyter ſuper eos orationem dicit. «

DE his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.

Cap. 5. conc. 2. Hiſpalenſis id habetur. Totum hoc caput quod apparet eſſe ſuperioris capitis fragmentum, deeſt in Gratiano manuſcripto. Ideoque rectè ei palea nomen ſuperſcribi potuit. Contius.

Et ordinator & ordinatus damnationis ſubeat pœnam, cùm epiſcopus manum imponit & alius orationem dicit. 15

QVorundam clericorum dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium ſacrarentur, epiſcopus oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos impoſuiſſe tantum, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, hi qui ſuperſunt, gradum Sacerdotij vel leuitici ordinis quem peruerſe adepti ſunt, amittant.

Ex concilio Carthaginenſi iiij. cap. v.

Qualiter ſubdiaconus ordinetur. 16

6. pars. Ex mag. Iuone.

SVbdiaconus cùm ordinatur, quia manus impoſitionem nõ accipit, patenam de manu epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu verò archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, manile, & manutergium.

Qualiter acolytus ordinetur. 17

Ex eodem. Cap. 6. eiuſdem concilij Carthag. 4.

AColytus cùm ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari; accipiat & vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in euchariſtiam ſanguinis Chriſti.

Qualiter exorciſta ordinetur. 18

Ex eodem. Cap. 7. eiuſdem concilij Carthag. 4.

EXorciſta cùm ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.

Qualiter lector ordinetur. 19

Ex eodem. Vbi ſupra cap. 8.

LEctor cùm ordinatur, faciat de illo verbum epiſcopus ad plebem, indicãs eiuſdem fidem ac vitam atque ingenium; poſt

M.E.C.D. 2017

post hoc spectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus est, dicens: Accipe, & esto relator verbi dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.

Qualiter ostiarius ordinetur. 20

OStiarius cùm ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altario, dicens ei: Sic age, sic viue quasi redditurus deo rationē pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Ex eodem. Cap. 9. eiusdem.

Qualiter psalmista ordinetur. 21

PSalmista, id est, cantor potest absque licentia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credideris, operibus compleas. Ex eodem. Ibid. cap. 10.

« Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desu- Verba Gratiani.
« per in modum sphæræ rasum esse debet.

VNDE Anicius papa.* *xi. à Petro papa sub Antonino.

Clerici comam nutrire prohibentur. 22

PRohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta apostolum comam non nutriant: sed desuper caput in modum sphæræ radant. Anicetus papa episcopis Galliæ.

ITEM ex concilio Agathen. cap. xx.

De eodem. 23

CLerici qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam si noluerint inuiti detondeantur, vestimenta etiam vel calciamenta eis nisi quæ religionem deceant, vti aut habere non liceat. ITEM Gregorius.

De eodem. 24

SI quis ex clericis relaxauerit comam, sit anathema. Greg. papa 1. in synodo decreuit residens.

Quibus vestibus monialis sit induenda cùm consecratur. 25

SAnctimonialis virgo cùm ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis. Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres deo dedicatæ contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur. cap. 12. concil. Carthag 4.

VNDE Soter papa omnibus episcopis Italiæ.

Vestimenta altaris & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. 26

SAcratas deo fœminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedē: quæ omni reprehensione plena esse & vituperatione, nulli rectè sapientium dubium est. Quapropter huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus quācitius poteritis, cēsemus. Et ne pestis hæc latius Soter 12. à Petro sub Marco Imper. Soter epist. 2.

M.E.C.D. 2017

latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſſimè mandamus.

ITEM ex concilio Laodiceñ.iiij.cap.xxi.

Sacrarium ſubdiaconis ingredi non licet. 27

NOn oportet ſubdiaconos licentiam habere in ſacrarium ſiue ſecretarium(quod Gręci διακόνιον appellant)ingredi, & contingere vaſa dominica. ITEM in eodem cap.xxij.

De eodem. 28

MIniſtrum non oportet vti orarijs nec hoſtias derelinquere. ITEM in eodem.

De eodem. 29

Ibi.cap.23. NOn oportet lectores aut oſtiarios aut pſalmiſtas orarijs vti,& ſic legere aut pſallere.

ITEM ex concilio Carthaginenſi iiij.cap.xcix.

Mulier in conuentu viros docere non permittitur. 30

MVlier quanuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat. Laicus autem præſentibus clericis (niſi ipſis rogantibus) docere non audeat.

ITEM ex concilio Agatheñ.cap.lxvj.

Miniſtris non ſacratis vaſa dominica contingere non licet. 31

NOn oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in ſacrarium(quod Græci diaconium appellant)ingredi,& cõtingere vaſa dominica.

ITEM ex concilio Bracharen.i.cap.xxviij.

Cuilibet ex lectoribus vaſa ſacra altaris portare non licet. 32

NOn liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec aliis,niſi his qui ab epiſcopo fuerint ſubdiaconi ordinati. ITEM ex concilio Martini papæ.

C.41.ex capitulis ſynodorum Græcarum libri Martini Epiſcopi Bracha.

De eodem.

Vt clerici comam non nutriant. 33

NOn liceat cuilibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono aut acolyto in ſecretario vaſa dominica. †Nec oportet clericos comam nutrire,& ſic miniſtrare: ſed attonſo capite, auribus patentibus;& ſecundum Aaron talarem veſtem induere, vt ſint in habitu ornato.

4.ſap.67.eiuſdem ca. 23.concil.Carth.4.

Qualiter ſponſus & ſponſa ſunt benedicendi. 34

SPonſus & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis vel à paranymphis offerantur,qui cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant.

ORDI-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Sacrandi genus, & patriam vitámque require.

ORDINANDI PRIVS EXAMINENTVR.

DISTINCTIO XXIIII.

Qualiter episcopus sit examinandus.

1 Verba Gratiani.

QValiter episcopus sit examinandus. Qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutis sit ordinandus, breuiter monstratum est. †Nunc autem videndum est de sacerdotibus & reliquis, an sine examinatione sint promouendi ad ordinem. De his ita scribit Paulus ad Timotheū: Manus nemini cito imposueris, & nihil sine præiudicio facias in alteram partem declinando. 1. Timoth. 3.

EX DECRETIS Siluestri papæ cap. vij. *qui fuit temporibus Constantini Magni, anno Christi 318.* Cap. 9. synodi Romanæ sub Siluestro.

†Nunc autem] *quæ sequuntur vsque ad distinctionem* L. *magna & doctrina & diligentia Io. Quintini, Iuris doctoris celeberrimi, sunt exposita, emendata & illustrata, cuius emendationes & labores certè hîc non debuimus nec potuimus absque ingratitudine reticere, cùm ex eis multa transtulerimus, vt molestum inquirendi laborem effugeremus.*

De eodem.

2

NVllus acolytorum, vel subdiaconorum rem consecratam à presbytero aliis porrigat, quia aliud est minister, aliud assistens: nisi tantum ipse supportet quod ei sacerdos imposuerit ore suo benedictum.

ITEM ex concilio Carthaginen. iij. cap. xxij.

Ante probationem nullus ordinetur clericus.

3

NVllus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit vel examine episcoporum, vel populari testimonio.

ITEM Gelasius papa Cœlestino episcopo.

Ad ministerium alicuius ecclesiæ clerici eiusdem promoueantur.

4

PResbyteri, diaconi, & vniuersi clerici Stomen. ciuitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherij episcopi, quæ in supradictæ ciuitatis parœcia probatur esse constructa, presbyterum qui constitutus fuerat, defeciisse, atque in eius locum Iulianum diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater chariſſime, si de eius vita vel moribus nihil est quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum presbyterij honore decorabis: sciturus visitatoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis. Pariter etiam & feliciſſimum diaconum in eius ecclesiæ ministerium (si conuersatio eius fuerit probabilis) subrogabis: vt locus processionis celebetrimus ad ministeriorum consecrationem, nec sacerdote indigeat, nec ministro. ITEM ex concilio Laodicen. cap. xij.

M.E.C.D. 2017

Metropolitanorum, & episcoporum examine promoueantur cateri episcopi.

EPiscopi iudicio Metropolitanorum & corum episcoporũ qui circumcirca sunt, promoueantur ad ecclesiasticam dignitatem: ij videlicet qui plũrimo tẽpore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ conuersationis exemplo.

2. pars. Verba Gratiani.

Cùm itaque sine examinatione nullus sit ordinandus: quẽ admodum & quo tempore sacerdotũ & cæterorum infra scriptorum examinatio debeat fieri, considerandum est.

DE his in concilio Nauatensi ita legitur.

Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationem conueniant. 6

Ex Carth. lib. 3. de consecrat. episc.

QVando episcopus ordinationem facere disponit, omnes qui ad sacrũ ministeriũ accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vocandi sunt ad ciuitatem vnà cum presbyteris, qui eos repræsentare debent: & tunc episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis, exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum vbi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege dei, ante omnia diligenter inuestigent: si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem quibus cura committitur, cauere debent ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti à vero deuiẽt, vt indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent: quod si aliter fecerint, & ille qui indignè accesserit, ab altari remouebitur: & illi qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram deo iam condemnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic sabbato qui probati sunt, episcopo repræsententur. Aliàs autem, sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio, nullum episcopus ordinare præsumat.

VNDE in concilio Carthaginensi iiij. cap. xxij. legitur.

Sine clericorum suorum concilio episcopus clericos non ordinet. 7

EPiscopus sine concilio clericorum suorum clericos non ordinet: ita vt ciuium conniuentiam & testimonium quærat.

Verba Gratiani.

Quæritur quid fieri debeat de his qui sine examinatione promoti sunt. DE his ita legitur in concilio Martini papę.

3. pars. Ca. 24. libri Martini episcopi Bracha. Ex synodis Gracorũ.

De his qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur. 8

SI quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt: aut certè cùm discuterentur, criminosa peccata confessi sunt: aut post ordinationem ab aliis detecti sunt: abiiciantur ex clero. Similiter verò & de vniuerso clericorum ordine

M.E.C.D. 2017

dine seruetur.nam hoc sibi quod irreprehensibile est,sancta catholica defendat ecclesia.

VERSVS.

Hic dat cuique suum distinguens crimina mirè.

DE ECCLESIASTICORVM OFFICIIS.

DISTINCTIO XXV.

» QVod nulius sine examinatione ordinandus sit, breuiter Verba Gratiani.
» probatum est. Quid autem ad episcopū, quid ad vnū-
» quemque inferiorem pertineat, Isidorus Hispalen. e-
» piscopus in epistola ad [a]Ludifredum scribit ita dicens:

Quod episcopi & cæterorum sit officium in ecclesia. 2

PErlectis sanctitatis tuæ literis gauisus sum, quòd optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem quæ in consequentibus insinuare eloquij tui sermo studuit, gratias ago deo,quòd solicitudinem officij pastoralis impendis : qualiterque ecclesiastica officia ordinentur,perquiris:& licet omnia prudentiæ tuæ sint cognita; tamen quia affectu fraterno me consulis,ex parte qua valeo, expediam:& de omnibus ecclesiæ gradibus quid ad quemque pertineat,eloquar. Ad ostiarium nanque pertinent claues ecclesiæ, vt claudat & aperiat templum dei,& omnia quæ sunt intus extraque custodiat: fideles recipiat,excommunicatos & infideles excipiat. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere,manusque super energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Ad acolytum pertinet præparatio luminariorum in sacrario.ipse cereum portat.ipse suggesta pro eucharistia subdiaconis præparat. Ad psalmistam pertinet officium canendi,scilicet dicere benedictiones,laudes,sacrificium,responsoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam. Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare:& ea quæ prophetæ vaticinarunt,populis prædicare . Ad subdiaconum pertinet calicem & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere,eisque ministrare : vrceolū quoque & [aquā manile[b],]& manutergiū tenere episcopo:presbyteris & leuitis pro lauādis ante altare manibus aquam præbere. Ad diaconū pertinet assistere sacerdotibus,& ministrare in omnibus quę agūtur in sacramētis Christi:in baptismo,siue in chrismate,& patena,& calice: oblationes quoque inferre & disponere in altari: componere etiā mēsam domini,atque vestire,crucē ferre,& prædicare euangeliū & apostolum ad populū.nam sicut lectoribus vetus testamentū, ita diaconis nouum prędicare pręceptū est.ad ipsum quoque pertinet officium precum,& recitatio nominū.ipse præmonet autes habere ad deum,ipse hortatur clamare, ipse donat pacē, ipse

a Cordubensem episcopum. Iuo. mag.par.6. Iuo Carn.lib.3.de officijs ordinandorū.

b aquiminale, legendum.

M.E.C.D. 2017

ipſe annunciat. Ad presbyterum pertinet ſacrificium corporis & ſanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona dei. Ad epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, vnctio altaris, & [a] conſecratio chriſmatis: ipſe prædicta officia & ordines eccleſiaſticos diſtribuit, ipſe ſacras virgines benedicit: & dum præceſſerit vnuſquiſque in ſingulis ordinibus, iſte tamen eſt præordinator in cunctis. Hi ſunt ordines & miniſteria clericorum: quæ tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura, primicerij & theſaurarij ſolicitudine diuiduntur.

[a] al. confectio.

Archidiaconus enim imperat ſubdiaconis & leuitis, ad quẽ iſta pertinent miniſteria: ordinatio veſtiendi altaris à leuitis, cura incenſi, & ſacrificij neceſſaria ſolicitudo: quis leuitarum ad populum euangelium legat, quis preces dicat, ſeu reſponſoria in dominicis diebus aut ſolennitatibus decantet? Solicitudo quoque paroeciarum & ordinatio, & iurgia ad eiuſdem pertinent curam: pro reparandis diœceſanis baſilicis ipſe ſuggerit ſacerdoti: ipſe inquirit paroecias cum iuſſione epiſcopi, & ornamenta & res baſilicarum, & paroeciarum geſta & libertatum eccleſiaſticarum epiſcopo idem refert: collectam pecuniam de communione ipſe accipit, & epiſcopo defert, & clericis proprias partes idem diſtribuit. Ab archidiacono nuncian tur epiſcopo exceſſus diaconorum: ipſe denunciat ſacerdoti in ſacrario ieiuniorum dies atque ſolennitatum, & ab ipſo publicè in eccleſia prædicantur. quando verò archidiaconus abſens eſt, vicem eius diaconus ſequẽs adimpſet. [b] Archipresbyter verò ſe eſſe ſub archidiacono, eiuſque præceptis ſicut epiſcopi ſui ſciat ſe obedire: & (quod ſpecialiter ad eius miniſteriũ pertinet) ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſſiduè in eccleſia ſtare: & quando epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe vice eius miſſarum ſolennia celebret, & collectas dicat, vel cui ipſe iniũxerit. ‖ Ad primicerium pertinent acolyti, exorciſtæ, pſalmiſtæ, atque lectores: ſignum quoque dandum pro officio clericorum, pro vitæ honeſtate: & officiũ cantandi, & peragendi ſolicitè, lectiones, pſalmum, laudes, reſponſoria officiorum quis clericorũ dicere debeat. Ordo quoque & modus canendi in choro pro ſolennitate & tempore. Ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiã neceſſarium fuerit pro reparatione baſilicarum quæ ſunt in vrbe, ipſe denunciat ſacerdoti. epiſtolas epiſcopi pro diebus ieiuniorum paroecianis per oſtiarios ipſe dirigat. Clericos quos delinquere cognoſcit, ipſe diſtringat: quos verò emẽdare non valet, eorum exceſſus ad agnitionem epiſcopi deferat: baſilicanos ipſe conſtituat, & matriculam ipſe diſponat. Quando autem primicerius abſens eſt, ea quæ dicta ſunt, ipſe exquirat

[b] deſunt apud Iuonem.

M.E.C.D. 2017

rat qui ei aut lege est proximus aut eruditione. Ad thesaurarium pertinet ostiarij basilicarum ordinatio, incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, præparatio luminariorum in sacrario & sacrificijs.

„ Ex hac epistola liquet quid cuiusque officij sit. Est etiam alia
„ distinctio episcoporum, presbyterorum, diaconorum: quam
„ fecit Clemens in epistola sua, ita dicens.

2. part. verba Gratiani.

Quid ab episcopis, quid à presbyteris, quid à diaconis audire oportet.

Epist. 3. ad omnes Christianos.

3 AVdire episcopum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ à presbyteris inquirere: à diaconis verò ordinem disciplinæ. Sacerdos quoque vtrumque humerum orario ambit. Diaconus verò sinistrum tantum, vt ad ministerium expeditius discurrat.

VNDE in concilio Tolet. cap. ij.

* *Ca. 39. concil. Tolet. tani 4. id habetur.*

Quare leuita vnum tantum humerum orario ambit.

4 VNum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero: propter quod orat, id est, prædicat. Dexterã autem partem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotale recurrat.

3. part. Verba Gratiani.

Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes, qui
„ ex quibus ordinibus in quem gradum conscendere possint: qui
„ post lapsum valeant reparari, vel qui non: quibus culpis à pro-
„ prio gradu mereantur deiici: quo accusante: quibus testifican-
„ tibus possint conuinci: cuius sententia sint absoluendi vel dam
„ nandi: breuiter considerem us. Ac primum à pontificali gradu
„ incipientes: qualem oporteat eum esse qui in episcopum est
„ ordinandus, diligenter inuestigemus, Apostoli regulam secuti
„ quã in huiusmodi re Timotheo & Tito scribit, dicens: Opor-
„ tet episcopum irreprehensibilem esse[a], id est, non obnoxiũ re-
„ prehensioni. Hoc ad Timotheũ 3. Ad Titum autem 1. Opor-
„ tet episcopum sine crimine esse[b]. Quod (vt Hieron. scribit ad
„ Oceanum[c]) idem est. Nomine autem criminis quodlibet pec
„ catum intelligitur. vnde in eadem epistol. Hieronymus dicit:
„ Res contra naturam penè est, vt sine peccato aliquis sit: sed ta-
„ lis eligatur cuius comparatione cæteri grex dicantur.
„ In epistola verò ad Titum crimen vocatur criminale pecca-
„ tum, vel criminalis infamia. vnde ibi legitur, crimen est quere-
„ la, id est peccatum accusatione & damnatione dignũ. Quod
„ autẽ sine crimine iubetur esse qui in ipsum eligetur: non ante
„ baptisma, sed post baptismũ intelligendum est: vt à tempore
„ videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mẽtem eius
„ remordeat. Vnde Hieron. scribit in eadem epistola ad Titum,
Criminis appellatio aliàs latè patet, complectens omne pec-
catum, quod ex deliberatione procedit.

Ordinandus in episcopum sit irreprehensibilis.

a ἀνεπίλημπτον.
b ἀνέγκλητον.
c To. 2.

Ex August. tra. 40. ad cap. Ioan. 8. Hieron. in commentarijs epist. ad Titum.

Verba Gratiani.

M.E.C.D. 2017

Beda in comment. ad 5. ca. Iacobi.

Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi: Peccata quæ ex ignorantia vel infirmitate humana committũtur, dicit & præcipit alterutrum confiteri; quia facilè dimittuntur: quæcunque verò fiunt ex deliberatione, non niſi per pœnitentiam. Hinc etiam

Aug. ca. 8. de vera & falſa pœnit.

Auguſt. ait: Nullum peccatum eſt adeò veniale, quod nõ fiat criminale dum placet. Aliàs ea demum ſignificat, quæ ſemel commiſſa ad damnationem ſufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt: quæ niſi ſæpius reiterata, & in conſuetudinem fuerint deducta, quamuis grauent poſt mortem, non tamen æternaliter perdunt, quia etſi quadam ratione crimina appellentur, tamen mortifera & capitalia non ſunt. Vnde Aug. in

Auguſt ſerm. 4. de animabus defunctorum. ſiue 41. de ſanctis.

homil. de igne purgatorio exponẽs verba Apoſtoli, ait: Si quis ſuper hoc fundamentum ædificauerit ligna, fœnum & ſtipulam, &c. Multi ſunt qui lectionem iſtam malè intelligentes, falſa ſecuritate decipiuntur, dum credunt quòd ſi ſuper fundamentum Chriſti capitalia crimina ædificant, peccata ipſa per ignem trãſitorium poſſint purgari: & ipſi poſtea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iſte, fratres chariſſimi, corrigẽdus eſt: quia ipſi ſe ſeducunt, qui ſibi ſic blandiuntur. Illo enim tranſitorio igne de quo dicit Apoſtolus: Ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignẽ: non capitalia, ſed minuta peccata purgantur: de quibus etſi non omnia, vel aliqua commemoráda ſunt: ne aliquis inaniter excuſare ſe conetur, & dicat ſe neſcire quæ ſunt minuta peccata, & quæ criminalia. Et quanuis Apoſtolus plura capitalia commemorauerit, nos tamen (ne deſperationẽ facere videamur) breuiter dicamus quæ illa ſunt, ſacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falſum teſtimonium, rapina, furtum, ſuperbia, inuidia, auaritia, & ſi longo tempore teneatur, iracundia, & ebrietas ſi aſſidua ſit, in eorum numerum computantur. Quicunque enim aliquod de iſtis peccatis in ſe dominari cognouerit, & non ſeipſum dignè emendauerit: & ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam non egerit, & largas eleemoſynas non erogauerit, & à peccatis ipſis non abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo Apoſtolus ait, purgari non poterit: ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſunt minuta, licet omnibus nota ſint, tamen quia longum eſt vt omnia replicentur, opus eſt vt ex eis vel aliqua nominemus: Quotiens aliquis in cibo, aut in potu plus accipit quàm neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere: quotiens plus loquitur quàm oportet: plus tacet quàm expedit; quotiens pauperes importunè petentes exaſperat: quotiens cùm ſit ſanus corpore, aliis ieiunantibus prandere voluerit: aut ſomno deditus, tardius ad eccleſiam ſurgit: quotiens excepto filiorum deſiderio vxorem ſuam cognouerit: quotiẽs in carcere poſitos tardius requiſiuerit, & infirmos tardius viſitauerit.

tauerit. Si discordes ad cōcordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut seruum exasperauerit quàm oportet. Si amplius blanditus fuerit quàm oportet. Si vnicuique maiori personæ aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit. Si (pauperibus esurientibus) nimium delicioſa vel sumptuoſa conuiuia præparauerit. Si se aut in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis ociosis (de quibus in die iudicij ratio reddenda est) occupauerit. Si dum incautè iuramus, & cùm hoc per aliquam necessitatem implere non potetimus, vtique periuramus, & cum omni facilitate vel temeritate maledicimus, quoniam scriptum est: Neque maledici regnum dei possidebunt. 1. Corinth. 6. b

ITEM Gregorius.

Quæ sunt venialia peccata quæ post hanc vitam purgantur. 4

QValis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit vel repræsentabitur: sed tamen de quibusdam culpis esse ante iudicium purgationis ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit: Quia si quis in spiritum sanctum blasphemias dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. Matth. 12. in qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in futuro posse relaxari. Quod autem de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus & ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix sine culpa, vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant sciunt: quæ etiam post mortem grauant, si adhuc in vita positis minimè in morte fuerint relaxata.

ITEM Augustinus in libro de vera & falsa pœnitentia, cap. xviij.

De eodem. 5 *Palea.*

QVi in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic ignis etsi non sit æternus, miro tamē modo grauis est. superat enim omnem pœnam quam vnquam passus est aliquis in hac vita, vel pati potest. Aliàs autē ea tantū delicta significat, quorum est perpetua infamia. Vnde illud Hieron. Primum itaque sine crimine, &c.

VNDE Hieron. scribit in eadem epist. ad Titum. *In commentar. ad cap. 1. tom. 9.*

A die baptismi sine crimine debet inueniri qui in episcopum est ordinandus. 6

PRimum [a] itaque sine crimine iubetur esse episcopus, quod alio verbo ad Timotheum irreprehensibilem nominatum puto: non quòd eo tantum tempore quo est ordinādus, sit sine vllo crimine, & præteritas maculas noua cōuersatione diluerit: sed quòd ex eo tēpore quo in Christū renatus est, nulla peccati cōscientia mordeatur. Quomodo enim potest præses ec- [a] quidem,

M.E.C.D. 2017

cleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delictū ſimile corruit? aut qua libertate peccantem corripere poteſt, cùm tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadem ſe admiſiſſe quæ corripit?

Verba Gratiani. Ecce qui ordinandus eſt in epiſcopum: non ſolum tempore ſuæ ordinationis, ſed etiam omni tempore poſt baptiſma à crimine immunis debet eſſe.

VERSVS.

Hîc bigamum nullum ſacrandum te volo ſcire.

ORDINANDVS IN EPISCOPVM SIT VNIVS VXORIS VIR. DISTINCTIO XXVI.

Confer hanc diſt. cum diſt. 33. infr. Iunge 28. q. 3. infra e

Verba Gratiani. *De vnius vxoris viro.*

SEquitur in vtraque epiſtola [Vnius vxoris virum] poſt baptiſma videlicet, non ante baptiſmum.

VNDE Hieronymus ſcribit ad Oceanum.

Poſt baptiſmū debet eſſe monogamus, qui in epiſcopū eſt ordinandus. 2

VNius vxoris virum, id eſt, monogamum poſt baptiſmum. ſi enim & antè coniugem habuerit quæ obierit, non imputetur ei: cui prorſus nouo homini nec ſtupra, nec alia quæ antè fuerunt, iam obſunt.

Auguſt. c. 18. lib. de bono coniugali. to. 6. ad habet. AVGVST. verò contrà teſtatur ſcribens in epiſtola ad Titum.

Qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum aliam, ordinandus non eſt. 3

ACutius intelligunt, qui nec eum qui catechumenus vel paganus habuerit vnam ante baptiſmum, & poſt baptiſmum habuerit alteram, ordinandum cenſuerunt: quia de ſacramento agitur, non de peccato propter ſanctitatē ſacramenti. Sicut ſi fœmina catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt baptiſma inter dei virgines cōſecrari: ita non abſurdè viſum eſt digamū non peccaſſe, ſed normā ſacramēti amiſiſſe, non ad vitæ meritū, ſed ad ordinationis ſignaculū. Vnius vxoris vir epiſcopus, ſignificat ex omnibus gētibus vnitatem vni viro Chriſto ſubditam. Sicut duobus dominis ſeruire, ſic ab vno domino apoſtatare, atque in alterius ſuperſtitionem ire non licet.

Innoc. pap. primus in epiſt. 22. c. 52. ITEM Inno. Ruffo, & Euſebio, & cæteris epiſcopis Macedonibus.

In baptiſmate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur. 4

Ex mag. Iuone. a al. ponitur apud Iuonem. DEinde[a] opponitur non dici oportere digamum eum qui catechumenus habuerit & amiſerit vxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus: eamque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit: quia illud cōiugiū per baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit [b] ablatum. Quod cùm de vna vtique dicitur: certè ſi tres habuerit in veteri poſitus homine vxores: erit ei quæ poſt baptiſmū quarta eſt, ſic interpretātibus prima. virginis æquè nomen accipiet quæ quarto loco ducta eſt. Quis (oro) iſtud nō videat cōtra Apoſtoli eſſe præceptum, qui

b al. ablutum.

M.E.C.D. 2017

qui ait vnius vxoris virum oportere fieri sacerdotem? Sed ob- 1. Tim. 3. c
iicitur quòd in baptismo totū quicquid in veteri homine ge-
stum est, sit solutum. Dicite mihi (vt cum pace vestra loquar)
an crimina tantū dimittuntur in baptismo, an & illa quæ se-
cundum Dei præcepta ac Dei instituta complentur? Vxorem
ducere, crimen est, an non est crimen? si crimen est, ergo (vt cū
præfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui vt crimina
committerētur, in paradiso præcepit, cùm ipse eos benedixit.
si verò non est crimen: quia quod Deus instituit, nefas est cri
men appellari: & Salomon addidit: Etenim à Deo præpara- Prou. 19.
tur viro vxor, quomodo creditur inter crimina esse dimissum
quod Deo auctore legitur consummatum? Quid de talium
filiis censetur? nunquid non erunt admittendi in hæreditatis
consortium, qui ex ea suscepti sunt quæ ante baptismum fue-
rat vxor? eruntq; appellandi vel naturales, vel spurij: quia non
est legitimum matrimoniū nisi illud (vt vobis videtur) quod
post baptismum assumitur? Ipse Deus cùm interrogaretur à
Iudæis si liceret vxorem dimittere: atque exponeret fieri non
debere, addidit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. An Matth. 22. a
ne de his locutus esse credatur, qui post baptismum sortiun-
tur? Meminerint & hoc à Iudæis interrogatum, & etiam Iu-
dæis esse responsum. Quæro, & solicitus quæro, si vna ea-
demq; sit vxor eius qui ante catechumenus, postea si fidelis fi
lioq; ex ea cùm esset catechumenus susceperit: & postea alios
filios cū sit fidelis, vtrū sint fratres appellādi, an non habeant
postea defuncto patre [familiæ erciscundę] hæreditatis cōsor Inclusa desunt in
tiū, quibus filiorū nomē regeneratio spiritualis creditur abstu vet.
lisse. quod cū ita sentire absurdum est: quæ ratio est hoc defen
di, & vacua magis opiniōe iactari, quàm aliqua auctoritate ro
borari, cū nō possit inter peccata deputari quòd lex præcepit,
& [a] Deus adiunxit [b]. Nunquid si catechumenus virtutibus a quod
studuit, humilitatē secutus est, patiētiam tenuit, eleemosynas b & lex iungit
fecit, morti destinatos qualiber ratione eripuit, adulteria ex-
horruit, castitatem tenuit: quæro si hæc omnia cùm factus
fuerit fidelis amittit, quia per baptismum totum quod vetus
homo gesserat, putatur auferri? Aspicias gentilem hominem Act. 10. a
Cornelium orationibus atque eleemosynis vacantem, ange-
lum audientem per reuelationem, ipsumque Petrum viden-
tem: nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt propter quę
ei baptismus videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi cre-
dite, non modicum erratur: quia quicquid bene gestum fue-
rit, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest fa-
cientibus deperire. Nuptiarum ergo copula quia Dei mādato
perficitur, non potest dici peccatum, & quod peccatum nō est,
solui inter peccata credi non debet. Eritq; integrum & salu-

M.E.C.D. 2017

tare existimare, aboleri nõ posse prioris nomen vxoris, cũ non sit dimissum pro peccato, quod ex Dei sit voluntate cõpletũ.

ITEM Ambrosius in libro de Officiis .j. cap. vlt.

Digamus reputatur qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum aliam. 5

VNa tantũ nec repetita nobis copula permittitur: & in ipso coniugio lex est non iterare coniugium, nec secundæ coniugis sortiri coniunctionẽ. Quod plerisq; mirũ videtur: cùm etiã ante baptisma iterata cõiugia electioni muneris & prærogatiuæ ordinationis impedimẽta generẽt [a]: & cùm etiã delicta obesse nõ soleãt, si lauacri remissa fuerĩt sacramẽto. Sed intelligere debem[9] quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri nõ potest: in cõiugio nõ culpa, sed lex est. Quod culpę est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest esse hortator viduitatis, qui & ipse coniugia frequentauerit? Ioannes baptista dũ Herodẽ ab incestu prohiberet dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui: euidenter ostendit inter infideles coniugia esse.

[a] al. generentur

Luc. 3. d
Matth. 14. a

Verba Gratia.

Vnde datur intelligi quòd digami dicuntur non solũ qui „
post baptisma coniugia frequentant, sed etiam qui ante ba- „
ptismum vnam, & post baptismum alteram habuisse proban „
tur. Digamus verò in sacerdotem ordinari non debet, nõ quia „
deliquerit secundam accipiendo vxorem, sed quia prærogati- „
tiua exutus est sacerdotis. „

VNDE Amb. in epist. 82. li. 10. ad Versellẽsem eccleſiã ait.

Non peccat digamus, sed prærogatiua sacerdotij exuitur. 6

QVi sine crimine vnius vxoris est vir, tenetur ad legem sacerdotij susscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium; culpam quidem nõ habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis.

VERSVS.

Nubere non vereas, scio quædam vota vetare.

EPISCOPI ET ORDINATI SACRIS, MATRIMONIO NON GAVDEANT. DISTINCTIO XXVII. 1

Verba Gratiani.

Ca. 39. libri Martini episcopi Bracha. ex synodis Græcorũ.

QVòd autem vnius vxoris vir episcopus iubetur eligi: „
quæritur an de tempore ordinationis hoc sit accipien „
dum, vt tẽpore suæ administrationis eius possit copu- „
la fungi, quam vnicam & virginem sibi desponsauit. „

Hoc Martinus papa † * prohibet dicens.

† * *Papam intelligas hic episcopum vt apud Sidonium Apollinarem omnes Galliarum episcopi appellantur papæ. sedit autem hic Martinus episcopus Braccarẽsis ciuitatis Hispaniæ circa annum Christi 625. ante Isidorum scilicet qui eius exceptiones collegit in corpore canonum.*

Non

M.E.C.D. 2017

Non ordinetur diaconus nisi castitatem fuerit professus. 2

DIaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit se in castitate non posse manere, hic non ordinetur. Quòd si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit: sit alienus à ministerio, & vacet à clero.

Hac auctoritate datur intelligi quòd illi qui vxores habẽt, vel accipere volunt: nec diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profiteantur. Si verò diaconus à ministerio cessare voluerit, contracto matrimonio licitè potest vti. nam etsi in ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est vis in sacramento coniugij, quòd nec ex violatione voti potest dissolui ipsum coniugium. Verba Gratiani.

VNDE Augustinus in libro de bono cõiugali ad Iulianũ. Ca. 10. de bono vid. ad Iulianum. 2. pars

Nubentes post votum non sunt ab inuicem separandi. 3

QVidam nubentes post votum asserunt adulteros esse, ego autem dico vobis quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt.

ITEM Theodorus in pœnitentiali. a

De eodem. 4

SI vir [simplex] votum virginitatis habens adiungitur vxori, postea non dimittat vxorem, sed tribus annis pœniteat. a hunc lib. semel vidisse memini manuscriptum: quo tempore autem fuerit hic Theo. ambigitur. crediderim potius eum circa ann. 670. fuisse.

HIERONYMVS verò econtra scribit.

Damnabile est vouentibus velle nubere. 5

VOuentibus virginitatem, non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est. Aug. id habet. c. 9. de bono viduitatis.

IDEM contra Iouinianum.

Damnationem habebit si nupserit, qui virginitatem vouit. 6

SI nupserit virgo non peccat, non illa virgo quæ semet cultui diuino dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Hiero. lib. 1. contra Iouinia.

ITEM Nicolaus papa ad Albinum Vienen. eccles. archiepiscopum.

Quæ sanctimonialem se esse finxerat, nubere non valet. 7

QVod interrogasti de fœmina quæ post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimonialem esse, postea verò ad nuptias rediit, bonum mihi videtur: quia per hypocrisim ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitimè in voto suo permansit, vt pœnitentiam agat de illusione nefanda, & reuertatur ad id quod spopondit, & in sacro ministerio permaneat quod inchoauit. Iuo Carn. li. 3. de virgin. vid. & abbas. idi refert.

Palea. 8

NAm si consenserimus quòd omnia sacramẽta ecclesiastica quisq; prout vult fingat, & non verè faciat: omnis ordo ex eodem continuo,

ecclę-

M.E.C.D. 2017

ecclesiasticus turbabitur, nec catholicæ fidei iura consistunt, nec canones sacri ritè obseruãtur. Quid enim profuit Simoni magο baptismum sacrũ fictè susc ipere, & in Christianitate se permansurum finxisse, cùm per apostolũ fraude eius detecta, quòd sibi futurũ esset pronunciatum fuit? Ait enim: Pecunia tua tecum sit in perditionem. cor enim tuũ nõ est rectum coram Deo. pœnitentiam itaq; age de hac iniquitate tua. & roga Deũ vt fortè remittantur tibi cogitationes cordis tui. in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Ideo tales nisi resipiscant, spiritali gladio percutere censemus. Non enim fas est spiritui sancto mentiri, sicut Ananias & Sapphira mentiti sunt, & statim perierunt.

Actum 8.

Actum 5.

ITEM Calixtus papa. *

Secundus (vt Quintino videtur) qui sedit anno 1120.

In sacris ordinibus constituti non ducant vxores, & si duxerint, separentur. 9

PResbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus, contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitẽtiam redigi debere iuxta sacrorum canonum diffinitionem iudicamus.

Verba Gratiani.

Hic distinguendum est quòd vouentium alij sunt simpliciter vouentes, de quibus Aug. & Theodorus locuti sunt. alij sunt quibus post votum benedictio accedit cõsecrationis vel propositum religionis, de quibus Hieronymus & Nico. & Calixtus scripserunt. „

VNDE idem contra eundem Iouinianum Hierony. lib. j. scribens ait. „

Incestæ sunt virgines, quæ post consecrationem nubunt. 10

VIrgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ.

VERSVS.

Hicque sacratorum volo coniugium reprobare.

ORDINANDI SACRIS CONTINENTIAM PROFITEANTVR. DISTIN. XXVIII. I

Verba Gratiani.

ECce ostensum est breuiter quòd nolentes vouere continentiam, nec ad subdiaconatum nec ad superiores gradus conscendere possunt. Vnde ad subdiaconatum accedentes non sine voto castitatis iubentur admitti, auctoritate beati Gregorij, qui scribens Petro subdiacono epistola 42. libr. 1. ait. „

Non fiat subdiaconus, qui se castè victurum non promittit. 2

NVllum facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit: quia nullus ad ministerium alta-

M.E.C.D. 2017

altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

ITEM Innoc. secundus.

Subdiaconus & supra constituti incontinẽtes, vxorem aut concubinam ducentes, ecclesiastico beneficio & officio careant. 3

Tuo Carn. li. 8. de libris eccles. id refert. Ex cap. 5. Synodi cuiusdam Ro. habitæ sub Innocen. 2. circa annum Chr. 1131. Quintinus.

DEcernimus vt hic qui in ordine subdiaconatus & supra vxores duxerint, aut concubinas habuerint: officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cùm enim ipsi templum & vasa domini, & sacrarium spiritus sancti debeant esse & dici: indignum est eos cubilibus & immunditiis deseruire.

ITEM ex concil. Toleta. iv. [a]

Cast è se victuros promittant in diaconos vel presbyteros ordinandi. 4

Cap. 26. conc. Tolet. quarti.

a sub Honorio papa anno Chri. 630.

QVando presbyteri & diaconi per parœcias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, vt castè & purè viuant sub timore Dei: vt dum eos talis professio obligat, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

ITEM Gregorius nobilibus ciuibus Neapolitan.

epist. 40. lib. 8.

Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet. 5

PRiusquam ad nos [a] scripta vestra discurrisset *, Ioannẽ diaconum qui ab altera parte electus est, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Vnde si rationem voluissent attẽdere, nec illi [b] eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione audet ad episcopatum accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filia teste conuincitur non habere?

3. pars.
a scripta
* recurrerent
b al. alii. recte

ITEM ex concil. Toleta. ij.

cap. 1. concil. 2. circa annum Chri. 530. 4. pars.

Ad subdiaconatum accessuri continentiam profiteantur. 6

DE his quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatus officio mãcipauerit, id statuimus obseruandum, vt mox detonsi, vel ministerio lectorũ traditi, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia á præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauũdecimum ætatis suæ compleuerint annũ, coram totius cleri plebisq; cõspectu voluntas eorũ de expetẽdo coniugio ab episcopo perscrutetur: quib⁹ si gratia castitatis Deo inspirãte placuerit, & promissionẽ castimoniæ suæ absq; coniugali necessitate sese spoponderint seruaturos, hi tanquã appetitores arctissimæ viæ, leuissimo domini iugo subdãtur, ac primũ subdiaconi ministeriũ habita probatione professionis suæ à vicesimo anno suscipiant. Quòd si inculpabiliter ac inoffense xx. & v. annũ peregerint, ad diaconi officiũ (si adimplere id posse ab episcopo probãtur) promoueri debẽt. Cauendũ est tamẽ his ne quãdo suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos cõcubitus vltro cõcurrãt: quod si fortè fecerint, vt sacrilegij rei ab ecclesia habeãtur extranei.

Quibus

M.E.C.D. 2017

Quibus autem voluntas propria interrogationis tẽpore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apost. [a] licentiam auferre non possumus: ita vt cùm prouectæ ætatis in coniugio positi renunciaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros ordines aspirent.

a sententiam.

ITEM ex concilio Arelaten. ij. [b]

In coniugio constitutus, ad sacerdotium assumi non debet. 7

ASsumi aliquem ad sacerdotium in coniugij vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conuersio.

b Circa ann. Chri. 326. sub Syluestro. Cap. 2 con. 2. habetur 5. pars. ca. 3. eius. conc. 2.

ITEM ex eodem. [c]

Non ordinentur diaconi, qui castitatem non profitentur.

PRæterea placuit vt deinceps non ordinentur diaconi coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem.

c secundo & tertio quod factum est anno 455.

Verú illa priori auctoritate diaconis videtur permitti coniugium, cùm ad sacerdotium tantum coniugati prohibentur assumi. Porrò in sequenti videtur permitti auctoritate subdiaconis, cum de diaconis specialiter præcipitur, vt sine probatione castitatis non ordinentur.

Verba Gratiani.

HOC idem in Ancyritana synodo videtur esse permissum, in qua sic statutum est. [d]

Diaconi non prohibeantur à ministerio pro nuptiis, si in ordinatione dicunt se continere non posse. 8

DIaconi quicunque quũ ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes se velle habere vxores, nec posse se continere, hi si postea ad nuptias peruenerint, maneant in ministerio: propterea quòd his episcopus licentiam dederit. Quicunque sanè tacuerint, & susceperint manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias peruenerint, à ministerio cessare debebunt.

d circá ann. 300.

Ca. 10. iuxta secundã translationem.

ITEM ex concilio Neocæsarien. [e]

Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. 9

PResbyter si vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit: extra ecclesiam abiici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet.

e anno 300. cap. 1.

8. pars.

ITEM Gregorius.

De eo qui relictam cuiusdam diaconi duxit vxorem. 10

QVia sunt culpæ in quibus culpa est relaxare vindictam, quærenda est semper veritas: vt inquiri debeat vtrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos [f] Faustinum defensorem vltionem exercere in Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo quòd (quantum dicitur) relictã cuiusdam diaconi tempore quo conductor fuit, marito tradiderit: sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicẽs nec eam virginem

epi. 59. li. 12. ad Iohã. epis. Panormitanum.

f Faustinum. 7. pars.

ad

M.E.C.D. 2017

ad eum peruenisse, denique nec religiosam mutasse vestem, postquam ille in ordine sacro promotus est: adiiciens etiam priusquam ad diaconum peruenisset,& postea praua illã mulierem opinione vixisse: ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei (sicut decet) timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquiras: & si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur, fuisse constiterit: suprascriptus lator memorato defensori & rectori patrimonij ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione hi qui malè sociati sunt, disiungantur. Si verò in eius coniugio non fuerit, memoratum † Faustinũ ex nostro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præsumat, nec falsa illum accusatio in aliquo prægrauet.

† Fantinum.

ca. 15. con. 1. Aurel. c. 15.

ITEM ex concilio Aurelianen. [a]

De vxore presbyteri vel diaconi si alij se coniunxerit. 11

SI se cuiquam mulier presbyteri vel diaconi relicta duplici coniugio coniũxerit, aut castitate fruantur, aut separentur: aut certè si in criminis intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

a circa annum Ch. 510. sub Clodoueo Rege Franc.

ITEM ex concilio Martini papæ. *De eodem.* 12

SI qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaconi maritũ acceperit, nullus clericus, nulla religiosa persona cum ea conuiuium præsumat: nunquam communicet. morienti tamen ei sacramẽta subueniãt. ITEM Pelagius [b] Cethego Patricio.

cap. 29. libro Mart. epi. Brac. de synodis Greco.

b secundũ intelligo

Cuiusdam episcopi ordinatio differtur, quia vxorem habet & filios. 13

DE Syracusanæ vrbis antistite optaueramus in ipso initio gloriæ vestræ desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis tẽporibus ordinationem differre sacerdotij coegisset; ob hoc autẽ, quòd vel personæ qualitas (sicut & vos melius nostis) vel superstes vxor aut filij (per quos ecclesiastica solet periclitari substãtia) nostros animos diutius ab eius ordinatione suspẽderet: quãtum ad cautelã humanam pertinet, integro penè anno distulimus, opinãtes quòd in melius Syracusanorũ prouenire posset electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irreuocabiliter perstiterũt, & nullus est alius in eadem repertus ecclesia, nisi lõgioribus adhuc tẽporum differretur spatiis: ne paulò amplius insanirent (sicut filij vestri magnifici prætoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud cõsultius iudicauimus faciendum, vt cõgrua prouidẽtia causam propter quam principalis constitutio [c] habentẽ filios & vxorẽ ad episcopatus ordinẽ promoueri prohibet, salua dispositione cõcilij muniremus. Qua de re summo studio ab eodẽ Syracusanæ vrbis episcopo priusquã à nobis in episcopum cõtingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur quantula esset præsen-

8. part.

c Id est lex Græca Iustiniani Imperatoris quæ his annis in Lugdunensis codicis initio, quamuis mutila restituta est. ad Arelat. P.

tis

M.E.C.D. 2017

qui nominatim prohibet iustitia. eñ eligi in episcopum qui filios habeat. Idemq; repetit in nouell. vi. vbi plura super hoc argumẽto adnotaui. Contius.

tis temporis habita rerum descriptione substantiam: & nihil vnquam per se aut per filios & vxorem siue quãlibet propinquam aut domesticam vel extraneã fortè personam de rebus audeat vsurpare ecclesiæ: & vniuersa sui episcopatus quæsita tempore, ecclesiæ suæ dominio sociaret: nihil vltra id quod modo descriptum est, filiis suis vel hæredibus relicturus.

Verba Gratia.

Ecce hac auctoritate electus in episcopum non prohibetur habere vxorem, & filios. Eligi autem ad episcopatum non debet nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus verò non nisi necessitate cogente. Siue ergo presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit: apparet quòd in præfatis ordinibus constituti licitè matrimonio vti possunt. Quia ergo auctoritate Grego. qui relictam diaconi vxorem marito tradidit, puniendus est. Item in Neocæsarien. concil. Presbyter ducens vxorem, non diaconus iubetur deponi. Item in Ancyritana synodo. Diaconi qui in ordinatione sua dicunt se velle habere vxores: si postea ad nuptias venerint, non prohibentur à ministerio. Patet quòd nec diaconi nec subdiaconi sunt prohibendi à coniugio.

Sed quod de electione obiicitur, verum quidem est in episcopatum non eligendum esse nisi in sacris ordinibus constitutum: sed ipsum vxorem habere & filios, non repugnat præmissis auctoritatibus de continentia clericorum. In laicali enim habitu vel in minoribus ordinibus cõstitutus potuit habere vxorem & filios: sed si postea ex consensu vxoris continentiam professus, subdiaconatum vel diaconatum vel presbyterij gradum adeptus fuerat: attamen vxori & filiis ipsum necessaria ministrare oportebat. Illud autem Gregorij duobus modis soluitur: vel quia ecclesia illa cui diaconus ille militauerat, nondum continentiæ votum susceperat in diaconis & reliquis ministris. Vel quia (sicut de electo in episcopum suprascriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. Illud autem Neocæsariensis concilii, & Ancyritanæ synodi: vel ex tempore vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco, quia vtraque synodus orientalis est: & orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium defuncta priori vxore cum qua sacerdos factus fuerat: si alteram duxerit, deponatur.

Canone 6.

ITEM opponitur illud quod legitur in canone apostolorũ.

Presbyter causa religionis non contemnat propriam vxorem. 14.

SI quis docuerit sacerdotẽ sub obtentu religionis propriam vxorem contemnere: anathema sit.

9. pars.

ITEM ex concilio Gangrensi.

Anathema

M.E.C.D. 2017

Anathema sit qui presbyterum coniugatum discernit à communione nuptiarum occasione. 15

Cap. 4. cone. Gangren. Syluestri tempore circa annũ cccxxx.

SI quis discernit presbyterũ coniugatum tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideo abstinet: anathema sit. ITEM ex vj. [a] synodo.

a 26. synod. in Trullo.

Ab officio abstineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. 16

10. pars.

PResbyterum non legalibus nuptiis detẽtum, cathedrã quidẽ habere, sed ab officio abstinere prẽcipimus. sufficit enim huiusmodi indulgẽtia ei: quia benedicere alijs eũ qui vulnera sua debet curare, consequens non est. benedictio enim, sanctificationis traditio est. qui vero hãc nõ habet propter delictum ignorantiæ, quomodo alijs tradet? Non [b] enim publicè neque [c] priuatè benedicat. nec corpus domini dispenset alijs, nec alio modo ministret: sed sufficiat ei ꝙ præsidet: & imploret à Deo vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ suę. Manifestum est autem ꝙ & huiusmodi non legitimæ nuptię soluantur: & nullatenus vir accessum habeat ad eam propter quam sacro ministerio priuatus est. ITEM Nicolaus ad consulta Bulgarorũ.

b Igitur, videtur legend.
c leg. priuatim.

De presbyteris non est laicis iudicandum. 17

Inn. Cam. lib. 5. de cle. sol. id refert.

CONsulendum decernitis vtrum presbyterum habentẽ vxorem debeatis sustentare & honorare: an à vobis proijcere. In quo respondemus quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamẽ deum conuenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. deijcere enim à vobis ideo nõ deberis: quoniam nec Iudam dominus (cum esset falsus discipulus) à numero discipulorum eiecit. verum & de presbyteris vobis qui laici estis nec iudicandum est, nec de vita eorum quicquam inuestigandum, sed episcoporum iudicio quicquid id sit, est reseruandum. VERSVS.

Hic loca personam tempus causamque notare.

MVLTA EX CIRCVNSTANTIIS DICTA CONSIDERANTVR.

DISTINCTIO XXIX. 1

« SEd notandum est quòd secundum Isidorum pleraq; capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona considerandа sunt. AIT Isidorus.

Verba Gratiani.

Ex tempore, loco, & persona, & causa regulæ canonum intelliguntur. 2

SCiendum est quòd pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore, considerandа sunt: quorum modi quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur: cum antè iudicant quàm intelligãt: ante inculpant quàm iterando lecta perquirant.

HINC etiam Gregorius ait.

M.E.C.D. 2017

Pro diuersitate rerum temperantur regulæ sanctorum. 3

De prætmio epistola. REgulæ sanctorum patrum pro tempore, loco, & persona, & negocio instante necessitate traditæ sunt.

ITEM Hieron. in epistolam ad Ephesios.

Pro diuersitate locorum, temporum & hominum, scripturæ intelligendæ sunt. 4

NEcesse est vt iuxta diuersitates locorum, temporum & hominum quibus diuersæ scripturæ factæ sunt, diuersas causas & argumẽta & origines habeant. Quomodo beatus Ioannes in Apocalypsi sua, septẽ scribens ecclesijs, in vnaquaq; carum vel specialia vel vniuersalia vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & sanctus apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.

Apoc. 2.

VERSVS.

Esse tricena reos omnes monstrat Manicheos.

MVLTA EX CAVSA CONSTITVVNTVR.

DISTINCTIO XXX. 1

GRATIAN. ILlud autem quod in canone Apostolorum & in Gangrẽsi « concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa considerat̃ur « & ex tempore. Causa fuit hæresis Manichæorum, qui con « iugium detestabantur: sicut etiam quorundam superstitio mul « ta in catholicorum detestationem introduxisse inuenitur: con « tra quos in Gangrensi concilio cap. xvj. statutum legitur.

De multimoda superstitione hæreticorum, quos Gangrense concilium anathematizauit. 2

SI qui filij parentes maximè fideles deseruierint occasione dei cultus, hoc iustum esse iudicãtes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint: vt hoc ipsum in eis veneretur, quòd fideles sunt, anathema sint.

De eodem. 3

Ibid. c. 17. QVæcunque mulier religioni iudicans conuenire coniugium sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit. ITEM.

De eodem. 4

SI qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo cõiugali nuptias[a] contẽnendo: anathema sit. ITEM.

a condemnando. cap. 14. eiusdem conc. Gangren. c. 10. eiusdem.

De eodem. 5

SI quis propter Deum virginitatem professus, in cõiugio positos per arrogantiã vituperauerit: anathema sit. ITEM.

De eodem. 6

cap. 9. eiusdem. SI quis vel virginitatem vel continentiam professus in coniugio tanquam abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc

M.E.C.D. 2017

hoc solùm quòd continentiæ & virginitatis bonum sanctum propositum sit: anathema sit. ITEM.

De eodem. 7

SI qua mulier suo ꝓpposito vtile iudicãs vt virili veste vtatur, propter hoc virilẽ habitũ imitetur: anathema sit. ITEM. *Ibi. cap. 13.*

De eodem. 8

SI quis tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit in eiusdem diei contemptum: anathema sit. ITEM. *Cap. 18. sinf.*

De eodem. 9

SI quis eorum qui in proposito sunt continẽtiæ, propter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius ecclesiæ perfectã in sua conscientia iudicans rationem: anathema sit. ITEM. *Cap. 19. sinf.*

De eodem. 10

SI quis per superbiam tanquam perfectum se existimãs, conuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt: vel accusauerit: vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas: anathema sit. ITEM. *Ibi. cap. 20.*

De eodem. 11

SI quis docet domum dei contemptibilem debere esse, & cõgregationes quæ in ea fiunt: anathema sit. ITEM. *Cap. 5. eius. conc. Gangren.*

De eodem. 12

SI quis extra Ecclesiã priuatim populos congregãs contemnat ecclesiasticas sanctiones, & ecclesiam ipsam apud se sine concilio episcopi cũ presbytero agat: anathema sit. ITEM. *Cap. 6. eius.*

De eodem. 13

SI quis nuptias in accusationẽ duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam cum viro suo dormientem abominandã crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum dei ingredi, anathema sit. ITEM. *Cap. 1. eius.*

De eodem. 14

SI quis carnem manducantem ex fide cum religione præter sanguinem & idolo immolatam & suffocatam, crediderit condamnandum tanquam spem non habẽtem, qui eam manducat: anathema sit. ITEM. *Ibi. cap. 22.*

De eodem. 15

SI quis reliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & (quod pietatis est) necessaria non prębuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit: anathema sit. ITEM. *Cap. 15. eius.*

De eodem. 16

SI quis virorũ putauerit sancto proposito .i. cõtinentię conuenire vt pallio vtatur tanquã ex eo iustitiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios qui cum reuerentia birris vtũtur, *Cap. 12. eius.*

M.E.C.D. 2017

& alia veſte cõmuni quæ in vſu eſt: anathema ſit. ITEM.

De eodem. 17

2. pars. Ibi sup. 21.

HAec autem ſcripſimus non abſcindẽtes eos qui in eccleſia dei ſecundum ſcripturas propoſitum ſanctum continẽtiæ eligũt: ſed eos qui ſuſcipiũt habitũ eius, & in ſuperbiã efferuntur aduerſus eos qui ſimplicius viuũt. Et etiam eos condẽnamus qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas & eccleſiaſticos canones & noua introducunt præcepta. Nos autem etiã virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cũ caſtitate: & religionẽ Deo acceptiſſimam eſſe dicimus, & renuntiationes ſecularium negociorum atq; actuum cum humilitate approbãdo laudamus, & nuptiarũ vinculum quod ſecundum caſtitatem perdurat honoramus, & diuites cũ iuſtitia & operibus bonis non abijcimus. ITEM ex conci Martini papæ.

Ca. 57. libri Mar. api. Bracar. ex ſynodis Bracarum.

Anathematizatur qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. 18

SI quis presbyter vel diaconus propter publicam pœnitentiã à ſacerdote acceptam abſq; aliqua neceſſitate die dominica pro quadã religione ieiunauerit. ſicut Manichęi: anathema ſit.

Similiter & quod ab Apoſtolis traditus canon tenet antiquus, placuit vt per omnes dies dominicos & per omnes dies Paſchæ vſq; ad Pentecoſten nõ proſternãt ſe in oratione cauſa humilitatis: ſed recto vultu ad dñm orationis fungantur officio: quia in his diebus gaudiũ reſurrectionis dñi celebramus.

Ca. 59. ibidẽ.

Si quis etiã non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtinet, placuit ſancto concilio vt prægueſtet, & ſi ſic vult abſtinere, abſtineat. Si aũt aſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet: iſte non obediens nec ſuſpiciones hæreſis à ſe remouens deponatur de ordine clericatus.

VERSVS.

Prima tricena docet quid contineat ſacer ordo.

MVLTA EX TEMPORIS CIRCVNSTANTIA CONSTITVVNTVR.

DISTINCTIO XXXI. 1

Verba Gratiani.

TEmpus quoque, quia nondum erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent. «

VNDE Grego. ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ. «

Epiſt. 42. lib. 1.

Qui caſtitatem non promiſit, ab vxore ſua ſeparari non cogatur. 2

ANte trienniũ omniũ eccleſiarũ ſubdiaconi Siciliæ prohibiti fuerãt, vt more Roma. eccle. ſuis vxoribus nullatenus miſceãtur, quod mihi durũ atq; incompetens videtur, vt qui vſum cõtinentię non inuenit, neq; caſtitatẽ promiſit, cõpellatur à ſua vxore ſeparari, atque per hoc (quod abſit) in deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum facere ſubdiaconũ præſumãt, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit, quatenus & præterita mala quę propoſito

M.E.C.D. 2017

posito mentis appetita non sunt, violenter non exigãtur: & futura mala cautè caueantur. Qui verò post eandē prohibitionē quæ ante triennium facta est, continenter cum suis vxoribus vixerint, laudādi atq; remunerandi sunt, & vt in bono permaneant exhortandi. Eos autē qui post prohibitionē factā à suis se vxoribus continere noluerint, ad sacrū ordinē nolumus promoueri: quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

« Causa vero huius institutionis munditia fuit sacerdotalis: vt « liberè cunctis diebus vitæ suæ orationi possint vacare. Si enim « (vt Paulus ait) ab vxoribus est cessandum, vt expeditius ora- « tioni vacemus, ministris vtiq; altaris quibus quotidiana neces- « sitas orādi incūbit, nūquā cōiugali officio vacare permittitur.

Verba Gratiani. 2. pars. Ecclesiastici continentes esse debent.

VNDE Beda super Lucam ait.

Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. 3

SAcerdotibus (vt semper valeant altari assistere) semper ab vxoribus est abstinendum, semperque castitas obseruanda præcipitur. ITEM in concilio Carthagi. ij.

Ad ca. 1. in commē. Cap. 2.

Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oportet. 4

EPiscopos, presbyteros, & diaconos (ita vt placuit, & decet sacrosanctos antistites, aut sacerdotes, aut leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse decet in omnibus. ITEM Innocen. Victorino Rotho. episcopo.

Sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. 5

Inn. 1. pa. epist. 2. c. 9.

TEnere debet ecclesia vt omnimodo sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non misceantur, quia ministerij diuini quotidianis necessitatibus occupātur. Scriptū est enim: Sancti estote, quoniã ego sanctus sum dominus deus vester. Nã priscis temporibus anno vicis suæ de tēplo non discedebant: sicut de Zacharia legimus: nec domū suã omnino tangebāt, quibus vtiq; propter sobolis successionē vxoris vsus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu præterquam ex semine Aaron ad sacerdotiū nullis accedere permittebatur. quãto magis hi sacerdotes & leuitæ pudicitiã ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotiū, vel ministeriū sine successione est: nec præterit dies qua vel à sacrificiis diuinis vel à baptismatis officio vacēt.

Leuitic. 11. g.

Luce 1. a.

Palea. 6.

NAm sicut Paulus scribit ad Corinthios dicens: Abstinete vos ad tempus, vt expeditius vacetis orationi: & hoc vtique præcepit laicis: multo magis sacerdotibus, quibus orādi & sacrificandi iuge sacrificiū est: semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

Hæc palea deest in manuscripto Gratiano meo. Cōtius. *Ibi. continue. Inno.*

Inno. pap. epist. 3. c. 8. Lib. 1. Hieron.

ITEM Exuperio Tholosano Episcopo.

Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. 7

EOs ad sacrificia fas est admitti, qui vel cum vxore nō exer-

al. Nec eos.

M.E.C.D. 2017

ccant carnale officium. ITEM Hiero, cõtra Iouinianum.

Sacerdoti cui erit ſemper orandum, matrimonio ſemper eſt carendum. 8

SI laicus & quicũq; fidelis non poteſt orare niſi careat officio coniugali : ſacerdoti [a] ergo cui ſemper offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandum eſt: *ſi ſemper orandum*, ergo ſemper matrimonio carendum.

a vero

GRATIAN. Cap. 1. conc. Gangren.

QVOD autem Manichęorum cauſa de coniugio ſacerdotum illud ſupradictũ ſit, ex Gangrenſi cõcilio apparet in quo ſic ſtatutum legitur. ”

Anathema ſit, qui nuptias vituperat. 9

SI quis vituperat nuptias, & dormientẽ cum viro ſuo fidelẽ ac religioſam *mulierẽ* deteſtatur, aut culpabilẽ exiſtimat, velut quæ regnũ Dei introire nõ poſſit: anathema ſit. ITEM.

De eodem. 10

Cap. 9. inſ.

QVicunq; virginitatem cuſtodiens, aut continẽtię ſtudens, velut horreſcens nuptias, nec propter hoc quod bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit: anathema ſit.

4. pars.

Poteſt & aliter illud intelligi quod in canone apoſtolorum legitur, vt iſte ſit ſenſus capituli. Si quis docet ſacerdotẽ vxorem ſuam contemnere, non quam in ſacerdotio accepit, ſed quam ante ſacerdotium, dum adhuc eſſet laicus, vel in minoribus ordinibus conſtituꝛus, ſibi copulauit: cum qua continentiam profeſſus eſt cùm ad ſacros ordines conſcenderet: quam nullus debet contemnere, hoc eſt ab animo & cura ſua abijcere, quin ei neceſſaria prouideat: anathema ſit. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis papæ, qui ſcribens Ruſtico Narbonen. epiſcopo ait : ” ” ” ” ” ” ” ” ” ”

GRATIAN.

Epi. 90. cap. 3.

Miniſtris altaris cum epiſcopis & presbyteris eadẽ eſt lex cõtinentiæ. 11

LEx continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ epiſcopis aut presbyteris ; qui cũ eſſent laici ſiue lectores, licitè quidem & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. vnde vt iá de carnali fiat ſpirituale coniugiũ, oportet eos nec dimittere vxores: licet qui habent, ſic habere videãtur quaſi non habeant: quo & ſalua ſit caſtitas connubiorum, & ceſſent opera nuptiarum.

ITEM * Leo ix. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

Sedit anno Chriſti 1048. regnante Henrico Francorum rege. Iuo Carn. lib. 3. de con. cle. id refert.

Epiſcopus vel presbyter vxorẽ propriam à ſua cura non abijciat. 12

ONnino cõfitemur non licere epiſcopo, presbytero, diacono propriam vxorem cauſa religionis abijcere à cura ſua: ſed vt ei victum & veſtitũ largiatur: ſed non vt cum illa carnaliter ex more iaceat: ſicut & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe: beato Paulo apoſtolo dicente: Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & fratres

1. Cor. 9.

domi-

M.E.C.D. 2017

domini, & Cephas? Vide insipiens quia non dixit, nunquid non habemus potestatẽ sororẽ mulierem amplectendi, sed circunducendi, scilicet vt mercede prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamẽ deinceps vlterius foret carnale inter eos cõiugiũ.

" .Hinc & illud Grego. in Dialogo. lib. iiij. Presbyter quidam, " require infrà distin. seq. ca. presbyter. Vt igitur ex his auctoritatibus appareat, sacerdotes vxoribus quas in laicali habitu, " vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitimè copulauerunt, necessaria ministrare, & debita reddere non valent. GRATIAN. Greg. cap. 11. lib. 4. dia.

SED obijcitur illud tripertitæ historiæ cap. xiiij. *lib. ij. *Dissuasu Paphnucij Nicena synodus non constituit quòd presbyteri cum suis vxoribus non dormirent.* * qui locus est ex Sozomeno decerptus.

13

NIcena synodus volẽs corrigere hominum vitam in ecclesiis commorantium, posuit leges quas canones vocamus. in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi cum coniugibus quas ante consecrationẽ duxerũt, non dormirent. Surgens aũt Paphnucius confessor contradixit: honorabiles cõfessus nuptias, & castitatẽ dicẽs esse cum propria coniuge cõcubitum. Suasit itaq; concilio, ne talem poneret legẽ, grauem esse asserens causam, quæ aut ipsis aut eorũ cõiugalibus occasio fornicationis existeret; & hoc quidem Paphnucius (licet nuptiarũ esset inexpertus) exposuit, synodusq; laudauit sentẽtiam eius: & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusq; voluntate non necessitate permisit.

ITEM synodus sexta. *Cap. xiij. syn. 6. in Trullo.*

Non in perpetuum sed tempore oblationis à complexu suarum vxorum Sacerdotes abstineant. Iuo Carn. lib. 3. de con. ordinũ. id refert.

14

QVoniam in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt[a] diaconi vel presbyteri, confiteri quòd non suis iam copulẽtur vxoribus: *nos* antiquũ sequentes canonem apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorum virorũ, legales nuptias amodo valere volumus: nullo modo cũ vxoribus suis eorũ cõnubia dissoluẽtes, aut priuãtes eos familiaritate adinuicẽ in tẽpore oportuno. Quicũque ergo[b] diligens inuẽtus fuerit in subdiaconali ordinatione aut diaconali aut[c] sacerdotali, hi nullo modo ꝓhibeantur ad talẽ ascẽdere gradũ pro vxoris suę cohabitatione: nec etiã tẽpore ordinationis suæ ꝓfiteri castitatẽ cogãtur, ꝙ abstinere debeãt à legalis vxoris familiaritate. Item *post pauca. Sua cuiq; negocio tẽpestiuitas est & maximè ieiunio & orationi.* oportet eos qui altari ministrãt in tẽpore oblationis sanctorũ cõtinentes esse in omnibus, vt à Deo possint cõsequi quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præsumpserit contra apostolicos canones aliquos presbyterorum & diaconorũ priuare à contactu, & à communione le-

a legend. qui ordinandi sunt, ex Græco

b dignus

c presbyterali

M.E.C.D. 2017

ne legalis vxoris suę deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si vero in hoc permanserit, deponatur.

Verba Gratiani.

Hoc aũt ex loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia " (cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit) votum castita- "
Tertius circa annũ Christ. 770. tis in ministris altaris non suscepit. "

VNDE Stephanus papa ait:

Ino Carn. lib. 3. de eõ si. ordinandorum id refert.

Occidentalis non Orientalis ecclesia castitatis votum obtulit. 15

ALiter se Orientalium traditio habet ecclesiarum: aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. nam earum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi matrimonio copulantur; istius autem ecclesiæ vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

Verba Gratiani.

Similiter & capitulum Nicolai ex loco consideratur: quia " gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuersa propositum sa- "
cræ religionis ex integro assumere nondum didicerat. Quòd " autem in cap. vj. synodi presbyter non legitimis nuptiis detẽ- "
tus punitur: non legales nuptiæ, sed secundæ intelligendæ " sunt, à quibus auctoritate canonica sacerdos quilibet debet es- "
se immunis. Illud autem Gangrensis concilij, Si quis discernit presbyterum coniugatum, &c. similiter intelligendu est, " vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea esse appellatum, " quam ante tẽpus ordinationis suæ duxerat. Illud quoq; Martini papæ, Si subdiaconus secundam duxerit vxorem, nõ dissimiliter intelligendum est: primam enim vxorem ante subdiaconatum habere permittitur, qua defuncta vel castitatẽ profes- " sa promouetur iste ad subdiaconatum. promotus autẽ si secun- " das desiderauerit nuptias, sententiæ Martini papæ subiacebit. "

VERSVS.

Hæc subleuitam vult castam ducere vitam.

ECCLESIASTICI ETIAM SVBDIACONI CONTINENTES SINT.

DISTINCTIO XXXII. 1

Verba Gratiani.

SEruanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordi- "
nibus constitutis. VNDE Leo papa ait: "

Epist. 82. ad Anastasium episcopum.

Non etiam connubium subdiaconis conceditur. 2.

OMnium sacerdotum tam excellẽs est electio, vt hæc quæ in aliis membris ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. cùm enim extra clericorum ordinẽ cõstitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorũ studere sit liberũ, ad exhibendam tamen perfectę continentiæ puritatẽ, nec subdiaconis carnale connubium quidem conceditur, vt etiam qui habent, sint tanquã non habentes: & qui non habent, permaneãt singulares [& innupti.] quod si in hoc ordine qui quartus extat à capite, dignũ est custodiri: quãto magis in primo vel in secun-

L. deest.

M.E.C.D. 2017

secúdo tertióve seruãdum est? ne aut leuitico aut presbyterali honore, aut episcopali excellẽtia quisquã idoneus existimetur, qui se à voluptate *luxuriæ necdum refrenasse detegitur.

*legend. vxoria.

ITEM Gregorius Leoni episcopo Catinensi. Epist. 34. lib. 3.

Palea. 3

MVltorum relatione comperimus hanc apud vos consuetudinem olim tenuisse, vt subdiaconi suis licitè misceãtur vxoribus. quod ne denuò quisquam præsumeret, à seruo Dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri prædecessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore hi qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum de duobus eligerent, id est, aut à suis vxoribus abstinerent, aut certè ministrare nullo modo præsumerẽt: & quãtum dicitur, *Speciosus, tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in [a]obitum sui temporis notarij quidem gessit officium, & à ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. Et post aliqua[b]. De cætero verò fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc officium contigerit promoueri, hoc quãmaximè diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad similitudinem apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat. ITEM Gregorius August. Anglorum episcopo.

In meo manusc. notatur hoc caput in quibusdam exemplaribus haberi. Contius.

* est nomen proprium.

a *leg.* in obitus sui tempus.

b In ead. epist.

Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. 4

Cap. 2. ad secundã inter. Aug. respondens.

SI qui verò sunt clerici extra sacros ordines constituti qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere, quia & de eisdẽ à patribus nouimus scriptum, quòd diuidebãt singulis prout cuique opus erat. de eorum ergo stipendiis cogitãdum atque prouidẽdum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilẽt, & ab omnibus illicitis, & cor & linguam & corpus deo auctore conseruent.

Actor. 2. 8.

ITEM Nicolaus papa [c]Odoni Viennensi archiepiscopo.

Subdiacono vxorem ducere non licet. 5

c *al.* Othoni Colonienſi. ſed malim legere Adoni Viennenſi, &c. vt apud Iuonem p. 6.

DE illo clerico [d]Aluerico nomine quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatũ castum vixisse dicitis: cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur: eò quòd nulli vnquam (exceptis illis quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem habendi licentiam damus.

d *al.* Albino.

ITEM Nicolaus papa omnibus episcopis.

Non audiatur missa presbyteri, concubinam habentis. 6

2. pars. Iuo Carn. decretum Nic. Iunioris. & Alexand. li. 3. de lapsis refert vtrunque.

NVllus missam audiat presbyteri, quem scit concubinã indubitanter habere, aut subintroductam mulierem.

M.E.C.D. 2017

GRATIA. Vnde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excom. « municatione ſtatuit, dicens: Quicunque ſacerdotum & diaco « norum, &c. ſicut in ſubſequenti capitulo Alexandri ſecundi « continetur. ITEM Alexander ij. «

Non eſt audienda miſſa à presbytero qui concubinam habet. 7

PRæter hoc autē præcipiendo mandamus, vt nullus miſſam audiat presbyteri quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductā mulierem. vnde etiam ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excōmunicatione ſtatuit, dicēs: Quicunq; ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorum, poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſancti Leonis papæ, & Nicolai, de caſtitate clericorum concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate principum apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt miſſas non cantet, nec etiā euangelium legat, neque epiſtolam ad miſſam, neque in presbyterio cum his ad diuina officia qui præfatæ cōſtitutioni obediētes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſia ſuſcipiat. ¶ Præcipientes etiam ſtatuimus, vt hi prædictorū ordinum, qui eiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta eccleſias (ſicut oportet religioſos clericos) ſimul manducent & dormiant, & quicquid eis ab eccleſiis competit, hoc cōmuniter habeant. ¶ Deinde vt decimæ & primitiæ ſeu oblationes viuorum & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur à laicis, & vt ipſe in diſpoſitione epiſcoporum ſint: quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur.

3. *pars.*

GRATIAN. Verum principia harum auctoritatum contraire videntur « Hieronym. Auguſt. & cæteris, qui Chriſti ſacramenta neque « in bono neque in malo homine fugienda demonſtrant, ſicut « ſubſequens cauſa ſimoniacorum pleniùs demonſtrat. Sed Vr- « banus[a] ij. in epiſtola deſtinata præpoſito S. Vincentij hanc cō. « trarietatem determinat, dicens: «

[a] Qui ſedit anno Chriſti 1088. tempore Iuonis Carnot.

Ad hoc verò quod ſubiungitur in eadē epiſtola, id eſt, vtrū ſit vtendum ordinationibus & reliquis ſacramentis à criminoſis exhibitis, vt ab adulteris, vel ſanctimonialium violatoribus, vel huiuſmodi: Ad hoc inquam reſpondemus. ſi ſchiſmate vel hæreſi ab eccleſia non ſeparētur, eorundem ordinationes & reliqua ſacramenta ſancta & veneranda non negamus, ſequēdo beatum Auguſt. qui ſuper Ioan. de huiuſmodi tam copioſè quàm veraciter diſſerit. Ait enim: Baptizat ſeruus, ſiue bonus ſiue malus: neſciat ſe ille qui baptizatur, baptizari, niſi ab eo qui ſibi baptizādi dedit poteſtatem. & paulò poſt. Non abhorreat columba miniſterium malorum, ſed reſpiciat domini poteſtatē. Attamen prædeceſſores noſtri Nico.

Auguſt. tractatu. 5. ad cap. 1. Ioan.

&

M.E.C.D. 2017

& [a]Greg. à missis sacerdotum, quos tales reuera esse cõstiterit, fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiusmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit enim prædecessor noster Gregor. Rodolpho & [b]Bertulpho ducibus inter cætera: Officium simoniacorum & in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales à sanctis ministeriis vbi oportuerit, prohibeatis, &c.

a Gregor. septimũ intelligit hîc Onuphrinus.

b Bernaldo. al. Bertolpho.

Porrò ad hæc quæ tibi syllogisticè in eadem epistola obiiciuntur, & si corpus & sanguis Christi nõ sunt, & alia quę prędiximus, suæ virtutis effectũ nõ habeãt, quid hoc agẽtibus obsunt? quòd si habẽt, cur spernũtur si ab indignis præsumũtur? Ad hæc inquãita respondemus, proprias quidem habẽt virtutes & dignitates, vt præfatus Augu. ait super Ioan. contra Donatistas, sed agentibus vel suscipientibus hæc eadẽ sacramẽta contra præfatorum pontificum instituta, (nisi fortè sola morte interueniẽte, vtpote ne sine baptismate vel cõmunioe quilibet humanis rebus excedat) eis inquã agẽtibus vel suscipientibus intantum obsunt, vt verè idololatræ sint: cum talibus & ordinationũ & sacramentorũ confectio, & aliter quàm permissum est scienter susceptio, vehemẽter à sanctis canonibus prohibeantur. ait enim Samuël propheta: Quasi peccatũ ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. 1. Reg. 15.

Hæc de malis catholicis qui intra ecclesiam sunt. Cæterũ schismaticorum & hæreticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum patrum traditiões, scilicet Pelagij, Gregorij; Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formam quidem sacramentorum habent, non autẽ virtutis effectũ habere profitemur, nisi cum ipsi vel eorum sacramentis initiati per manus impositionem ad catholicam redierint vnitatem.

GRATIAN.

» Sciendum verò quòd canones Apostolorum (quorũ auctoritate orientalis, & ex parte Romana vtitur ecclesia) etiam in- » signis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cum eodẽ, baptis- » ma hæreticorum, lauacrum diaboli appellant: Stephanus verò » & Cornelius martyres & pontifices Romani, & venerabilis » Augustinus in lib. de baptismo, eundem Cyprianum & præ- » fatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, af- » firmãtes baptisma, siue ab hæretico, siue schismatico ecclesiastico more celebratũ ratum esse baptisma: & meritò: quia alia » in baptismo, & alia in reliquis sacramentis consideratio est, » quippe cùm in ordine prior & necessarior sit. subitò enim « morituro prius baptismate, quàm dominici corporis commu » nione, vel aliis sacramẽtis consulitur, & dum fortè catholicus » non inuenitur, sanctius est ab heretico baptismi sacramentum » sumere, quàm inæternũ perire. & hanc sententiã præscriptorũ ponti-

Canone. 44. 45. & 46. 47. Cyprianus scribens ad Iubaianũ, & in cone. Steph. pa. Augustin. in 7. libr. de bapt. cõtra Donatist.

M.E.C.D. 2017

pontificum Cornelij, Stephani, & Auguſtini, ſecuti ſunt Siricius, Innocentius, Leo, Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia tenet.

4. pars. Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramẽta ſuſcipi: non quin ſint vera quãtum ad formam & effectum: ſed quia dum huiuſmodi ſacerdotes ſe à populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.

ITEM ex ſexta ſynodo, *cap. vj.*

Qui vxorem ducere volunt ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciant. 8

Iuo. Carn. li. 3. de conti. clerico. SI quis eorum qui ad cierum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat.

ITEM ex concilio Carthaginenſi iiij.

Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. 9

Cap. 19. cõ. 3. Carth. habetur. LEctores cùm ad annos pubertatis veniunt, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

ITEM Gregorius Bonifacio epiſcopo Rhegino.

Subdiaconos continentiam obſeruare oportet. 10

Epiſt. 5. lib. 3. epiſt. Rhegio. SVbdiaconis tuis hoc quod de ſingulis ſtatuimus, decernimus obſeruari: nec illam diffinitionem noſtram cuiuſquam contumacia ſinas aut temeritate corrumpi.

a al. Meldem. ITEM Vrbanus ſecundus in ſinodo apud [a] Melchiam.

Beneficio & officio careant, qui poſt diaconatum vxoribus vacant. 11

Iuo Carn. li. 3. de cõ. clo. id refert. EOs qui poſt diaconatum vxoribus vacare voluerint, ab omni ſacro ordine remouemus: officioq; atque beneficio eccleſiæ carere decernimus, quod ſi ab epiſcopo commoniti nõ ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipent ſeruituti. Si verò epiſcopi cõſenſerint eorum prauitatibus, ipſius officij interdictione mulctentur.

ITEM Grandenſi patriarchæ Dominico.

Excludendi ſunt à ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps ſi continentes eſſe nolunt. 12

Iuo Carn. li. 3. de continen. cleric. refert. ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſancti ſpiritus, eos qui modo in ſacris tribus gradibus, ſcilicet presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu poſiti mulierculas nõ abiecerint, & caſtè non vixerint, excludẽdos ab eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum autem & cognitor Deus & iudex eſt.

IDEM in Meldenſi ſynodo præſidens ait.

Ad ſacros ordines non accedat, niſi virgo aut probatæ caſtitatis. 13

Vrbanus 2. vt Iuo ibidem habet. NEmo ad ſacrum ordinẽ permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis, & qui vſq; ad ſubdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit.

ITEM in concilio Carthaginenſi quinto, cap. 3.

M.E.C.D. 2017

In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, secundum priora cõstituta etiam abstinere ab vxoribus: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueãtur officio: cæteros verò clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

ITEM Leo contra epistolam Nicetæ abbatis.

In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant, nisi voto aut religioso habitu prohibeantur. 14

1no Carn. ff. 3. de continens. cle. refert.

SEriatim & apertè prosequamur, quod sancta Romana ecclesia de gradibus clericorum ait: Clericos, ostiarios, lectores, exorcistas, acolytos, si extra votum & habitum monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint: vxorem ducere virginem, cum benedictione sacerdotali permittuntur: non autem viduam aut repudiatam, quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus nisi virginem sortitus vxorem, aut digamus ad clericatum potest ascendere: vel si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere, non potest sine consensu vxoris suæ, vt fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine cogente eos. Neq; permittitur postea vxor iungi eidem marito suo carnaliter: nec cuiquam nubere in vita, aut post mortẽ illius.

ITEM ex concilio Chalcedoñ. cap. 14.

Non liceat clericis alterius secta vxorem accipere. 15

QVoniam in quibusdam prouincijs concessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere, constituit sancta synodus cuiquam ex his nõ licere accipere [a]sectæ alterius vxorem.

a ἑτεροδόξων.

ITEM in Nicæno concil. cap. iij.

Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt 16

Ca. 3. habetur Nicæni concil. 5. part.

INterdixit per omnia sancta synodus non episcopo, nõ presbytero, non diacono, nõ subdiacono, nõ alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierẽ, nisi fortè aut matrẽ, aut sororem, aut amitam, aut [etiam] eas [idoneas] personas quæ fugiant *omnes* suspiciones.

pro includ. lege tantum.

ITEM Hieron. ad Nepotianum de vita clericorum.

Palea. 17

HOspitiolum tuum, aut rarò, aut nunquã mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cum deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Fœmina conscientiã secum pariter habitantis exurit. Nunquã de mulierum formis disputes. Fœminæ nomen tuum nesciãt. Fœminam quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.

ITEM Gregorius in dialog. lib. iiij. cap. 11.

Presbyter

M.E.C.D. 2017

Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. 18

PResbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis resbyteram suam vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens; ad se propius accedere non sinebat: eamque sibi appropinquare nulla occasione permittebat: ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit.

6. pars. GRATIAN. Presbyteram verò quam debeamus accipere, Laodicense concilium ostendit cap. 11. dicens. "

Viduæ vel seniores presbyteræ appellantur. 19

MVlieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ aut seniores vniuiræ & matricuriæ appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere decernimus.

VERSVS.

Terna tricena docet bigamos non esse sacrandos.

DIGAMVS ET QVI PRAETER VXOREM HABVIT CONCVBINAM NON ORDINETVR. DISTINCT. XXXIII. 1

confer cum dist. 26. supr.

GRATIAN. ECCE quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere non possunt: vel si digami aliqui fuerint inuenti, ad sacros ordines ascendere non valent. Sed quæritur si quis præter vxorem suam concubinam habuerit, vtrum in sacerdotem promoueri valeat? Tales à sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibentur, in quibus sic statutum legitur cap. 17. "

Secundis nuptiis post baptisma copulatus, aut concubinam habens, ad sacrum ordinem conscendere non valet. 2

SI quis post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, nec sacerdos, nec diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui in ministerio sacro deseruiunt.

GRATIAN. Deseruiẽtes sacro ministerio, intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt: & acolyti qui cum cereis diaconos præcedunt: vnde ceroferarij dicũtur, qui etiam vinum & aquã præparando calici subministrant. Concubina intelligenda est præter vxorem: vt iste sit sensus capituli: Si quis post acceptũ sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, distinguendum est, an requã vxorem duxerit, siue post mortem vxoris. VNDE B. *Greg. ait. "

* *August id habet. c. 72. de dogma. eccl. Grego. id non scripsit, sed aut August. aut Isidor. in lib. de doctrina eccl. dog.*

Duarũ matronarũ maritus post baptismũ clericus non ordinetur. 3

MAritum duarum matronarum post baptismum, clericum non ordinandum censemus: nec eum quidem qui vnam concu-

M.E.C.D. 2017

concubinam vel meretricē in matrimonium assumpserit. Nec illum qui semetipsum abscindens, quodlibet membrum indignatione aliqua vel iusto vel iniusto timore superatus truncauerit: neque illos qui vsuras accepisse conuincuntur: aut in scæna lusisse noscuntur, nec eum qui publica pœnitentia mortalia crimina defleuit: neq; illum qui in furiam aliquando versus insaniuit, vel afflictione diabolica vexatus est: neque eum qui per emptionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulerit. ITEM *Pius papa. *Act. 2. c. *primus, circa annum 154. sub Antonino Pio.

Arrepticij vel epileptici, sanctis altaribus non ministrent. 4

COmmuniter diffinimus vt nullus de ijs qui aut in terra arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus. vel indiscussè se ingerant sacramentis diuinis: exceptis illis qui corporum incommoditati dediti, sine huiusmodi passionibus in terra probantur elisi: qui tamē & ipsi tandiu erunt ab officij sui ordine & loco suspēsi, quousque vnius anni spatio per discretionem episcopi inueniantur ab incursu dæmonum liberati. ITEM Nicolaus papa.

2. pars.

De eodem. 5

CLerici qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

ITEM Gelasius pa. c. 21. epist. ad vniuersos episcopos per Lucaniam.

De eodem. 6

VSqueadeo sanè comperimus illicita quæque prorumpere, vt à dæmonibus similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur: quibus si in hoc opere positis aliquid propriç necessitatis occurrat, quis de sua fidelium-que salute confidit, vbi ministros ipsos curatiōis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? atque ideo necessariò remouendi sunt, ne quibuslibet pro quibus Christus mortuus est, scandalum generetur infirmis. Postremò si corpore sauciatū fortassis aut debilem nequaquam sancta contingere lex diuina permisit: quanto magis doni cælestis dispensatores esse nō conuenit (quod est deterius) mente percussos?

ITEM Innocentius papa primus, Fœlici episcopo Capuano, epist. 4. cap. 4.

Qui tempore baptismi vxores habent, si postea religiosè vixerint, clerici fieri non prohibentur. 7

LAici qui habentes vxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, vt in nullo eorum opinio vacillet, aut clericis iuncti sunt, aut monasteriis ex quo baptizati sunt adhæserunt: si non concubinam, si non pellicem nouerint, si in bonis operibus vigila-

M.E.C.D. 2017

vigilauerint:non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi.

2. pars. Gratianus.

Cæterum ante ſuſceptum ſacrum ordinem quoſdam legimus concubinam habuiſſe, quos tamen ſacri canones non reiiciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ab eius commixtione ſeſe immaculatos cuſtodiunt.

VNDE Gregorius Andreæ Tarentino epiſcopo, epiſt. 44. libr. 2. ſiue cap. 83.

De quodam epiſcopo, qui ante ſui epiſcopatus apicem concubinam habuit. 8

HAbuiſſe te concubinam manifeſta veritate comperimus, & te illius criminis participationem habere: de qua etiam contraria eſt quibuſdã innata ſuſpicio . Sed quia in ambiguis rebus abſolutum non debet eſſe iudicium: hoc tuæ cõſcientiæ cõmittendum eligimus. qua de re ſi in ſacro ordine conſtitutus eius te recolis permixtione maculatum: ſacerdotij honore depoſito ad miniſtrandum , nullo modo præſumas accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare:& Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem , ſi huius ſceleris conſcius in eo quo es ordine' celans veritatem, permanere volueris.

VERSVS.

Fœmina pontifici quod nulla domeſtica ſiat.

EPISCOPVS MVLIERVM CONSORTIA VITET. DIGAMVS ET QVI PRAETER VXOREM HABVIT CONCVBINAM, NON ORDINETVR. DISTINCT. XXXIIII. 1

Gratianus.

DOmeſticarum quoque perſonarum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet.

VNDE Nicolaus papa ad Aluinum archiepiſc.

Etiam conſanguinearum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet. 2

Ex magn. Iuo. P. 5.

QVorundam relatione fidelium noſtris auribus intimatum eſt, quòd Lanfredus epiſcopus , qui & iuuenis dicitur, venationi ſit deditus, quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo genere duntaxat Germanos & Gallos irreuerentes implicat. verùm iſte (ſi ita eſt vt audiuimus) meritò iuuenis dicitur : quia iuuenilibus deſiderijs occupatus , nulla grauitate conſtringitur . †nam (vt beatus dicit Hieronymus) venatorẽ nunquã legimus ſanctum. ‡Nihilominus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro , quòd cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem : & ob id mala fama ei orta ſit. pro qua re à ſanctitate tua cæteriſque coepiſcopis ſuis admonitus atq; correptus eſt , ſed nullatenus emendatus:

quæ

M.E.C.D. 2017

quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionem, in quo beatitudini tuæ & cæterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuã ſynodale cum epiſcopis & ſuffraganeis tuis conuocare cõcilium: & hunc ſalutaribus eloquiis epiſcopum conuenire, atque illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab omnium beſtiarum vel volucrũ venatione penitus alienus exiſtat: atque ab immoderata filię ſuę familiaritate ſemet omnino coërceat. Quòd ſi parere contempſerit: & tam pro venationis delectatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit, à veſtro collegio excommunicatus abſcedat. Quod ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

Ex concilio Aurelian. 4.

Id cx. 55. concil. Agathen. habetur.

†*Item. O miſeram vitam hominum & maximè ſacerdotum, qui dum lucrandis fidelib. debent inſiſtere, venandis feris incumbunt, & quos capere oportet homines, capiũt aues & beſtias! qui dum mortibus ſtudent animantium, vitam ſuarum amittunt animarum! O infelicem vitam ſuper omnem vitam! Nam in quo magis quiſque carnalis apparet quàm in tali vita! Venatorum enim vita, nil præter carnes capit. In qua dum quiſque permanſit, nunquam probatus eſt.*

Add. ex mag. Iuo.

‡*Væ huiuſmodi præſulib. qui dum debent Petrum, Andream, Iacobum & Ioannem, quib. à Domino dictum eſt, Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum, ad imitationem ſuam eligere; quorum & diſcipuli ſunt magis Nembroth, & Iſmaëlem, atque Eſau reprobos imitantur, qui huiuſmodi adinuentionib. incubuiſſe referuntur.*

Palea. 3

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum, canes ad venãdum aut accipitres, aut huiuſmodi res habere non licet. Quòd ſi quis talium perſonarũ in hac voluptate ſæpius detẽtus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione ſuſpendatur. Diaconus verò ab omni officio & communione ſuſpendatur.

ITEM

Palea. 4

OMnibus ſeruis Domini venationes, & ſyluaticas vagationes cum canibus: & vt accipitres aut falcones habeãt; interdicimus.

„ Concubina autem hic intelligitur quæ ceſſantibus legali- 2. part. GRAT.
„ bus inſtrumentis vnita eſt: & coniugali affectu aſciſcitur: hanc
„ coniugem facit affectus, concubinam verò lex nominat.

DE hac dicitur in concilio Toletano. Cap. 17. conc. Tolet. 1.

Qui non habet vxorem, loco illius concubinam licet habere. 5

ISqui [a] non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet: à communione non repellatur: tamẽ vt vnius mulieris, aut

a Aliàs, ſi quis.

H vxoris,

M.E.C.D. 2017

vxoris aut concubinæ sit coniunctione contentus.

ITEM Isido. de distan. noui & vet. test. 6

Ius Can. lib. 6. de cxcub. id refers.

CHristiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum aut vxorem, aut certè loco vxoris (si coniunx deest) concubinam.

Ang. hom. 49. li. Sol.

EX dictis Augustini. Palea. 7

AVdite chariſſimi membra Christi, & matris catholicæ ecclesiæ filij. Quod dico competentibus, audiant fideles: quod dico fidelibus, audiant *cõpetentes: quod dico fidelibus & competentibus & pœnitentibus, audiãt & catechumeni: audiant omnes, & timeant, & nemo contẽnat: sic sit mihi in consolatiõe vester auditus, ne vobis sit in testimoniũ dolor meus. Competentibus dico, fornicari vobis non licet: sufficiant vobis vxores. audiat Deus si vos surdi estis: audiant angeli si vos contemnitis. Concubinas habere non licet vobis: et si non habetis vxores, tamen non licet vobis habere concubinas: quas postea dimittatis, & ducatis vxores. tãto magis damnatio erit vobis si volueritis habere vxores & concubinas.

* Sic dicebãtur hi qui post instructionem fidei competebant gratiã Christi. Isidor. li. 7. etymol. cap. 14. Contius.

GRATIAN. Cæterum si non talis cõcubina fuerit: & ætas illius de quo " agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur: " apostolica concessione ad ordinẽ diaconatus prouehi potest. "

VNDE Pelagius papa scribit Florentino episcopo.

Qui post mortem vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittatur. 8

FRaternitatis tuæ relatione susceptа eius latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus: castitatem tamen cum priori non seruasse cõiugio designasti: & quamuis multa sint quæ in huiusmodi casibus obseruari canonicè iubeat sublimitatis auctoritas, tamen quia defectus nostri temporis quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur manere censuram: & ætas illius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionẽ auferre dinoscitur: vt ad diaconatus ordinem possit prouehi, concessisse nos noueris. Micenam verò ancillam eius, de qua se post vxoris transitum filios habere confessus est: iubemus vt tua dispositione cuiquam monasterio continentiam professura tradatur.

GRATIAN. Hoc ex dispensatione misericordiæ. Cæterum ex rigore " disciplinæ intelligitur illud [a] Aurelian. concil. "

a Ca. 8. concil. Gerunden. habetur.

Non admittatur ad clerum qui præter vxorem aliam cognouerit. 9

SI quis de laicis post vxorem suam aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clerum nullatenus admittatur.

4. pars. GRATIAN. Quòd ergo de pellice & meretrice apud Gregorium & In- " nocentium scribitur, propter spem futuræ incontinentiæ con- "

stitu-

M.E.C.D. 2017

" stitutum esse creditur: quia difficilè continentiam seruat, qui
" se illicito concubitu maculare non metuit. vel prohibetur
" ordinari qui pellicem vel meretricem cognouerit marita-
" li affectu, vel quia corrupta florem virginitatis amiserit, vel
" quia meretricari non desinit: licet in vxorem ducatur. vtrun-
" que enim impedimentum cuilibet præstat, quo minus ad sa-
" cros ordines pertingere valeat.

VNDE *Hilarius papa scribit dicens. * Circa annum Christi 467. In syn. Ro. ca. 2.

Qui virginẽ non duxit vxorẽ, ad sacros ordines non accedat. 10

CVrandum ergo in primis est ne ad sacros ordines (sicut gestis prioribus ante scriptum est) quisquam qui vxorem non duxit virginem, aspiret.

ITEM Greg. vrbis Romanæ præsul, [a] Silitano episcopo. Epist. 25. lib. 2. a al. Squilatino.

Digamus vel pœnitens, corpore vitiatus, literas ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. 11

PRæcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias, nec digamum, aut qui virginem non est sortitus vxorẽ, aut ignorantem literas, vel qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxiũ ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere. ITEM in Neocæsariensi concil. Cap. 8.

Non fiat sacerdos cuius vxorẽ euidenter cõstat adulteriũ admisisse. 12

SI cuius vxorẽ adulterium commisisse cùm esset laicus, euidenter fuerit probatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quòd si in clericatu eo iam constituto, adulterauit, dato repudio dimittere eã debet. Si verò retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

ITEM ex concilio Martini papæ. De eodem. 13 Ca. 28. li. Mar. epi. Brach. ex syn. Grec.

SI laici vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio existat alienus.

" Præmissis auctoritatibus digami, & qui virgines non sunt GRATIAN.
" sortiti vxores, à sacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur
" si quis ante baptisma viduam duxerit vxorẽ, an postea sit pro-
" hibendus à sacris ordinibus? DE his ita scribit Innocẽtius
papa ‖Victori‖ Rotho. episcopo. Victricio.

Qui ante baptisma seu post baptisma viduam duxerit vxorẽ, non admittatur ad clerum. 14

SI quis viduam (licet laicus) duxerit vxorẽ seu ante baptismum seu post baptismum, nõ admittatur ad clerum: quia eodem vitio videtur excluſus. in baptismate enim crimina dimittuntur, non acceptę vxoris consortium relaxatur: quòd si non putatur vxor esse cõputanda quæ ante baptismum ducta Innoc. pa. pri. epist. 2. cap. 5. Ca. 6. eiusdem.

M.E.C.D. 2017

est: ergo nec filij qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

GRATIAN. Prohibentur etiam digami à quolibet ordine clericatus: iuxta illud Ambros. ad Vercellenses.

Epi. 82. ad Vers. cc. *Qui secunda coniugia sortitur, clericus non fiat.* 15

COgnoscamus non solum de episcopo & presbytero apostolum statuisse, sed etiam patres in concilij Niceni tractatu addidisse clericum quenquā non debere esse qui secunda coniugia sit sortitus.

6. part. ca. 18. GRATIAN. Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt. Vnde in canonibus apostolorum legitur.

Spectaculis publicis mancipatam, vel reiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. 16

SI quis viduā vel eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his quæ publicis mancipātur spectaculis: non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt.

Tom. 3. GRATIAN. Quæ autem sit vidua, quæ eiecta vel meretrix, Hiero. ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit, dicens:

Quæ sit vidua, vel eiecta, vel meretrix. 17

VIdua est cuius maritus mortuus est. Eiecta est quæ à marito viuente eiicitur. Meretrix, quæ multorum libidini patet.

7. pars. c. 44. GRATIAN. Sed postea temporum defectui condescendens papa Martinus in minoribus ordinibus constitui eos permisit, non regulam præfigendo, dicens:

Inter lectores vel ostiarios deputetur subdiaconus secundam ducens vxorem. 18

SI subdiaconus secundam vxorem duxerit, inter lectores vel ostiarios habeatur: ita vt apostolum non legat.

GRATIAN. Necessitate tamē exigente digamus vsque ad subdiaconatum potest promoueri.

Ca. 43. lib. Martin. Bracha. epis. VNDE Martinus papa ait.

Viduam ducens vxorem, subdiaconus fieri non potest. 19

LEctor si viduam alterius vxorē acceperit, in lectoratu permaneat: aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat: nihil autē supra. similiter si digamus fuerit.

8. pars. GRATIAN. Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis interesse.

VNDE in Agathen. concil. cap. 39. legitur.

Nuptiarum conuiuijs presbyteri interesse non debent. 20

PResbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia modo non est, etiam aliarum nuptiarum euitent conuiuia: nec his cœtibus misceantur vbi amatoria can-

M.E.C.D. 2017

cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur: ne auditus & obtuitus sacris ministeriis deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

" Vidua verò est intelligenda si post solenne fœdus nuptiarũ, 9. pars.
" morte interueniente à viro suo diuisa fuerit. Cæterum si an- GRATIAN.
" tequam conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fue-
" rint: licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post
" mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & etiam cum eo
" velata, vidua appellatur: nec ex eius copula à sacris ordinibus
" aliquis prohibetur.

VNDE Pelagius papa scribit[a].

Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, vxorem duxerit, sacerdos fieri non prohibetur. 21

a Marcello episcopo Atoniensi. vt est in mag. luo. par. 6.

VAlentino clerico cui mulier cum alio ante velata; non tamen illi nupta, sed virgo permanens, post mortẽ eius cum quo velata fuerat sponsa, cõiugali est copula sociata: quia [b] iterum velamen accepit, nullum in promouendo generatur obstaculum: quia nihil est (quãtum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet institutis.

b *al. interim.*

VERSVS.

Quinta tricena monet, quod episcopus ebrius absit.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT SOBRII. DISTINCT. XXXV. 1

" AQuibus ordinibus digami prohibeantur, & vtrum GRATIAN.
" reputentur digami qui ante baptismũ habuerunt vnã,
" & post baptismum habuerunt alterã: & an liceat sor-
" tiri vxores in sacris ordinibus constituris, multorum auctori-
" tatibus breuiter mõstratum est. Sequitur autem in descriptio- 2. Timot. 3.
" ne illa apostolica, VT SIT SOBRIVS, qui ordinandus est,
" non vinolentus: quod ex auctoritate veteris testamenti intro-
" ductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum & sice- Leuit. 10. b.
" ram bibere, ne ebrietate grauẽtur corda eorum, vt sensus eo-
" rum vigeat semper, & tenuis sit: vel quia venter mero æstuãs
" facilè despumat in libidinem. Vnde Noe in ebrietate nudauit
" fœmora. Loth autem quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. Genes. 9. & 19.
" Quòd autem vinolentus esse prohibetur: non semel, sed fre-
" quenter vino repletus debet intelligi. Hinc etiam in cano- Cap. 43. & 42.
nibus apostolorum legitur:

Diaconus, presbyter, & episcopus ebrietati & aleæ deseruientes, nisi desierint, communione priuentur.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ atque ebrietati deseruiẽs, aut desinat, aut certè damnetur. subdiaconus autem aut lector, aut cantor similia faciens: aut desinat, aut communione priuetur, similiter & laicus. ITEM Hieronym. Lib. 1. aduers. Io. Deut. 24.

M.E.C.D. 2017

Esus carnium & vini potus, post diluuium conceßus legitur, post Christi aduentum inhibitus. 3

AB exordio conditionis humanæ nec carnibus vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum, & hoc cursu vsque ad diluuium peruenimus. Post diluuium autem cum datione legis datæ per Moysen, quã implere nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & [a]repudij concessa duritia, & cultellus circunciſionis appositus: quasi Dei [b]munus plus in nobis creauerit, quàm necesse est. Postquàm autẽ Christus venit in fine tẽporum, & [c]reuoluit ad [ω], [id est] extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circuncidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo: Bonum est vinum non bibere, & carnes nõ comedere: vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est.

Genes. 17. b.

a *al.* repudia duritiæ. inuersis casib.
b manus

c *reuolauit. pro incluso, &, legẽd.*

Ro. 14. d.

Hieron. li. 2 contra Io. ad habet.

ITEM ex epistolis eiusdem.

Alienum est à sapiente potationibus & ebrietatibus vacare.

LVxuriosa res est vinum, & contumelioſa ebrietas: omnis qui cum his miscetur, non erit sapiens.

Prouerb. 20. a

Hiero. ad ca. secundũ Mich. 3. a.

IDEM in Micheam.

Ignominiosum est sacerdoti affluere deliciis, epulis, atq; lasciuiis. 4

ECclesiæ principes qui deliciis affluunt, & inter epulas atq; lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit, quòd eiiciendi sunt de spatiosis domibus, lautisque conuiuiis, & multo labore epulis cõquisitis. Et si vis scire quo eiiciendi sunt, propter malas cogitationes & opera sua: euangelium lege, in tenebras scilicet exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. An non cõfusio & ignominia est, Iesum crucifixum pauperem & esurientem fartis prædicare corporibus? & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre? Si in apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed etiam cõuersationem & abstinentiam.

Matth. 8. b.

Hieron. ad Oceanũ. circa fi. epist.

IDEM.

De eodem. *Palea.* 5

VEnter mero æstuãs citò despumat in libidinẽ. [Vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor.]

Pro inclusis sunt alia verba apud Hieron. prolixiora, idem tamẽ signifi. *Hier. ad Nepotianũ de vita cle.*

IDEM.

De eodem. *Palea.* 6

VInolentum sacerdotem & apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum & siceram bibere, ne crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera Hebræo sermone, omnis potio nuncupatur qua quis inebriari potest. Quicquid inebriat, statum mentis euertit. Fuge similiter [d]& vinum, ‖in quo est luxuria‖. Nolite (ait Apostolus) inebriari vino, in quo est luxuria. Qui altari deseruit, vinum & siceram non bibat. Sponsa

Leuit. 10. b.
Num. 6. a.

d *leg.* vt *pro &.*
Ephes 5. d.

M.E.C.D. 2017

ſa Chriſti vinum fugiat vt venenum : vinum & ebrietas incendium eſt.

ITEM Proſper. *Proſper. li 2. c. 22. de vita contemplatiua.*

De eodem. 7

LVxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

ITEM Ambroſ. in ſermone de ieiunio qui ita incipit: Diuinum ad patrem reſultat oraculum. *Ambr. c. 4. li. de Helia & ieiun. id habes.*

In paradiſo abſtinentia, poſt paradiſum edendi laſciuia incœpit. 8

SExto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta eſt edendi poteſtas, & vſus eſcarum. vbi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi, ibi cœpit ſua incrementa neſcire, vbi cœperunt diuina opera circa eum feriari. quo indicio declaratum eſt quòd per cibos mundus haberet minui, per quos deſijt augeri. & infra.

Vt ſciamus non eſſe nouellum ieiunium, primam illic legẽ conſtituit de ieiunio. Et infra. Eouſque nemo præuaricari nouerat, cùm adhuc orta nõ eſſet quæ prima eſt præuaricatio. Indictum eſt ieiunium abſtinentiæ lex à Domino Deo, præuaricatio legis à diabolo, culpa per cibum, latebra poſt cibũ, cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis virtus in ieiunio, ſerpens ſuaſit gulæ, dominus ieiunare decreuit. Itaque gula à paradiſo regnantem expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem. Et infra. In principio generis humani ignorabatur ebrietas : primus Noë vineam plantauit, dedit naturã, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori, ſed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. ſemel enim inebriatus eſt Noë. vbi malum ebrietatis agnouit, [a]iumentum ſuum ad remedium tẽperauit, nec effudit ad vitium. Manebat autem antequàm vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas : nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem *iam* fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. læſa pietas eſt dum irridetur ebrietas. non illis itaque ſolis nocent vina quos tentant, ſed etiã illis amplius oculis quorum temulenta ebrioſorum membra nudantur. & infra. Legimus etiã quòd patrem Loth inebriauerunt filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelunca. Fuit itaque ebrietas origo inceſti concubitus, peſſimæ regeneratricis partus deterior. At non Abraham vina in ſuo conuiuio miniſtrabat, ſed immolabat vitulum, butyrum & lac, etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Rectè enim illic deerat materia peccati, vbi erat remiſſio peccatorum. Denique annunciauit Dominum Ioannes non manducans panẽ, neque bibens vinum. Qui enim Chriſtum annunciat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

Cap. 5. eiuſdem.

[a] *inuentum*

Geneſ. 19. g.

Geneſ. 18. a.

Matth. 11. c.

Cap. 41.

ITEM ex concilio Agathenſi.

M.E.C.D. 2017

Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit. 9

ANte omnia clericis vetatur ebrietas, quæ omniū vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itaque cum quem ebrium fuiſſe conſtiterit (vt ordo patitur) aut xxx. dierum ſpatio à cōmunione ſubmoueatur, aut corporali ſubdatur ſupplicio.

VERSVS.

Sena tricena probat is quod prudens habeatur.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT PRVDENTES.

DISTINCTIO XXXVI. 1

GRATIAN. * Verba Hieronymi. ad Oceanum.

OPortet ordinādum eſſe prudentem, *quod contra eos notandum eſt, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam ſacerdotum*. Prudētem autem epiſcopum oportet intelligi non ſolum literarum peritia, verumetiam ſecularium negotiorum diſpenſatione.

Gela. pa. 1. epiſc. per Lucanian. cap. 18.

VNDE in epiſtola Gelaſij papæ legitur.

Illiterati & corpore vitiati, non promoueantur ad clerum. 2

ILliteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officiis, & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta ſanxeruut.

Epi. 1. ad Iſichium.

Similiter qui ſeipſos abſcindunt. ITEM [b] Zozimus papa.

b Sedit anno 421. ſub Honor. imper.

Ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis ſtipendijs vel diſciplinis non eſt eruditus. 3

QVi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipēdiis nō eſt eruditus: nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verumetiam ordinatores eius careant eo ordine quē contra præcepta patrum crediderunt præſumendum.

GRATIAN. Ecce quòd ſacrarum literarum oportet epiſcopum habere peritiam. vnde in veteri teſtamento, inter cætera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio & veritas: quia in pectore pontificis manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. Hinc etiam vectes quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti: vt cum arca eſſet portanda, nulla eſſet vel fieret mora de intromittēdis vectibus: quia prædicatores per quos eccleſia circunfertur, ſacris literis ſemper debent inſiſtere, ne tunc quærant diſcere cum ex officio alios debeant docere. Hinc etiam Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donum ſcientiæ percepit: & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo expetiit,

Exod. 28. a

Exod. 25.

2. Reg. 2. a.

3. Regum 3. a.

&

M.E.C.D. 2017

» & impetrauit. Hinc etiam Dominus prius posuit verba sua 2 Par.1.b.
» in ore Prophetæ: & postea constituit eum super gentes & re-
» gna, dicens ad Hieremiam: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ec- Hier.1.b.
» ce constitui te super gentes & regna. Hinc etiam Malachias: Mala.2.b.
» Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legẽ exquirũt de ore
» eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc etiã idem sal- Luc.2.g.
» uator noster prius in medio doctorũ sedit audiẽs illos & inter-
» rogans: & postea prædicare cœpit: quia prius quisq; discere, &
» postea prædicandi officium vsurpare debet. Hinc etiam Salo- Eccles.3.b
» mon ait: prius tempus tacendi, & postea loquendi: quia veritas
» prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur. Hinc Apoc.22.d
» idem dominus ait: qui audit, dicat veni. Hinc etiã prius apostо
» los docuit: deinde eos ad prædicandũ misit, dicens: Estote pru Matth.10.
» dentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę. Sic etiã post
» resurrectionẽ prius illis sensum aperuit, & scripturas explana-
» uit: & postea dixit eis: Euntes in mundũ vniuersum &c. Vnde Matth.vlt.
» cùm de quinque panibus quinq; milia hominum vellet refi- Matth.14.b
» cere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit: &
» per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis & pro-
» phetarum prius differendo exposuit: & postea eorum scientiã
» discipulis dedit: & per eos tandem illam fidelibus dispensauit.
» Hinc Petrus etiam cùm rectoribus ecclesię scriberet, ait: Pa 1.Pet.3.
» rati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfa-
» ctionem de ea fide & spe quæ in vobis est. Hic etiã Paulus scri
» bens ad Timotheũ ait: Attẽde lectioni & exhortationi & do- 1.Tim.4.d
» ctrinæ. Ex quibus omnibus liquido colligitur, ꝙ non sufficit
» pręlatis bona cõuersatio, & morum honestas, nisi addatur sciẽ-
» tia doctrinę. Vnde sacerdotes ingressuri templum tabernaculi Exod.28.
» prius lauabantur in labio æneo quod fecerat Moyses ex spe-
» culis mulierum. Hinc etiam in Canticis Cãticorum oculi per Cantic.5.
» quos pręlati ecclesiæ intelliguntur, assimilãtur columbis, quæ
» residentiuxta fluenta plenissima.

» HINC etiam Hieron y. in Leuit. Origenes homil. 6. ad cap.8. Leuitici.

Sacerdotis est legis scientiam habere: non bellis, sed orationibus vacare.

4

SI quis vult pontifex esse non tam vocabulo quàm merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron: quid enim dicitur de eis? quòd non discedũt de tabernaculo domini. erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat? vt aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt pontificis opera, vt aut à Deo discat legẽdo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat. sed illa doceat quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde vel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & aliud opus Exod.17.c. quod fecit Moyses. ad bella non vadit: non pugnat contra ini-

M.E.C.D. 2017

micos: sed quid facit? orat: & donec orat, vincit populus eius. si relaxauerit & dimiserit manus, populus eius vincitur & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos qui volunt piè viuere in Christo.

VERSVS.

Gentiles libros is ne doceat prohibetur.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI LITERAS SECVLARES SCIANT AD NECESSITATEM.

DISTINCTIO XXXVII. 1

GRATIAN. *Cap.* 16.

SEd quęritur, an secularib⁹ literis oporteat eos esse eruditos? "
DE his ita scribitur in concilio Carthaginensi quarto. "

Libros gentilium non legat episcopus. 2

EPiscopus gentilium libros non legat: hæreticorum autem perlegat pro necessitate aut tempore.

Tomo. 3. *de filio prodigo & filio frugi.* Ex Iuo. mag. p. 4.

ITEM Hierony. ad Damasum papam de filio prodigo.

Reprehenduntur sacerdotes qui omissis euangelijs comœdias legunt. 3

SAcerdotes dei omissis euangeliis & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris ‖ad‖est [causa] necessitatis, crimen in se facere voluptatis. IDEM.

Hiero. ad cap. 4. epistola ad Ephe. lib. 2. commentar. to. 9.

In vanitate & obscuritate sensus ambulant, qui secularibus disciplinis occupantur. 4

NOnne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mētis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perscrutator oculos trans cælos leuat, & vltra profundum terrarum & abyssi in quoddā inane demergitur, qui iambum[a] feruet, qui tantam metrorum syluā in suo studiosius corde distinguit & congerit: & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas & nefas quærit, qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat quas in momento cui sit relicturus ignorat? IDEM in Esaiam.

a al. struit

Hier. lib. 9. cōmenta. ad cap. 28. Esaiæ.

Qui scripturas sacras malè intelligit, vel secularisapientia abutitur, vino inebriatur & sicera. 5

VIno inebriantur qui scripturas sacras malè intelligunt atque peruertunt: sicera, qui abuntur seculari sapientia & dialecticorum tendiculis: quæ non tam tendicula sunt appellanda, quàm [b] phantasinata, id est, vmbræ quædā & imagines quæ citò pereūt & resoluūtur. Idē secundum tropologiá pseudoprophetas eos debemus accipere qui aliter scripturarū verba accipiunt, quàm spiritus sanctus sonat & diuinos, eos qui coniectura mentis suæ, & incerta futurorum, quasi vera pronunciant absque diuinorum auctoritate verborū. Idem. Quicunque

b al. φάσματα. Hiero. lib. 5. comment. ad cap. 29. Hie. Hier. lib. 6. comment. ad cap. 31. Hier. Hier. li. 3. comment. ad ca. 6. epi. ad Ephe.

M.E.C.D. 2017

cunque ſcripturas non ita intelligunt vt rei veritas habet, vuã acerbam comedunt. IDEM in epiſtola ad Epheſios.

Reprehenduntur epiſcopi qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis. 6

LEgant epiſcopi atque presbyteri qui filios ſuos ſecularibus eruditiuntliteris,& faciunt illos comœdias legere,& mimorum turpia ſcripta cantare,de eccleſiaſticis ſumptibus forſitan eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo vel vidua, vel ſubſtantiam ſuam totam effundens quilibet pauper obtulerat,hocin Kalendarũ ſtrenã, & ſaturnaliũ ſportulam, & mineruale munus grãmaticus & orator:aut in ſumptus domeſticos,aut in templi ſtipes,aut ſordidum[a] conuertit in lucrũ. Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina & correctione,ſupinus cecidit,& mortuus eſt.

a *al.* in ſordida ſcorta

1. *Reg.* 2. c

ITEM ex reſpõſalibus [b] Vrbani papę ad Carolũ, cap. ‖*47.‖

b Hadriani ſub quo Imperauit Carolus.

Palea. 7

OMnem vim inuentorũ ſuorum in dialectica*diſputatione ponunt hæretici:quę Philoſophorum ſententia diffinitur non aſtruendi vim habere,ſed ſtudium deſtruẽdi: ſed non in dialectica placuit[c] deo ſaluare populum ſuum,regnum enim dei in ſimplicitate fidei eſt:non in contentione ſermonis.

*4.

* *al.* diſputantes

c patri filio & ſpiritui ſancto. &c.

ITEM Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

Beatus Hieronymus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat. 8

LEgimus de beato Hierony.quòd cùm libros legeret Ciceronis,ab angelo eſt correptus:eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

parte 2.

Id Hiero. ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitatis aſſerit. Ex luo.

GRATIAN.

„ Hinc etiam filius ille prodigus in euangelio reprehẽditur, „ qui de ſiliquis,quas porci manducabant,ventrem ſuum replere cupiebat. Hinc etiã Origenes ciniphes & ranas quibus Aegyptij ſunt percuſſi,vanam dialecticorũ garrulitatẽ, & ſophiſtica argumẽta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur,quòd „ nõ eſt ab Eccleſiaſticis ſecularium literarum quærẽda peritia.

Origenes ad cap. 7. Exod. homilia. 4.

GRATIAN.

„ Sed econtra legitur quòd Moyſes & Daniel omni ſciẽtia Aegyptiorum & Chaldæorũ eruditi fuerunt. Legitur etiam „ quòd præcepit dominus filiis Iſraël, vt expoliarent Aegyptios „ auro & argento: moraliter inſtruens vt ſiue aurum ſapientiæ, „ ſiue argentum eloquentiæ apud poëtas inueniremus: in vſum „ ſalutiferæ eruditionis vertamus. In Leuitico etiam primitias mellis,id eſt,dulcedinem humanę eloquentiæ domino iu- „ bemur offerre. Magi quoque tria munera obtulerunt: in „ quibus nonnulli tres partes philoſophiæ volunt intelligi. de- „ niq; in expoſitione pſalterij Caſſiodorus teſtatur:omnis ſplẽ- „ dor rhetoricæ eloquentiæ:omnis modus poëticæ locutionis: „ quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis ſcripturis „ ſumpſit exordium. Hinc etiam Ambro. ait ſuper epiſtolam

Dan. 1. a Exod. 3. & 11.

Matth. 2. Raba. adhunc locum Matthæi. Caſſiodo. cap. 15. prologi in pſalterium.

Co-

M.E.C.D. 2017

Ambr. ad cap. 2. epi. ad Coloss.

Colossenſiũ. Omnis ratio ſupernæ ſciẽtiæ vel terrenę creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat: quia hic eſt perfecta virtus & ſapiẽtia, quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. In Daniele, & in Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe auctorem totius eloquẽtiæ & ſapientiæ: quod infideles non putant, quia non legunt in euangelijs & prophetiis aſtrologiam & alia huiuſmodi, quæ deſpecta ſunt: quia nil valent ad ſalutẽ, ſed mittunt in errorẽ: & dum his ſtudent, curam animæ non habent. qui verò Chriſtum nouit, theſaurũ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ inuenit: quia id nouit quod vtile eſt. HINC etiam ait Beda in lib. Regum.

Non prohibeantur clerici ſeculares literas legere. 9

Tuo Carn. lib. 2. qui lib. ab eccl. id refert.

TVrbat acumen legentium & deficere cogit, qui eos à legendis ſecularibus libris omnibus modis exiſtimat prohibendos: in quibus ſi qua inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet: alioquin Moyſes & Daniel ſapientia & literis Aegyptiorum Chaldæorũq; non parerentur eruditi; quorum tamẽ ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant: nec etiam ipſe magiſter gentium aliquot verſus poëtarum ſuis vel ſcripturis vel dictis indidiſſet.

2. part. GRATIAN.

Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legẽda probantur? Sed ſeculares literas quidam legunt ad voluptatem, poëtarum figmentis, verborumque ornatu delectati: quidam verò ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores gentiliũ legendo deteſtentur: & vtilia quæ in eis inueniunt, ad vſum ſacræ eruditionis deuoti vertant. tales laudabiliter ſeculares literas addiſcunt. Vnde beatus Gregorius[a] quendam epiſcopum non reprehendit quia eas didicerat: ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat. HINC etiam Ambro. ſcribit ſuper Lucam.

a locus extat infr. dist. 86. c. 6.

Seculares literæ legendæ ſunt ne ignorentur. 10

Ambr. in explanat. prooemij euang. ſecundum Lucam.

LEgimus aliqua ne[b] negligamus; legimus ne ignoremus, legimus non vt teneamus, ſed vt repudiemus.

Item Hieronym. ſuper primum cap. epiſtolæ ad Titum.

Grammatica legenda eſt vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur. 11

SI quis autem nouerit grammaticam vel dialecticam, vt rectè loquendi rationem habeat, & inter falſa & vera dijudicet; ‖non[c] improbamus‖. Geometria & arithmetica & muſica habent in ſua ſcientia veritatẽ: ſed nõ eſt ſcientia illa ſcientia pietatis. Sciẽtia pietatis eſt noſſe legẽ, intelligere prophetas, euangelio credere, Apoſtolos nõ ignorare. Grammaticorũ[d] autem doctrina etiã poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. IDEM in primum cap. Danielis. 10. 5.

b legend. legantur.

c deſunt ſed addita ſunt à Gratia.

d Verba Iſid. lib. 3. de ſumm. bo. c. 13.

Exẽplo Danielis probatur nõ eſſe peccatũ ſecularibus literis eruditi. 12

QVi de menſa & vino regis nolunt comedere, ne polluantur

M.E.C.D. 2017

tur vtique, si sapientiam atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem non vt sequantur, sed vt iudicent atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus matheseos, risui pateat, & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. discant ergo ea mente doctrinam Chaldaicam, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Idem. Siquando cogimur literarū secularium recordari, & aliqua ex his discere quæ olim omisimus: non nostræ est voluntatis, sed (vt ita dicã) grauissimæ necessitatis: vt probemus ea quæ à sanctis prophetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum quàm Latinorum & aliorum gentilium literis contineri.

ITEM ex synodo Eugenij* papæ.

*Eugenius 3. sedit circa annum Christi M. C. XLV. ad eum scripsit S. Bernardus.

Magistros & doctores episcopi congruis locis constituant. 13

DE quibusdam locis ad nos refertur neq; magistros neque curam inueniri pro studio literarum. Iccirco ab vniuersis episcopis subiectis plebibus, & aliis locis in quibus necessitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, vt magistri & doctores constituãtur, qui studia literarū liberaliumq; artium dogmata assiduè doceant: quia in his maximè diuina manifestantur atque declarantur mandata.

ITEM Augustin. lib. xiij. cap. XV. contra Faustum Manichæum. *to.* 6.

Auctoritatibus gentiliũ eorum vanitas retũditur atq; conuincitur. 14

SI quid veri de Deo Sibylla vel Orpheus aliíve gẽtilium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur: valet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem: non tamen ad istorum auctoritatem complectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem angelorum, & confessionem dæmonum, tantùm inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

ITEM[a] Clemens papa epistola quinta ad discipulos.

[a] Clemens Petri successor hic citatur.

Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, secularium peritia necessaria ostenditur. 15

RElatum nobis est quòd quidam in vestris partibus commorantes aduersantur sacris doctrinis, & prout eis videtur, non secundum traditionem patrum, sed iuxta suum sensum docere vidẽtur. multas enim quidam (vt audiuimus) vestrarum partium ingenioſi homines ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei cùm legitur, nõ secundum propriam ingenij virtutem

3. pars.

vel

M.E.C.D.,2017

vel intelligentiã legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſerit, ſed non oportet. non enim ſenſum extrinſecus alienũ & extraneũ debetis quærere, vt quoquo modo ipſum ex ſcripturarum auctoritate cõfirmetis, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis oportet. Et ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecũdum veritatem ſibi traditam ſeruat: vt & ipſe poſſit eam quàm rectè ſuſceperit, competenter aſſerere: cùm enim ex diuinis ſcripturis integram quiſque & firmã regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ fortè etiã in puritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis cõferat: ita tamen, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.

Iſid. c. 23. lib. 3. de ſummo bono habet. vt in mag. Iuo. notatur.

ITEM Iſidorus in libro ſententiarum.

Quare prohibeatur Chriſtianis poëtica figmenta legere. 16

IDeo prohibetur Chriſtianis legere figmenta poëtarum: quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim thura ſolùm offerẽdo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

5. *pars.* GRATIAN.

a ex Greg. paſtorali. c. 1.

a Vt itaq; ex præmiſſis auctoritatibus apparet, imperitia ſacerdotibus ſemper eſſe debet aduerſa: quoniam ſi per ignorantiam cæcitatis alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt. vnde dicitur in Pſalmo: Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Cùm enim obſcurantur illi qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum facilè ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaque ſacerdotibus vt ignorantiam à ſe quaſi quandam peſtẽ abiiciãt. Licet enim ſeruus neſciens voluntatem domini ſui, & non faciens dicatur vapulare paucis: non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus: Qui ignorat, ignorabitur. quod de eo intelligendum eſt qui noluit intelligere, vt bene ageret. Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſtionum veteris ac noui teſtamenti. quæſt. lxvij. 17

Pſal. 68.

Luc. 12. f

2. Cor. 14.

NOn omnis qui ignorat, immunis eſt à pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari à pœna, qui [b quod] diſceret non inuenit. Illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt.

b pro Inclu. leg. à quo

VERSVS.

Clerus in hoc ſacram ſcripturam ſcire iubetur.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SACRAS LITERAS SCIANT.

DISTINCT XXXVIII. I

CVm itaque voluntaria ignorantia omnibus ſit noxia, ſacerdotibus eſt periculoſa.

VNDE

M.E.C.D. 2017

VNDE in concilio Toletano iiij. cap. xxiiij. legitur.

Sacerdotibus maximè ignorantia vitanda est. 2

IGnorantia mater cunctorum errorum, maximè sacerdotibus dei euitanda est: qui docendi officium in populo dei susceperunt. Sacerdotes legere sanctas admonentur scripturas, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: & semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas & canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat: atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina. 1. Tim. 4. d.

ITEM ex eodem.

Officialem libellum ad episcopum accipiant presbyteri cùm ordinantur. 3

Cap. 25. eius. conci. Tolet. 4.

QVando presbyteri in parœcijs ordinantur, libellum officialem à sacerdote suo accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, nec per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis Christum offendant. Cùm verò ad litanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent. Cap. 26. eiusdem.

ITEM [a] Leo[11] episcopis Constantin.[8]

a 1. ad clerum & pleb. Constantinop. vrbis.

Inscitia sacerdotum nec excusatione est digna, nec venia. 4

SI vix in laicis videtur, intollerabilis inscitia, quanto magis in his qui præsunt, nec excusatione est digna nec venia? Epi. 22. Leo pap. 1. Cœlest. pa. pri. epi. 3.

ITEM Cœlestinus orthodoxis omnibus episcopis.

Canones non licet sacerdotibus ignorare. 5

NVlli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquã facere quod patrum possit regulis obuiare. quæ enim à nobis res dignè seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa frangatur? Ino Carn. lib. 3. de consec. epi. & cle. refert.

ITEM ex dictis August.

Quæ sint sacerdotibus necessaria ad sciendum. 6

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sint ad discendum, id est sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canones pœnitentiales, psalteriũ, homiliæ per circulũ anni in dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculosæ euangelicæ minæ sunt quibus dicitur: Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. ITEM ex vij. synodo. Matth. 15.

Quæ oportet scire eum qui episcopus est ordinandus. 7

OMnes psallentes repromittimus Deo, In tuis iustificationibus meditabor, non obliuiscar sermones tuos. quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est, sed præcipuè hos qui ecclesiasticam consecuti sunt dignitatem. Vnde Psal. 118.

defui-

M.E.C.D. 2017

definimus omnem qui ad episcopatus est prouehēdus gradū, modis omnibus psalterium nosse, vt ex hoc etiam omnis clerus qui sub eo fuerit, ita moneatur & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano si in promptu habeat legem scrutabiliter, & non transitoriè tam sacros canones & sanctum euangelium quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinā scripturam, atque secundum mādata conseruare, & docere sibi populum commissum. substantia enim summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarū scripturarum disciplina, quēadmodum magnus perhibet Dionysius. Quòd si disceptauerit, & ita libenter facere & docere minimè spoponderit, nullatenus consecretur: ait enim prophetæ Deus. Tu scientiam repulisti, & ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. ITEM ex concil. Carthagin. iiij.

Ca. 1. Eccles. Hierarc. Osee. 4. b

Cap. 3. con. Carth. 3.

De eodem. 8

PLacuit vt ordinandis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorū inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij feciſſe pœniteant.

ITEM Zepherinus papa epist. j. ad episcopos Sicilien.

Sacræ scripturæ inhærentes non obscurantur iniquitate mundana. 9

SIcut stellas cæli non extinguit nox: sic mentes fidelium & inhærentes firmamento sanctæ scripturę nō obscurat mundana iniquitas.

ITEM Hieronymus scribens ad Eustochium in proœmio commentariorum in Esaiam.

Ignorantia scripturarum est ignorantia Christi. 10

SI iuxta apostolū Paulum Christus Dei virtus est, & dei sapientia: & qui nescit scripturas, nescit dei virtutem, eiusq; sapientiam. scripturarum[a] ignorantia, Christi est ignorantia.

a ergo Ignoratio. &c. Greg. cap. 1. primæ partis paste. id habet.

ITEM Gregor. in Moralibus.

A domino sciuntur vel ignorantur, qui ea quæ dei sunt sapiunt vel ignorant. 11

QVi ea quæ dei sunt sapiunt, à domino sapiuntur, & qui ea quæ dei sunt nesciunt, à domino nesciuntur: Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat ignorabitur. Idem, quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

1. Cor. 14. g

ITEM Augustinus cap. 17. Enchiridij ad Laurentium. to. 3.

Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. 12

2. pars.

QVanuis errare quanta possumus cura cauendum sit, non solùm in maioribus, verumetiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamen consequens vt continuò erret quisquis aliquid nescit: sed si quis existimet se scire quod nescit. pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium: verumtamen in qua re quisquis erret, interest

M.E.C.D. 2017

intereſt plurimũ.nã in vna eadẽq; re & neſciẽti ſciens,& erranti non errans recta ratione præponitur.in diuerſis autem rebus,id eſt cũ iſte ſcit alia,ille alia,& iſte vtiliora,& ille minus vtilia vel etiã noxia:quis nõ in eis quæ ille ſcit,ei præferat neſcientẽ?ſunt enim quædam quæ neſcire melius eſt q̃ ſcire.

» Sed licet per ignorantiã grãmaticæ artis aliquid vitioſum proferãt epiſcopi vel presbyteri,nõ tamen ideo à ſcholaſticis » ſunt deſpiciẽdi,quia morũ vitia magis quã verborũ ſunt præ- » cauenda. GRATIA. 3.pars.

VNDE Auguſt.in lib. de catechizandis rudibus. Cap.9.

Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. 13

SEdulo monendi ſunt[ſcholaſtici[a]] vt humilitate induti Chriſtiana,diſcãt non contẽnere quos cognouerint morũ vitia magis quàm verborũ deuitare: ſed cordi caſto linguam exercitatã nec conferre audeãt, quã etiam præferre cõſueuerunt.His maximè vtile eſt noſſe ita eſſe præponendas verbis ſentẽtias,vt præponitur animus corpori:ex quo fit vt ita malle debeãt veriores quàm diſertiores audire ſermones,ſicut malle debent prudẽtiores quàm formoſiores habere amicos.nouerint enim nõ eſſe voces ad aures Dei,niſi animi affectum. Ita enim nõ irridebũt,ſi aliquos antiſtites & miniſtros eccleſiæ fortè animaduerterint vel cũ barbariſmis vel ſolœciſmis Deũ inuocare:vel eadẽ verba quæ pronũciant,nõ intelligere, perturbatéque diſtinguere:non quia iſta minimè corrigenda ſunt,vt populus ad id quod planè intelligit , dicat amen : ſed quia piè toleranda ſunt ab eis qui didicerunt vt ſono in foro, ſic voto in eccleſia benedici.Itaque forenſis illa nonnunquã fortè bona dictio,nunquam tamen benedictio dici poteſt.

a pro incluſ. erat apud Augu. à grãmaticorum oratorũq; ſcholis veniẽtes, ſed ante Gratia. ſic Iuo immutauit in mag.dec.p.6.

IDEM ad Alexandrinum epiſcopum. 14

INdignum vehementer exiſtimo vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. *Augu. cap.50.*

IDEM de vera religione. *Palea.* 15

LOcutio diuinarũ ſcripturarũ ſecundũ cuiuſq; linguæ proprietatẽ accipiẽda eſt. habet enim omnis lingua quædam propria locutionũ genera: quæ cũ in aliam transferuntur,videntur abſurda. ITEM Hieronymus ad Pãmachium. 16 *Ex libris ſuis cõtra Iouinianum.*

ECcleſiaſtica interpretatio eriã ſi habeat eloquentiæ venuſtatem,diſſimulare eam debes,non fugere:vt non in ocioſis philoſophorum ſcholis, pauciſq̃ue diſciplinis , & vniuerſa[b] loquantur hominum genera.

ITEM Clemens papa epiſto.3.ad omnes Chriſtianos. b leg. vniuerſo loq.ho.generi.

Propter opprobrium ſenectutis à paruulis & à minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus. 17

NVllus epiſcopus propter opprobrium ſenectutis,vel nobilitatẽ generis,à paruulis vel minimis[c] eruditis,ſi quid fortè eſt c leg. minus.

M.E.C.D. 2017

tè est vtilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebel liter viuit, & discere atque agere bona recusat: magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis quàm fidelis esse monstratur.

VERSVS.

Hæc deponit eum qui non extrinseca nouit.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NEGOTIA SECVLARIA SCIANT.

DISTINCTIO XXXIX.

GRATIA. ECce plenariè monstratum est quòd sacerdotes oportet » literarum tam sacrarum quàm secularium esse peritos. » Nunc autem quæritur an secularium negociorū oportea- » teat eos habere peritiam. Hanc prælatis ecclesiæ esse necessa- » riam multis rationibus probatur. debent prælati subditis non » solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exē- » plo Christi, qui turbas sequētes non solum verbo docebat, sed » etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. vt » autem prælati hæc omnia plenè perficere possint, secularium » negociorum oportet eos habere solertiam: vt eorum cautela » & ecclesiæ seruentur indemnes: & cuique necessaria pro suo » modo ministrētur. Vnde quidam in episcopum electus à bea- » to Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione » res ecclesiæ dilapidarentur. VNDE Gregorius epist. 40. » lib. 8. scribit nobilibus ciuibus Neapolitanis. »

Secularium negociorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi. 2

PEtrus diaconus quem à vobis electū asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est: & nostis quia hoc tēpore talis in regiminis arce debet cōstitui, qui non solū de salute animarū, verumetiā de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse solicitus.

VERSVS.

Quadragena docet ornatum in omnibus esse.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT ORNATI INTERIVS.

DISTINCTIO XL.

GRATIA. 1. Tim. 3. A. OPortet quoq; esse episcopum ornatum, & hospitalem. » per ornamēta episcopalia, virtutes debēt intelligi: quę » à domino eis repromittuntur, dum dicitur: Sacerdo- » tes eius induentur salutari. Vnde in veteri testamento variis » vestibus ex præcepto domini sacerdotes ornati leguntur: quia » multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis: vt gra- » dui conferat decorem quem ab eo non accepit. non enim lo- » ca, sed vita & mores sanctum faciūt sacerdotem. vnde ex of- »

Psal. 131. Exo. 28.

ficio

M.E.C.D. 2017

» ficio ſuſcepto non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem bene
» viuendi ſe nouerint aſſecutos.

VNDE Symmachus papa ait.

Officium ſacerdotum non confert, ſed amittit licentiam delinquẽdi. 2

NOn nos beatum Petrum (ſicut dicitis) à domino cum ſedis priuilegio vel ſucceſſores eius peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille quippe perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmiſit ad poſteros. quod illi conceſſum eſt per actuũ lucem, ad illos pertinet quos par conuerſationis ſplẽdor illuminat. Quis enim ſanctũ dubitet eſſe quẽ apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſint bona acquiſita per meritũ, ſufficiũt quæ à loci prædeceſſore pręſtãtur. aut enim claros ad hæc faſtigia erigit: aut qui eriguntur illuſtrat.

Ennodius in li. pro defenſione quartæ & quintæ ſynodorũ Romanarum. * diaconus Symmachi. Ideo Symmacho tribuit hunc li. Gratia.

ITEM Hierony.[b] epiſtola ad Heliodorum.

Filij ſanctorum ſunt qui exercent opera eorum. 3

NOn eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli, ſcilicet tenere * cathedram regnantiũ cum Chriſto, quia hinc dicitur: non ſanctorum filij ſunt qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum.

b Paulo aliter ſe habent verba Hiero. ſed idem manet ſenſus. * *al. & tenere.*

ITEM Gregorius.

Morum nobilitas, non loci vel generis ſacerdotes notificet. 4

NOs qui præſumus, non ex locorum vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus: nec vrbium claritate, ſed fidei puritate.

IDEM Gregorius Anaſtaſio presbytero in epiſto. 29. ſeu cap. 193. lib. 6.

Non loca vel ordines, ſed merita Deo coniungunt. 5

NOn loca vel ordines creatori noſtro nos proximos faciũt: ſed nos aut merita bona ei cõiungũt: aut mala diſiũgũt.

ITEM Ioan.[c] Chryſoſt. homil. 40. ad ca: 21. Matthæi.

Magnitudo peccati vel dignitatis quemquam fortiter deiicit. 6

HOmo Chriſtianus fortiter cadit in peccatũ propter duas cauſas, aut propter magnitudinẽ peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

c claruit anno Chri. 400.

2. *pars.*

ITEM ex dictis Bonifacij martyris.[d]

Damnatur apoſtolicus qui ſuæ & fraternæ ſalutis eſt negligens. 7

SI papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis & remiſſus in ſuis operib⁹, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus nihilominus, innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit [primo] mãcipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternũ vapulaturus. Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus: niſi deprehẽdatur à fide deuius. pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutẽ poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

d qui archiepiſcopus Mogunti nus creatus erat anno 730. Tritem. Abbas.

3. *pars.*

ITEM Auguſtinus ad Valerium, epiſtola. 148.

M.E.C.D. 2017

Non ordines, ſed vitæ merita nos deo commendant. 8

4. pars. ANte omnia peto vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita,& maximè in hoc tempore facilius & leuius[a],& hominib⁹ acceptabilius,epiſcopi,aut presbyteri,aut diaconi officio, ſi perfunctoriè atque adulatoriè res agatur: ſed nihil apud Deum miſerabilius & triſtius & damnabilius. Idē: Nihil eſt in hac vita,& maximè in hoc tēpore,difficilius & laborioſi⁹ & periculoſius,epiſcopi, & presbyteri aut diaconi officio:ſed apud Deum nihil beatius ſi eo modo militetur quo noſter imperator præcipit. Quis autem ſit modus,nec à pueritia,nec ab adoleſcentia mea didici: & eo tēpore quo diſcere cœperā,vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum. nam quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur,qui remum tenere non noueram.

a lætius

ITEM Iſidorus.

Corrumpitur & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter & iuſtè ſeruetur. 9

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnū facit matrimonium,& ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus: ita clericatus & ſacerdotium vnum faciunt presbyterum: & electio & conſecratio vnum facit epiſcopum:quæ omnia vnum faciunt corpus, quod citius corrumpitur & ad terram trahitur, niſi legaliter conſeruetur,niſi iuſtè viuendo laudetur.

ITEM Ambroſius cap.4.libri de paradiſo.

Tom.4. *De eodem.* 10

5. pars. ILlud autem animaduerte, quòd extra paradiſum vir factus eſt,intra paradiſum mulier: vt aduertas quòd non loci, non generis nobilitate,ſed virtute vnuſquiſq; gratiam comparat ſibi.denique extra paradiſum(hoc eſt in inferiori loco)vir factus melior inuenitur:& illa quæ in meliori loco (hoc eſt in paradiſo)facta eſt,inferior inuenitur.

ITEM Gregorius epiſto. 57.ſiue cap.169.lib. 6. ad Ciriacum epiſcopum Conſtantino.

Gratia non locus ſaluat animam. 11

* Quamlibet. QVælibet * occulta loca ſine gratia animā ſaluare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoq; conſpicimus erratis electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate fuit iuſtus, in monte peccauit. Sed iſta cur dicimus,cū maiora nouerimus? Quid enim paradiſo iucūdius?quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex paradiſo,& angelus de cœlo peccando cecidit.

Gene. 19. g

IDEM Gregorius homilia .9.ſuper Ezechielem lib. 1.

De eodem. 12

ADam primus homo pro peccato de paradiſo eiectus eſt, hoc eſt,quia Dei nobilitatē à ſe deiecit,nobilitate loci priuatus eſt. ITEM Ioan.Chryſ.homil.43.ad cap. 23.Matth.

Non

M.E.C.D. 2017

Non est verus sacerdos omnis qui nominatur sacerdos. 13

MVlti sacerdotes,& pauci sacerdotes.multi ‖in‖ nomine, ‖&‖ pauci ‖in‖ opere. Videte ergo fratres quomodo sedetis super cathedram:quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.non locus sanctificat hominem, sed homo locum ‖sanctificat‖. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus, ‖est‖ sacerdos.Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit [cathedræ[a]] · qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ.Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit,nõ dignitatem.in iudicio enim tuo sedes:si quidem bene vixeris,& bene docueris [populum instruis[b]:] si bene docueris,& malè vixeris,tui solius condemnator eris. Nam bene viuendo,& bene docendo, populum instruis quomodo viuere debeat.bene autem docendo,& malè viuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare. Idem. Quicunque desiderauerit primatum in terra,inueniet confusionem in cœlo,nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit: nec vnusquisque eorum festinet quomodo aliis maior appareat,sed quomodo omnib⁹ inferior videatur:quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines, ille est iustior: sed qui fuerit iustior,ille maior. 6.pars.

a abilla

b pro incluſ.omnium iudex es.

Chryſ:hom.35. ad.c.Matt.20.

VERSVS.

Sit modus in clero gressus vestisque cibique.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT ORNATI EXTERIVS.

DISTINCTIO XLI. 1

GRATIA.

„ ECce quibus oporteat sacerdotem esse ornatũ moribus.
„ Sed præterea oportet illum esse ornatũ in exterioribus,
„ habitu videlicet & incessu.Habitu, vt nec fulgidis nec
„ sordidis, se vestibus ornet.vt enim ait Hieronymus[a]: Nec
„ affectaræ sordes,nec exquisitæ delitiæ laudes pariunt.
„ Quod tam de vestibus quàm de cibis intelligendum est.
VNDE Augustinus ait in libro.3.cap.12.de doctrina Christiana.

a verba Hieron. *Hier.ad Nepotiãnũ de vita clericorũ.et ad Eustochium de custo. virg.*

Pro moribus eorum cum quibus viuimus,etiam vti debemus alimẽtis. 2

QVisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habent mores eorum cum quibus viuit,aut intemperans, [b] aut superstitiosus est. quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur,excedat: aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus nõ vsus rerum,sed vtentis libido in culpa est.Quod igitur locis,& temporibus,& personis conueniat, diligenter attendendum est,ne temere flagitia reprehendamus. fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis precioſissimo cibo sa-

b quidã legit tẽperans. sed Gratia.postea in fi. huius dist. iterũ dicit intẽperans

M.E.C.D. 2017

bo ſapiens vtatur:inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat,& ſanius quiſque maluerit more do mini piſce veſci,quàm lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo more iumentorum. Non enim propterea cõtinentiores nobis ſunt pleræq; beſtiæ:quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſcemodi rebus non ex earum rerum natura quibus vtimur,ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi,vel probandum, vel improbandum eſt quod facimus.

Luce vlt. Geneſ.25.

ITEM Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis.

Non cibus ſed appetitus in culpa eſt. 3

DEliciæ quælibet ſi abſque deſiderio percipiantur,non officiunt:& viles cibi appetenter accepti impediunt profectũ abſtinentiæ.Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Helias carnes comedit. IDEM Auguſtin.in lib. de verbis domini,ſermone v.ſecundum Matthæum.

1.Reg. 23. & 3.Reg.17. a

Contra ſuæ infirmitatis conſuetudinem aliquibus cibis diuites vti non cogantur. 4

NOn cogantur diuites pauperum cibis veſci. vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ,ſed doleant aliter ſe non poſſe ſuſtentari. Si conſuetudinem mutant,ægrotant. Vtantur ſuperfluis,dent inopibus neceſſaria.Vtantur precioſis,dent pauperibus vilia.

IDEM in lib.quæſtionum euangeliorum,quæſt.1. lib. 2.

Aequanimitas tolerandi non vſus vel abſtinentia cibi iuſtitiam facit. 5

QVod dicit Dominus in euangelio,iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis:oſtendit filios ſapientiæ intelligere nec in abſtinendo nec in manducando eſſe iuſtitiam,ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantiam: per abundantiam non ſe corrumpendi,atque opportunè ſumendi vel non ſumendi ea quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino quid alimentorum ſumas vt ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo cõgruat in generibus alimentorum his cum quibus tibi viuendum eſt, neque quantum ſumas intereſt multum:cùm videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari cibis: & eos tamẽ illi ipſi paruo quo ſatiãtur,ardẽter & intolerabiliter & omnino turpiter inhiare:alios autẽ paulo plus poculo quidem ſaturari, ſed tolerabiliter [a] inopiam perpeti: vel ante† horam poſitas epulas, ſi id in tempore aut opus ſit aut neceſſe ſit, cum trãquillitate aſpicere,neq; tangere.Magis ergo intereſt nõ quid vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque perſonę ſuæ,& pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis accipiat: ſed quanta facilitate & ſeueritate [b] animi careat, cùm his vel oportet vel neceſſe eſt carere: vt illud in animo Chriſtiani compleatur

Matth. 11. Luc. 7.

a tolerabilius
† ora.
b al.ſerenitate

M.E.C.D. 2017

tur quod apostolus dicit: Scio & minus habere: scio & abundare, vbique & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. *Philip. 4. c.*

ITEM ex concilio Gangren. cap. 21. seu vlti.

Temperantia ciborum & vestium, non dissolutio eorum laudatur. 6

PArsimoniã cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum præter corporis diligẽtia n infucatum laudamus: dissolutos autem & fractos vestibus & incessu nõ recipimus; pietatem in priuatis domibus non includentes omnẽ locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in ecclesia Dei factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quæ conueniunt traditionibus apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus. *Epi. 24. ad Ioan. episc.*

ITEM Gregorius.

Sub specie virtutum sæpe se vitia ingerunt. 7

SAepe se vitia ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur. vt renacia [a], parcimonia, effusio, largitas, credulitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri. [a] leg. tenacitas

ITEM ex concilio Cartha. 4. cap. 17.

Meritis fidei & vitæ, non diuitiis episcopalis auctoritas quæritur. 8

EPiscopus vilem supellectilem & mensam ac victum paupe rem habeat, & dignitatis suæ auctoritatẽ, fidei & vitæ meritis quærat: hospitium quoque non longè ab ecclesia habeat.

ITEM ex eodem, cap. 45.

De eodem. 9

» CLericus professionem suam, & habitu, & incessu probet; GRATIA.
» & ideo nec vestibus nec calciamentis decorem quærat,
» Sicut ergo in cibis mores eorum cum quibus viuimus, ob-
» seruare monemur: sic & de indumenris intelligendum est. vt
» enim alibi dicitur: quisquis contemptis his cum quibus vi-
» uit, lautiora sibi vel austeriora præ cæteris indumenta vel ali-
» mẽta quærit: aut intemperans sui, aut superstitiosus est. In in-
» cessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris,
» mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis
» (vt Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde hi-
» storiographus ille cùm eius mutabilitatem describeret, cuius
» conscientia excitata curis mentem vastabat: inter cætera hoc
» etiam notabile indicauit dicens: Incessus eius modo citus,
» modo tardus.

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Qui vult præferri, debet bonus hoſpes haberi.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT HOSPITALES.

DISTINCTIO XLII. 1

GRATIA. *Matth. 25.*

HOſpitalem verò ſacerdotem eſſe oportet, ne ſit de numero eorum quibus in iudicio dicetur: Hoſpes fui, & non ſuſcepiſtis me. Qui enim Apoſtolum ſecutus fuerit, alios ad hoſpitalitatem debet inuitare. Quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? Si enim ſacerdos primùm à ſeipſo, & à domeſtica ſua eccleſia debet exigere quod poſtea populis imperet, ſi primùm imitando Chriſtum ipſe debet facere quæ poſtea populũ doceat: neceſſe eſt vt pauperes hoſpitio recipiat, quo ad hoſpitalitatem facilius ſuo exemplo ſubditos attrahat. Ordinandus itaque ſacerdos ad memoriã reuocet quomodo Abraham & Loth per hoſpitalitatis opera deo placere, & angelos hoſpitio meruerunt recipere: & quomodo angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberauerunt: quomodo clauſas domos cum hoſpitibus ignis ingreſſus perdiderit. Quomodo etiam ſecundum Hieronymum aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: ac ſi per opera omnia pietatis ſe inſtituat, vt & præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat. vtrunque enim pietati promittitur. Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicũ vtilis eſt, pietas autem eſt vtilis ad omnia, habens promiſſionem vitæ quę nunc eſt, & futuræ. Ab hac quiſquis alienus fuerit, in ſacerdotem ordinari nõ poterit. Si enim vidua ab eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes nõ recipit hoſpitio, quæ pedes ſanctorũm non lauit, quæ omne opus bonum non eſt executa: multo magis ſunt prohibendi à ſacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde quidem hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio cap. 11. excommunicantur. ſic enim in eo ſtatutum eſt.

Hiero. in regula monachorũ. c. de paupertate. 1. Timo. 4. b

Non ſunt deſpiciendi qui conuiuia puperibus exhibent. 2

SI quis deſpicit eos qui fideliter agapas, id eſt conuiuia pauperum exhibent, & propter honorem domini conuocant fratres: & noluerit communicare huiuſcemodi conuocationibus paruipendens quod geritur, anathema ſit.

GRATIA. Hinc etiam Ioannes euangeliſta in epiſtola ſua iij. quendam Diotrephen excommunicauit, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia deiiciebat.

In

M.E.C.D. 2017

In hoſpitalitate autem non eſt habẽdus delectus perſonarum,
» ſed indifferenter quibuſcunque ſufficimus, hoſpitales nos ex-
» hibere debemus.

» VNDE Ioannes Chryſoſtomus homilia 11. ad cap. 6. epiſtolæ ad Hebræos.

In recipiendis hoſpitibus nulla debet eſſe diſtinctio. 3

QVieſcamus ab hac abſurda curioſitate & diabolica, &[a] peremptoria. Si enim in clero ſe electum eſſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare. non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt. Circa maiora maius periculum vertitur. non enim das, ſed accipis. Si verò pro nutrimento poſtulat, ne in his examines: inquire quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat. ſi ſcrutator [b] eſſet circa refugientes ad ſe, nunquam angelos hoſpitio recepiſſet. fortaſſis enim non putaſſet eos angelos, ſed cum reliquis [c] repelleret: ſed quoniam omnes recipiebat, ſuſcepit & angelos. Non enim ex vita eorum quos accipis, mercedem tibi rettributurus eſt deus, ſed ex voluntate & [d] honorificentia multa, & miſericordia & bonitate.

a pernicioſa. legend.

2. *pars.*

b fuiſſet. legen.

c repuliſſet.

d leg. beneficentia.

Sed licet ipſa conuiuia deſpiciendanon ſint, tamen non in eccleſiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos partes ex eis ſibi tollere oportet. VNDE in Laodicen. concilio, cap. 27.

3. *pars.*

Clerici ad agapen vocati, partes ſibi non tollant. 4

NOn oportet miniſtros altaris vel ‖ quoſlibet ‖ clericos, *aut laicos* ad agapen vocatos partes tollere; propter iniuriam quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poterit deputari.

Cap. 28. eiuſdẽ concil. Laodic.

In locis deo dedicatis nec comedere, nec accubitus ſternere liceat. 5

NOn oportet in baſilicis ſeu in eccleſiis agapen facere, & intus manducare, vel accubitus ſternere ‖ non licet. ‖

ITEM ex concilio Carthag. iiij.

Niſi neceßitate coacti clerici in eccleſia non conuiuentur. 6

NVlli epiſcopi vel clerici in eccleſia conuiuentur: niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis (quantum poteſt fieri) prohibeantur. ITEM ex dictis beati Benedicti abbatis.

Cap. 30. concil. Carthag. 3.

4. *pars.* Ex regula S. Benedicti.

De eodem. 7 *Palea.*

ORatorium hoc ſit quod dicitur: nec ibi quicquam aliud [e] geratur vel [f] condatur quàm quod diuinis [g] miniſteriis conueniat. ITEM Auguſt. epiſt. 109. ad monachas. 8

IN oratorio præter orandi & pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impenſa concordent.

e *quæratur.*
f *tradatur.*
g *laudibus. rectè.*

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Verbis & factis clerum docet esse pudicum.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI PVDICI SINT, ET DOCTORES.

DISTINCTIO XLIII.

GRAT.

PVdicus quoque debet esse sacerdos, vt & moribus & verbis pudorem indesinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum genæ sponsæ, id est prædicatores, turturi comparantur. Debet etiam gratiam docendi habere: quia vt Hieron. ait, *innocentis absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. nam latratu canum, & baculo pastorum lupi sunt arcendi.

Cantic. 5. c

HIERON. *Ad Oceanum de vnius vxoris viro.*

*In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

GRAT.

VNDE Gregorius in iiij. cap. sui pastoralis parte ij. ait.

De discretione prædicationis & silentij. 2

SIt rector discretus in silentio, vtilis & cautus in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentiū eos qui eruditi poterant, in errore derelinquit. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hinc nanque eos per prophetam dominus increpat, dicens in Esaia: Canes muti, non valentes latrare. Hinc rursus quæritur dicens [in Ezechiele:] Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascēdere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud quàm tacendo terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur in Hieremia: Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur: qui dum fugitiua esse præsentia indicant, quę futura sunt manifestant. quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blādiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis, est sermo correctionis, quæ

Ioan. 10. c

Esa. 56. d

Ezech. 13. a

Thren. 2.

M.E.C.D. 2017

quæ increpando culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hinc etiam Paulus ait ad Titum: Vt potens sis in doctrina sana exhortari, & eos qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus monet dicens: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet declamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam tibi clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim quod in actibus Apostolorum legitur: Super pastores primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit: quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur in Exodo, vt tabernaculum sacerdos ingrediens tintinabulis ambiatur: vt videlicet prædicatoris voces habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur. Sacerdos nanque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Aptè autem tintinabula vestimentis illius describuntur inserta. vestimenta enim sacerdotis quid aliud quàm recta opera debemus accipere? Propheta testante qui ait in psalmis: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinabula inhærent, si vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur attendat: ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur, & cùm fortasse sapientem se videri desiderat, †virtutis compagem insipienter abscindat. Hinc nanque veritas dicit in Marco: Salem in vobis, & pacẽ habete inter vos. per salem quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait ad Romanos: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in Exodo in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinabulis mala punica coniunguntur. Quid ergo per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico vno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendũ proruat: hoc quod iam premisimus, per semetipsum veritas discipulis clamat in Marco: Habete salem in vobis, & pacem

ad Tit. 1. b
Malach 2. b
Esa. 58. a
Act. 2. b
Exod. 28.
Psalm. 136.
†*vnitatis.*
Marc. 9.
Roman. 12. a
Exod. 28. f
Marc. 9. g

M.E.C.D. 2017

pacem inter vos. ac si figuratè per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinabulis iungite, vt per omne quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed nec recta quidē nimiè & inordinatè proferantur: quia sæpe dictorum virtus perditur, cùm apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur: & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, qui seruire auditoribus ad vsum profectùs ignorat. Vnde bene per Moysen

Leuit. 15. a dicitur in Leuitico: Vir qui fluxum seminis patitur, immundus erit. In mente quippe audiētium semen futuræ cogitationis est audita æqualitas locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus in Actibus Apostolorum prædicator egre-

Act. 17. d gius seminiuerbius est vocatus: qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur: quia multiloquio subditus, ex eo sese inquinat; quod si ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis ædere in audiētium corde potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immundi-

2. Timoth. 4. a tiam semen fundit. Vnde Paulus quoque cùm discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit ad Timotheum epistola secunda: Testificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnū eius: prædica verbum, insta opportunè & importunè, dicturus importunè, præmisit opportunè: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas

Clemēs papa I. epist. 3. id habet in fine. opportunitatem nescit. ITEM [Origenes.]

Porcis, & canibus sacra non sunt committenda. 3

2. pars.

IN mandatis habemus vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus; quanto magis nosse oportet quis qualisve sit is, cui immortalitatis verba credēda sunt? Soliciti enim debemus esse ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed ob alias causas vtile

Matth. 7. a est viri huiusmodi habere notitiam. Si enim sciam, quia in his de quibus non potest dubitari quòd bona sint, emendatus est & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est: (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur vt ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videbatur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his quæ palam sunt, peccatis inuolutus permanet & inquinatus: non me oportet aliquid de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari & conuenire illū vt peccare desinat, & actus suos à vitiis emendet. Quòd si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere ea quæ eum minus

recte

M.E.C.D. 2017

rectè agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. nam nihil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur, ne fortè existiment nos responsionis penuria declinare certamen: & sic fides eorum lædatur, non intelligentiũ propositum nostrum. ITEM Anacletus.

Epist. 1. omnibus episcopis. 3. pars.

Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. 4

SCimus autem multos ob id infestare doctores suos, vt eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant: non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) à recta æmulatione & bona intentione recedere debent: scientes quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. *Matth. 5.*

ITEM Gregorius Venantio episcopo.

Epist. 33. lib. 1. Venantio cancellario Italiæ.

Non est mundus à sanguine subiectorum, qui dei consilium illis non annunciat. 5

EPhesiis Paulus dicit: Mundæ sunt *hodie* manus meæ à sanguine omnium vestrûm. non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium dei vobis. Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis dei consilium annunciare noluisset, quia cùm increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo pastor occidit. *Act. 20. f*

ITEM Nicolaus papa.

Nicol. papa 1. ad Michaelem imperatorem.

Aeternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen verbi dei non spargit. 6

DIspensatio est nobis cœlestis seminis iniuncta: væ si non sparserimus: væ si tacuerimus. quod cùm electionis vas formidet, & clamet: quanto magis cuilibet exiguo metuendũ est? proinde sicut non leue discrimen incumbit pontificibus siluisse quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui cùm debeant, parêre despiciunt.

» Pariter quoque obseruare debet sacerdos ne indignis & nõ
» intelligentibus secreta mysteria sua prædicatione referare in- 4. pars.
» cipiat. Qui enim ea docet quæ ab auditoribus non valent in- GRATIA.
» telligi, non ad eorum vtilitatem, sed sui ostentationem facit.
» Vnde in expositione Beati immaculati, dicitur: Vitium animi *In glossa ordinaria quæ est ex Ambr. serm. in psalm. 118.*
» est indignis secreta vulgare. quod fit vel loquacitate incauta,
» dum sine iudicio volat irreuocabile verbum: vel adulatione, vt
» ei placeat cui secreta reuelat: vel iactatione scientiæ, vt plura
» scire videatur. In quibus omnibus profectò datur intelligi
» quanta debet esse discretio in prædicatione sacerdotis: qua si
» fortè caruerit, tanquam torto naso sacerdotalis officij iudica-
» tur indignus.

VER-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Esuries non ingluuies sit præsulis vsus.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NON SINT VINOLENTI.

DISTINCTIO XLIIII.

GRAT. CVm autem vinolentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur. neque enim ebrietas prohibetur,& voracitas permittitur,vtrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus commemorat, scribens Romanis: Non in comessationibus & ebrietatibus. ventris nanque ingluuies ad luxuriam prouocat facilè, & omne opus bonum dissoluit. Vnde Hieronymus: Venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt,vt ex vicinitate membrorum cõ fœderatio intelligatur vitiorum.Hinc Nabuzardam princeps cocorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter cui multitudo cocorum deseruit,ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere, non luxuriari quærat. vnde ait Hiero. Tibi,ô sacerdos, de altari viuere, non luxuriari permittitur. Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus sed etiam laicis noxiæ,qui festiuos & solennes dies non aliter se dignè celebrare putãt,nisi comessationibus deseruiãt.

Rom. 13.d

ad Amandum & Au. ser.65. de tempore qui est 2. dominicæ primæ quadragesimæ hic in commen. ad ca. 3. Michæ.

VNDE Augustſcribit ad Aurelium episcopum.

Epist.64.

Non est vacandum comessationibus & ebrietatibus. 2

COmessationes & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, vt in honorem beatissimorum martyrum non solum per solennes dies(quod vnusquisque lugendum videat qui hęc non carneis oculis inspicit)sed etiam quotidie celebrentur.Et post pauca: Non ergo asperè(quantum existimo)non duriter, non modo imperioso ista tollũtur: sed magis docendo quàm iubendo,magis monendo quàm minando:sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum,& si quid minamur,cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram: ne nosipsi in nostra potestate,sed deus in nostro sermone timeatur. Itaque prius monebuntur spirituales,aut spiritualibus proximi: quorum auctoritate & leniissimis quidem & instãtissimis admonitionibus cætera multitudo frangatur.

ITEM ex concilio Laodicensi.

Cap.24.

Nulli clericorum aut continentium licet tabernas intrare. 3

NOn oportet clericos seruientes à presbyteris vsque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros,aut lectores,aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas,aut etiam eos qui in proposito continentiæ sunt, tabernas[nisi causa necessitatis]intrare.

Hoc deest,sed additur à Grat. propter cap. 5. infrà c.

ITEM

M.E.C.D. 2017

ITEM ex sexta [a] synodo.

Deponatur clericus qui tabernam aut ergasterium habere voluerit. 4

NVlli clerico licet [b] tabernam aut ergasterium habere. si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis aliis ministrare in ea? Si quis verò tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur. ITEM ex concil. Carthag. iiij.

Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur. 5

CLerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

ITEM Gregorius Natali episcopo.

Corripiendus est episcopus qui conuiuijs occupatur. 6

MVltis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici pastorali cura derelicta, solis te conuiuijs occupatum: quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis probarem. Nam quia nequaquã lectioni studeas, nequaquã exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium, quod his sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis. IDEM ad eundem.

De eodem. 7

COnuiuia communia quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè vestra fraternitas in suis epistolis laudat: sed tamen sciendum est: quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cùm in eis nulla absentium vita mordetur: nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negociorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cùm non plus quàm necesse sit seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ virtutis habeatur. hæc itaque si vos in vestris conuiuijs agitis, abstinentium* (fateor) magistri estis. ITEM ex concilio Nanetensi.

Palea. 8

NVllus presbyterorum quando ad anniuersarium diem xxx. aut vij. vel iij. alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat: nec precarus amore sanctorum vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus incõditos & fabulas inanes ibi referre aut cantare præsumat: aut turpia ioca vel vrso vel tornatricibus ante se fieri patiatur: nec laruas dæmonum ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & sacris canonibus prohibitum.

ITEM ex eodem.

De eodem. 9 *Palea.*

QVando autem conueniunt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat: & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes: & per vices cibum & potum

a Ca. 9. 6. synodi in Trullo.

b Forte leg. tabernarium habere ergasterium.

Cap. 27. concil. Carthag. 3. epi. 14. lib. 2.

2. pars.

Gregor. epi. 37. lib. 2. ad Natalem episcopum.

* *abstinentiæ.*

M.E.C.D. 2017

tum benedicant: & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Poſt refectionem ſimiliter hymnum dicant ad exemplum domini, ſicut in cœna feciſſe legitur: & ſe contineant omnes presbyteri maximè in talibus locis: vt non vituperetur miniſterium eorum. ITEM ex eodem.

De eodem. 10 *Palea.*

QVando presbyteri per calendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum miniſterium ad neceſſariam collectionem: non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium ibi ad tabulas reſideant: ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecẽs eſt & oneroſum: ſæpe etiam tardè ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione conſequuntur (quod de grauedine mutua cõtrahunt) quàm lucrum ibi faciant. nam de huiuſmodi conuentu Paulus Co-
1. *Corint.* 11. rinthios reprehendit: quia inconuenienter cœnam dominicã manducare conueniẽbant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id eſt, ad collationem verbi ſub occaſione conueniunt, & ex ingluuie ventris cauſa coniunguntur: reprehenſibiles coram deo & hominibus habentur: & ideo peractis omnibus qui volunt panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant: & ſinguli ſingulum bibere faciant: & maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant: & ſic ad eccleſias redeant. ITEM ex concil. Laodicen.

Cap. 55. *Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent.* 11

NOn oportet miniſtros altaris vel quoſlibet clericos, aut etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis [quæ vulgus comeſſalia appellat] conuiuia celebrare.

3. *pars.* incluſ. deſunt

ITEM ex concilio Tolet. iiij.

Cap. 7. *Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuiis miſceatur.* 12

PRo reuerentia dei & ſacerdotum id vniuerſa conſtituit ſynodus, vt (quia ſolent crebro menſis ocioſæ fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum immiſceatur. per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Cap. 62. *lib. Martini Brachi. de ſyno. Græcorum.* ITEM ex concilio Martini papæ.

De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. 13

NOn liceat ſacerdotes vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de confertis.

†*Cap.* 66. *eiuſdem.* †Nec oportet clericos vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia: nec aliquando clericos non hymno dicto comedere panem: & poſt cibos gratiam auctori deo referre.

Si ergo laicis comeſſationes damnabiles ſunt, multo magis

M.E.C.D. 2017

gis sacerdotibus imputantur ad gehennam. venter enim pinguis (vt Hieron. ait) crassum sensum generat, cùm sacerdotalis sensus econtra vigil esse debeat & tenuis: atque ideo edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in Moral.) qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent.

Hieron. ad Nepotianum.

Gregor. cap. 12. lib. 23. expositionis in Iob.

VERSVS.

Non sis percussor si vis bonus esse sacerdos.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NON SINT PERCVSSORES, SED MODESTI.

DISTINCTIO XLV.

» SEquitur: NON PERCVSSOREM. non enim oportet episcopum ita esse irascibilem & perturbati sensus, vt » percutiat, qui debet esse patiēs: sed sequatur eum qui dor» sum posuit ad flagella.

GRAT.

VNDE Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopolitano.

Epist. 52. & cap. 91. lib. 2.

Verborum correctione, non verberibus timeri debet episcopus. 2

QVid autem de episcopis qui verberibus timeri volunt, canones dicant: bene fraternitas vestra nouit. pastores enim facti sumus, non percussores. egregius prædicator dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Noua verò atque inaudita est ista prædicatio quæ verberibus exigit fidem. ITEM in quodam concilio.

De eodem. 3

NEminem quisquam peccantem clericum cæde attingat: non presbyter diaconum, non episcopus clericum vel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. quod si ita causa exigit, id est si incorrigibilis extiterit clericus, triduo priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.

Epist. 14. libr. 11.

ITEM Gregor. Paschasio episcopo Neapolit.

Non asperis, sed blandis ad fidem verbis sunt aliqui prouocandi. 4

QVi syncera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis debent non asperitatibus studere: ne quorum mentem reddita ratio ad planum poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui voluerint cultura remouere, suas illic magis quàm dei causas probantur attendere. Iudæi siquidem Neapolim habitantes questi sunt nobis asserentes, quòd quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatū suarum solennia colere, sicut eis nunc vsque & parentibus eorum longis retro tempori-

M.E.C.D. 2017

bus licuit obſeruare.quòd ſi huius rei veritas ita ſe habet, ſuperuacuæ rei videntur operam dare. Nam quid vtilitatis eſt quando etſi contra longum vſum fuerint vetiti,ad fidei illius conuerſionem nihil proficit: aut cur Iudæis qualiter cerimonias ſuas colere debeant,regulas ponimus,ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum eſt ergo vt potius ratione & man ſuetudine prouocati ſequi nos velint,nō fugere: vt eos,ex eorū codicibus oſtēdentes quæ dicimus,ad ſinū matris eccleſię deo poſſimus auxiliante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis prout poterit deo adiuuante ad conuertendum accēdat, & de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo non permittat: ſed omnes feſtiuitates feriaſque ſuas (ſicut hactenus tam ipſi quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt)liberam habeāt obſeruandi celebrandique licentiam.

ITEM vniuerſis epiſcopis per Galliam,& Europam,& Germaniam conſtitutis.

Non ſeueritate ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant. 5

LIcet plerunque accidant ſacerdotibus quæ ſunt reprehendenda,plus tamen erga corrigēdos agat beneuolētia quàm ſeueritas, plus cohortatio quàm comminatio, plus charitas quàm poteſtas: cùm nemo noſtrum ſine reprehenſione,aut ſine peccato viuat. Nam ſi dominus ſtatim poſt trinā negationem beatum Petrum apoſtolum præceptorem noſtrum iudicaſſet,non tantum ex eo fructum, ſicut fecit,recepiſſet. Expectādi ergo atque corrigēdi magis ſunt rectores eccleſię,quàm ſtatim iudicandi. Vnde neceſſe eſt quæque negocia eccleſiaſtica poſt multarū experimenta cauſarū ſolicitius perſpici, & diligentius pręcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis & pacis omnis materies ſcandalorū,& præſumptio inuidorum, atque oppreſſio ſimplicium fratrum de eccleſiis domini auferantur. Et ſicut non vult quiſquā fratrū ſe aliorum iudicio prægrauari: ita non audeat alij inferre quod ſibi non vult fieri.

GRAT. Iudæi non ſunt cogendi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſceperint,cogendi ſunt retinere. "

Cap. 56. concil. Tolet. 4. VNDE in Tolet.concil.ſtatutum eſt. *anno Chriſti* 645.

Sicut non ſunt Iudei ad fidem cogendi, ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur. 6

Ex mag. Iuone pa. 1. Roman. 9. d a cuius DE Iudæis autem pręcepit ſancta ſynodus, nemini deinceps ad credēdum vim inferri. [a]cui enim vult deus miſeretur, & quem vult,indurat. non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volētes,vt integra ſit forma iuſtitiæ. ſicut enim homo propria arbitrij voluntate ſerpenti obediens periit: ſic vocante ſe gratia dei,propria mentis conuerſione quiſque credēdo ſaluatur: ergo non vi,ſed libera arbitrij ſui voluntate & facultate vt cō uertantur,ſuadendi ſunt,non [potius] impellendi. Qui autem iam

M.E.C.D. 2017

iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est tẽ poribus religiosissimi principis [a]Zizebuti, quia iã constat, eos sacramentis diuinis associatos & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis domini extitisse participes: oportet vt fidẽ quam etiam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogãtur, ne nomen domini blasphemetur, & fides quã susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

a Sisebuti, sub eo floruit Isidorus al. apud Iuonem legend. Sisemandi.

ITEM Leo papa episcopis.

Epist. 82. Leo papa 1. Anast. episc. Thessal.

Benevolentia plusquam severitas erga corrigendos agat. 7

LIcet nonnunquam accidant quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis: plus tamen erga corrigẽdos agat benevolentia quàm severitas, plus exhortatio quàm cõminatio, plus charitas quàm potestas, sed ab his qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, facilè ab hac lege disceditur, & dũ dominari magis quàm cõsulere subditis *queãt*, [b]placet honor, [c]inflat in superbiam, & quod prouisum est ad concordiã, tendit ad noxam. ITEM ex canone apostolorum.

b honor placet, inflat superbia; &c. vt hic.

Deijciatur ab officio presbyter & diaconus & episcopus verberibus timeri quærens. 8

Cap. 28. *iuxta veterem translationem.*

EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deiici ab officio suo præcipimus, quia nunquam nos docuit hoc dominus, sed econtrario ipse cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

ITEM ex concilio Bracha. *circa annum Christi 670.*

Cap. 6. *concil. Brach. 3. 2. Timoth. 4.*

Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. 9

CVm beatus Paulus apostolus arguere & obsecrare vel increpare in omni bonitate & patientia præcipiat, extra hãc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cædibus inhonoratos efferuescere, quantas poterãt latrocinantiũ promereri personæ: & ideo qui gradus iam ecclesiasticos meruerũt, id est, presbyteri, abbates, [b]siue leuitę, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum vt passim vnusquisque prelatus honorabiliora mẽbra sua prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subiiciat & dolori: ne dũ incautè subdita percutiat membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dicit: Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autem nimiæ increpatio nec increpationem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos licentia perceptæ potestatis elatus malitia animi tantũm crediderit verberãdos, iuxta modum verberum quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij sententiam sustinebit.

b &

M.E.C.D. 2017

2. pars. GRAT. Prouerb. 23. b Cap. 4. lib. 2. Dialog. Ioan. 2. c. 1. Corinth. 5. *Elymam.

Salomon verò econtra admonet dicens: Percute filium tuũ virga, & liberabis animam eius à morte. Hinc etiam beatus Gregorius scribit in dialogo, beatum Benedictum quendã monachum virga percutiendo sanasse, quem crebra admonitione curare nõ poterat. Hinc etiam dominus flagello facto de funiculis malè versantes in templo flagellauit, & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem illum satanæ corporaliter vexandum tradidit: & magum *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus pueri qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubentur. Virgines quoque si religionis veste depositâ aliis se copulauerint, ergastulis retrudi præcipiuntur.

HINC etiam Gregor. in moralibus 20. lib. parte 4. cap. 6.

Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. 10

Gregor. c. 6. lib. 20. ad cap. 29. Iob. †consolans. a sæuiens

DIsciplina vel misericordia multũ destituitur si vna sine altera teneatur, sed circa subditos inesse debet rectoribus & iustè †consules misericordia, & piè [a]seruiens disciplina. Hinc est quòd semiuiui illius vulneribus qui à Samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur & oleum: vt per vinũ mordeantur vulnera, per oleum foueantur: quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat; in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mundantur putrida; per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentũ, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & mãna est, quia cùm scripturæ sacræ scientia est in boni rectoris pectore, si est virga districtionis: sit & mãna dulcedinis. Hinc etiã Dauid ait: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. [b] Sit ergo districtio iustitiæ, quæ feriat: sit & cõsolatio baculi, quæ sustẽtat. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperãs: sit zelus, sed non immoderatè sęuiens: sit pietas, sed non plusquàm expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam simul cum seueritate sociatã. Videamus amantẽ piè, & districtè sæuiẽtem. Certè cùm Israeliticus populus ante dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector audisset: Descende, peccauit populus tuus, ac si ei diuina vox diceret: Qui in tali peccato lapsus est, meus nõ est. atque subiungeret: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciamque te in gentem magnam: ille semel & iterũ pro populo cui præerat obicem se ad impetum dei irascentis opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, de-

2. Paral. 5. Psalm. 22. b Si ergo est, &c. Ibid. Greg. continuò. Exod. 32. b.

le

M.E.C.D. 2017

le me de libro tuo,quem ſcripſiſti. Penſemus ergo quibus viſceribus eundem populum amauit,pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petiit. Sed tamen iſte qui tanto amore eius populi cō ſtringitur:contra eius culpas penſemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt culpæ veniam ne delerentur obtinuit,zelo rectitudinis ſuccenſus inquit:Ponat vir gladium ſuper femur ſuū,ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum,& occîdat vnuſquiſque fratrem,vxorem,& amicum,& proximū ſuum . cecideruntque in illo die quaſi xxiij. milia hominum. Ecce qui vitam hominū etiam cum ſua morte petiit,paucorum vitam gladio extinxit . Intus arſit igne amoris,foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas,vt eos quos diuinitus feriri timuerat,ipſe iudicij gladio feriret . Sic amauit eos quibus præfuit , vt pro eis nec ſibi parceret , & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt quos amauit,vt eos etiam domino parcente proſterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique admirabilis mediator , cauſam populi apud deum precibus, cauſam dei apud populū gladiis allegauit. Intus amans diuinæ iræ ſupplicando obſtitit, foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit. In regimine ergo vtrūque Moyſes miſcuit,vt nec diſciplinæ deeſſet miſericordia, nec miſericordiæ diſciplina. Vnde in Iob iuxta vtranque virtutem dicitur:Cumque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Sedere quippe circunſtante exercitu,vigor eſt [a]diſciplinæ regiminis:mœrentium verò corda conſolari,eſt miniſterium pietatis. [b]IDEM.

Exod. 32. f

Iob. 29. d.

a ac diſciplina.
b Iſidorus.

Iuſtè iudicans miſericordiam cum iuſtitia ſeruat. 11

Iſid. c. 54 li. 3. de ſummo bono id habet.

OMnis qui iuſtè iudicat,ſtateram in manu geſtat . In vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat:ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati tēperat pœnam,vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat:quædam verò per miſerationem indulgeat. Qui dei [c]iuſtitiam oculis ſuis proponit,ſemper timens & tremens in omni negocio formidat,ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat: & vnde non iuſtificatur,inde potius condemnetur.

c al. Iudicia

ITEM Auguſt. in enchiridio cap. lxxij.

Qui remittit,& qui corripit,vterque miſeretur. 12

ET qui emendat verbere in quem poteſtas datur , vel coercet aliqua diſciplina,& tamen peccatum eius quo ab illo læſus aut offenſus eſt, dimittit ex corde , vel orat vt ei dimittatur,non ſolum in eo quòd dimittit ex corde atque orat,verū etiam in eo quòd corripit, & aliqua emēdatoria pœna plectit, eleemoſynam facit,quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis quando eorum conſulitur vtilitati,nō

M.E.C.D. 2017

voluntati, quia ipſi inueniuntur ſibi inimici.

Iuo Carn. lib. 2. de eleemoſyn. refert.

SVNT enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus ait. 13

De multiplici genere eleemoſynarum.

TRia ſunt genera eleemoſynarum. vna corporalis, egenti dare quicquid poteris. altera ſpiritualis, dimittere à quo læſus fueris. tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. ITEM Auguſt.

Homil. 6. lib. 50. homiliarũ.

Eleemoſynis pecuniæ præfertur eleemoſyna cordis. 14

DVæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, alia pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei à quo læſus es. nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes: [a] indulgere peccanti quantum volueris, redundat tibi. Eleemoſyna cordis multo maior eſt quàm eleemoſyna corporis. Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtãtia terrena ſufficit *ſibi*. Illa verò quæ corporaliter daſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit.

a leg. indulge.

Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine mãſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo qui prætermiſſis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouẽtur: non quilibet corporaliter flagellantes, ſed prætermiſſa manſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt, qui per flagella nõ vitia corrigere, ſed timeri appetunt; quibus Petrus ſcripſit: Ne ſitis dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. "

GRAT. 3. pars.

1. Pet. 5. a

Hinc etiam Greg. ſcribit in moral. li. xix. parte iiij. ca. xxiij.

Cap. 16. lib. 19. ad cap. 29. Iob.

Manſuetudo & diſtrictio abinuicem non ſeparentur. 15

SVnt nanque nonnulli ita diſtricti, vt etiam omnem mãſuetudinem benignitatis amittant, & ſunt nonnulli ita mãſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ; quatenus nec à compaſſione pietatis obdureſcant cùm contumacem corrigunt; nec diſciplinæ vigorem molliant cùm infirmorum animos conſolantur. Regat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinẽ, & manſuetudo ornet [ſermone] vigorem, & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

IDEM homilia 34. [b] euangeliorum.

b In cap. 15. Lucæ initio ſtatim homeliæ.

Vere iuſtus miſeris compatitur, delinquentibus indignatur. 16

VEra iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò [c] deſignationẽ, quanuis & iuſti ſoleant rectẽ peccatoribus indignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. Indignantur etenim, ſed non dedignantes [ſunt] *perſecutionem commouent, ſed amantes*. At contra hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt: & quo ſe peccatores eſſe nõ

ç dedignationẽ.

cre-

M.E.C.D. 2017

credunt,eo deterius peccatores fiunt.

ITEM Hieron.ad cap.4. lamentationum Hierem.

Peccantes manſuetudine prouocentur,non auſteritate abijciantur. 17

REcedite(inquiunt)polluti,recedite,abite, nolite nos tangere, nobiſcum nolite communicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum, ſed magis occîdit,atque in deſperationem periclitantem mittit.Boni etenim rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes, magis per humanitatis & manſuetudinis †leuamentum ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis nutantes propellere. †lenimentum

» Vnde doctor gẽtium:Factus ſum,inquit, infirmus infirmis. 1.Cor.9.d

IDEM. Origenes homil. 7.ad c.6.& 7.

In populum ira dei deſæuit cùm prædicator delinquentes palpat, & non corripit. 18

SEd illud non ocioſe tranſcurrendum eſt, quòd vno peccante ira dei ſuper omnem populum venit. hoc quomodo accidit?quanto ſacerdotes qui populo præſunt,ergo delinquentes beneuoli videri volunt,& verentes peccantium linguas,ne fortè malè de eis loquãtur:ſacerdotalis ſeueritatis immemores nolunt complere quod ſcriptum eſt: Peccantem coram omnibus argue,vt ceteri metum habeant. Et iterum:Auferte malum à vobiſipſis. nec zelo dei ſuccenſi imitantur Apoſtolum dicentem:Tradidi huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis,vt ſpiritus ſaluus fiat. Neque illud euangelij implere ſtudent,vt ſi viderint peccantem, primò ſecretè eum conueniãt, poſt etiã duobus vel tribus[adhibitis teſtibus,]qui ſi cõtẽpſerit,& poſt eccleſiæ correctionem non fuerit emendatus, de eccleſia expulſum velut gentilem habeant aut publicanum,& dũ vni parcunt, vniuerſæ eccleſiæ moliuntur interitum. quæ eſt iſta miſericordia,quæ iſta bonitas,vni parcere,& omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur: ſic & vno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente, plebs vniuerſa polluitur. Ioſue id habet. 1.Tim.5.d 1.Cor.5.d Ibidem. Matth.18. arbitris

» Hinc etiam alibi dicitur: Rectorem ſubditis pietas matrẽ, » diſciplina verò patrem exhibeat. Percuſſor quoque dicitur,qui » ſermone inutili infirmorum conſcientiam vulnerat. GRAT. 4. pars.

VNDE Anacletus papa epiſt. ij.

Qui ſermone incauto cõſciẽtiã percutit infirmorũ,percuſſor vocatur. 19

SAnè percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inutili conſcientiã percutit infirmorũ. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet eũ qui ſecundũ doctrinã fidelis eſt ſermonẽ,vt potens ſit cõſolari in doctrina ſancta,& cõtradicẽtes redarguere, & rectè viuentes atque etiam rectam fidẽ tuentes conſolidare. ad Tit.1.d

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Presbyter vt mitis sit, vitet iurgia litis.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NON SINT LITIGIOSI.

DISTINCTIO XLVI.

GRATIA. I. *Timoth.* 3.

SEquitur in epistola ad Timotheum: NON LITIGIOSVM. Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorū, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ad lites, in subiectos tumidè intonant, quod ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est.

VNDE Gregorius scribit in Moralibus, libro vicesimo tertio, parte quinta cap. xij.

Greg. lib. 23. cap. 12. ad cap. 33. Iob.

Arrogantes nesciunt inferre humiliter quæ docent. 2

HOc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre quæ docent, & recta quæ sapiunt, etiā rectè ministrare non possunt. In verbis enim eorum proditur, quod cùm docent, quasi in quodam sibi videntur summitatis culmine residere, eosque quos docent, vt lōgè infra se positos velut in imo despiciūt, quibus non cōsulēdo loqui, sed vix dominando dignantur. Rectè autē his per prophetam dominus dicit: Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potētia. Cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non cum tranquillitate ratiocinādo corrigere, sed asperè inflectere dominādo festinant. At cōtra vera doctrina tāto vehementius hoc elationis vitium fugit per coguitionē, quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum māgistrum elationis insequitur. Cauet enim ne eū elatis moribus prædicet, quē in cordibus audientium sacris sermonibus insectatur.

Ezech. 34.

Ecce quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. litigiosi nāque vel adulationibus animos principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt, vel inter fratres discordiā seminando, seditionem nunquam facere cessant, quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.

2. pars.

Greg. cap. 30. lib. 18. ad cap. 27. Iob.

VNDE Gregor. scribit in moralibus lib. xviij. parte iiij. cap. iij.

De his qui peccatoribus adulantur. 3

SVnt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus effe-
runt, augent quæ increpare debuerant. Hinc enim per prophetam dicitur: Væ his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippe sub cubito puluillus, vel ceruical sub capite iacentis ponitur, vt molliter quiescat. Quisquis ergo malè agētibus adulatur, puluillum sub cubito, vel ceruical [sub] capite iacētis ponit,

Ezech. 13. c

M.E.C.D. 2017

ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursus scriptū est: Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietē liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus vir sicut mala de bonis non æstimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicēs: Absit hoc à me, vt iustos vos iudicem. donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. *Ezech. 13. b* *Iob. 27. a*

HINC etiā in concilio Carthaginen. iiij. ca. *vj. legitur. *54.

Adulator vel proditor clericus ab officio degradetur. 4

CLericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio.

ITEM cap. lv. eiusdem.

Excommunicentur ab episcopo, qui fratribus non probanda obiiciunt.

ACcusatores fratrum episcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obiiciunt: & si emendauerint vitium recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

ITEM cap. lvij. eius. concil. Carth. 4.

Remoueatur ab officio clericus maledicus, scurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur. 5

CLericus maledictus (maximè in sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam: si noluerit, degradetur: nec vnquam absque satisfactione ad officium reuocetur.

ITEM cap. 60. eiusdem.

De eodem. 6

CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio esse retrahendum censemus.

ITEM cap. 54. eiusdem.

De eodem. 7

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. ITEM cap. 67.

Non sunt ordinandi qui seditionibus vacant. 8

SEditionarios statuimus nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltores.

ITEM ex concilio Laodicensi cap. 5. [a]

Vsuras exigere clericis minimè licet. 9

NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras vel lucra quę sescupla[b] dicūtur accipere. ITEM Leo papa. 1. epist. 1. cap. 4.

Nec suo nomine nec alieno clericus fœnerator existat. 10

SIcut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim crimē suum commodis alienis impendere & exercere. Fœnus autē hoc solum aspi-

a hæc pertinent ad sequentem distinctionem.

b ἡμιολίας .i. cū stata die redditur totū quod mutuo datū est & præterea vsuræ nomine dimi

M.E.C.D. 2017

diū: quod in frugibus veteri Iure erat permissum. C. Theodosia. sub ti. de vsuris. l. 1.

aspicere & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, à domino (qui multipliciter & in perpetuum mansura tribuit) recipere valeamus.

VERSVS.

Exercens fœnus absit quasi crimine plenus.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI NON SINT AVARI NEC VSVRARII.

DISTINCTIO XLVII. 1

GRATIA.

QVod autē in fine huius capituli vsurarij ordinari prohibentur, inde est, quòd vsuram exercentes cupiditati deseruire probantur, cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia tales facilè à iusto deuiarent.

VNDE in canonibus Apostolorum cap. xliiij. legitur.

Diaconus, presbyter, & episcopus, exigens vsuras nisi desierit, deponatur. 2

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè deponatur.

Cap. 17. ITEM ex concilio Niceno. cap. xviij. †*

†* *Quidam male interpretando, sequētem canonē corrūpunt. Breuiter explicabo. Biennio antequam ederetur hic canō, Lex Constātini interuenerat, quæ definierat hunc vsurarum modum vt in pecunia numerata singulas centesimas, in frugibus verò vel liquidis vel aridis mutuo datis singulas hæmiolias, seu sesquialteras partes recipere liceret. Itaque vsura quadruplo maior in frugib. quàm in pecunia numerata permittebatur. Extat lex illa Constantini in codice Theodosianarum legū lib. iiij. tit. de vsuris l. 1. Cum autem catholicæ ecclesiæ, cum omnis vsura, tum illud tam immoderatum lucrum & fœnus ea lege permissum, Christiano homine videretur indignum: omnibus regulæ Christianæ obnoxiis has vsuras interdixit. Quin etiam Iustinianus hanc immoderationem detestatus, centesimas pecuniæ restrinxit ad trientes, sesquialteras verò frugum, ad centesimas. l. eos. §. 1. c. d. vsuris. Nouell. XXXII. XXXIII. XXXIIII. ad quas hæc plenius enarraui. Ergo post legem Iustiniani Christianis licebit ea moderatione fœnerari? Minime vero. Canoni enim cui derogare non potuit Imperator, parendum, quàm legi. Quærant ergo vsurarij Christiani alium defensorem. Contius.*

Vsuras exigens siue clericus, siue subiectus regulæ, deiiciatur. 3

QVoniam multi sub regula constituti auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique diuinæ scripturæ dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: mutuum dantes† centesimas vsuras exigūt, iustè censuit magna & sancta synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem vsuras accipiens, aut aliquam adinuentionem faciēs, vel quolibet modo negocia transigens, aut hemiolia, [id est sescupla] exigens, vel aliquod tale prorsus excogitans turpis lucri gratia: deiiciatur

2. Cor. 5. † *centesimam*

a Inclusa verba sunt interpretis recte sane inter-

M.E.C.D. 2017

tur à clero, & alienus existat à regula. HINC etiam Gregorius in xix. lib. moralium. cap. xxv. ad cap. xxviij. Iob scribit dicens.

pretãtis, neque (vt quidã) verba ecclesiæ corrumpentis.

Temporalibus lucris deseruientes Deo nequaquã militare probantur. 4

OMnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parú quidem in labore subsistunt. pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cælesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione verò coram Domino vel vnius horæ momento lassantur. Sæpe nuditatẽ, deiectionem, famam pro acquirendis diuitiis atque honoribus tolerant, & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laborioſè quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hi itaque quasi aliarũ [a]arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti, quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt, at contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquã sunt in terrenis desideriis fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius atq; distantius studiosos magis deo se exhibẽt, quàm seculo fuisse meminerint. Nam cùm quibusdam per prędicatorem nostrum dicitur: Humanum dico propter infirmitatẽ carnis vestræ. sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, eorum procul dubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum: nec debiliores vos habeat sancta libertas *aëris, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

[a] *malarum*

Roman. 6. c.

** charitatis, quàm vos in carne, &c.*

IDEM Greg. ciuibus Neapolitanis epist. xl. lib. viij.

Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. 5

DE Petro insuper peruenisse an nos cognoscite, quia solidos dedit ad vsuram, quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere, & si ita cõstiterit, alium eligite, & ab huiusmodi vos persona sine mora suspendite. Nam nos [b]amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò subtili habita inquisitione hoc falsum esse putaueritis, quia persona eius nobis ignota est. & vtrum ita sit de simplicitate quod ad nos perlatum est, ignoramus: cùm decreto à vobis facto, ad nos eum venire necesse est, vt vitam moresque illius solicitius inquirentes, sensum quoq; pariter cognoscamus, vt si iudicio huic aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus. ITEM ex concilio Elibertano, cap. xx.

[b] Sententia Christiano digna.

Degra-

M.E.C.D. 2017

Degradetur clericus qui vsuras accipere detegitur. 6

Leo papa I. epi. 51. 2. pars.

SI quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere.

ITEM Leo episcopus Anatholio episcopo Cõstãtinopolitano.

Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. 7

VIrum catholicum, & præcipuè domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari: ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura: Post concupiscentias tuas ne eas. Eccles. 18. d Mens enim potentiæ auida nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.

*Heduorũ episcopum.

ITEM Gregor. epist. cxj. lib. vij. ad Syagrium.*

Qui cupiditatem à se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet. 8

Luc. 12. c. BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus.

Ambr. ser. 81. ITEM Ambr. de eo quod scriptum est in euangelio: Hominis cuiũsdam diuitis fructus vberes ager attulit.

Auari est hominum bona inuadere quorum necessitatibus subuenire valet.

SIeut hi qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed phantasias passionis suæ vident, ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat, gratius intuetur aurum quàm solem. ipsa eius oratio & supplicatio ad deum aurum quærit. Et post pauca. [a]Interdũ etiã vsuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur: sed nec satietas vnquam nec finis aderit cupiditati. & infrà. Sed ait aliquis*: quid iniustum est, si cùm aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens, dic tu: quid propria dicis? quæ [ex quibus [b]recondis,] in hunc mundum detulisti? Quando ingressus es in hanc lucem, quando de matris vẽtre existi, quibus facultatibus quæso, quibus subsidiis stipatus ingressus es? Et post pauca: [c]Proprium nemo dicat quod est commune: quòd plusquam sufficeret sumptui, etiam violenter obtentum est. & infrà: Nunquid iniquus est deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens & abundans: aliis verò deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? tu verò susceptis dei muneribus, & in sinũ tuum redactis, nihil te reputas agere iniquum si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auarus, quàm qui tam multorum alimenta non suum vsum, sed abundantiam & delicias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quàm cùm possis & abundans

Per ironiam alludit ad iniquitatem vsuræ: cum nihil sterilius sit pecunia, arte tamen fœneratorum effectum sit vt pariat.

*auarus

b pro includ. quid ex reconditis.

c Terra communiter omnibus hominibus data est, proprium nemo dicat quod è communi plusquam sufficeret sumptũ & violenter obtentum est.

M.E.C.D. 2017

dans sis, indigentibus denegare. esurientium panis est quem tu detines. nudorum indumentum est quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia quam tu in terram defodis. Tantorum te ergo inuadere scias bona, quantis ipse possis præstare [a]quod velis.

« Necesse est etiam vt ille qui ordinandus est, suæ domui sit « bene præpositus, id est, si in laicali habitu vxorẽ habuit vel fi- « lios, à vitiis ad virtutũ studia & verbo & exẽplo prouocet, vt « quod postea præcepturus est populis, prius exigat à domesti- « cis. Vnde Apostolus Ephesiis scribit, vt vxores suas sicut sua « corpora diligant, & filios suos non ad iracundiam prouocẽt: « sed enutriant illos in omni disciplina & correctione domini. « Vnde cùm Paulus ad Timotheum scribens dixisset: Suæ do- « mui bene præpositum, statim subiunxit: Habentem filios sibi « subditos in omni castitate, & non in accusatione luxuriæ. « non enim talium cohabitator frontẽ habet alios redarguen- « di. Vnde de beato Iob legitur quòd pro filiis suis quotidiana « offerebat Deo sacrificia, offerẽs holocausta per singulos, quos « tanta charitatis perfectio in vnum cõstrinxit, vt quisque eo- « rum in suo die conuiuium fratribus præpararet, & ad epulan- « dum secum tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia « Hely facere dissimulauit, ac falsa pietate superatus delinquen « tes filios ferire noluit, (sicut in libro Regum legitur) apud di- « strictum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione « percussit. vnde ei diuina voce dicitur: Honorasti filios tuos « magis quàm me. Hinc etiam Dauid erga filios bonitatẽ non « disciplinæ seueritatem exercens, eorum iuuentutem experi- « mento didicit esse pernicioſam, quorum pueritiam vaga li- « centia permisit esse voluptuosam. Vnus quippe eorum soro- « rem suam stupro corrumpens, à fratre eius Absalone videlicet « inter epulas quas fratribus suis fraudulenter parauerat, ob- « truncatus est. Absalon verò postquam veniam à patre ob- « tinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingressus « est: demum per inuia deserti patrem persequens, quercui in- « hæsit, atque ita suspensus interiit. Hinc etiam Paulus ad « Timotheum scribit dicens: Qui suorum & maximè dome- « sticorum curam non habet, fidem negauit: & est infideli de- « terior. Iure ergo qui domui suæ nescit præesse, in episcopum « ordinari prohiberur: quia qui in re minima de qua sibi fami- « liarior debet cura inesse, fidelis non est: quomodo in eccle- « sia Dei, vbi tot sunt alieni, solicitam diligentiam exhibebit? « vnde Hieronymus. Non enim iustus polluitur ex viciis fi- « liorum: sed libertas ab Apostolo ecclesiæ principi reseruа- « tur, vt talis fiat qui non timeat propter vitia liberorum ex- traneos reprehendere. Quod tunc fiet, si non erit quod sibi impu-

a si Episcopi & ecclesiastici domui suæ bene præsint. 3. pars.

GRATIA. Interpretatur verb. Apost. Domui suæ bene præpositum. *Ephes. 5. c.* *1. Tim. 3. a*

Iob. 1. b

1. Reg. 2. f

2. Reg. 13. a *2. Reg. 16.*

2. Tim. 3. a.

Hieron. in comment. ad ca. 1. epist. ad Ti.

M.E.C.D. 2017

4. pars. Psalm. 36. imputetur. cùm enim gressus hominis à domino dirigantur, nec sint in homine eius viæ, corripere quidem potest: corrigere autem non valet. pulsare potest, non aperire: manus comprimere, no animum mutare.

Aug. epist. 137. ad Hipponenses. VNDE Augustinus ad Vincentium Donatistam.

Bonorum hominum disciplina, mores immutare non valet. 10

QVantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo; nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quàm arca Noe, vbi tantum inter octo homines vnus reprobus inuentus est. Aut melior sit quàm domus Abrahæ. cui dictum est: Eiice ancillam, & filium eius. Aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Simpliciter autem fateor charitati vestræ coram domino Deo nostro, qui est testis mihi super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi: quoniam sicut difficilè sum expertus meliores quàm qui in monasteriis profecerunt: ita non sum deteriores expertus, quàm qui in [a] monasterio defecerunt. Hinc arbitror dictum in Apocalypsi: Iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.

Genes. 9. Genes. 21. d Malach. 1.

a monasteriis ceciderunt. Apoc. 22. b

ITEM Cypriano Cornelius papa. [b]

Conuitia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. 11

QVod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit semper dare operã, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis autem vltrò & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit: nos in die iudicij inculpatos futuros credimus, qui eorum consulimus sanitati; illos solos in pœnis remãsuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. nec mouere nos debẽt conuitia perditorum quo minus à via recta & à certa regula non recedamus, quam Apostolus instituit dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

b Contemporaneus eius, ambo martyres.

VERSVS.

Neophytus prohibetur in hac ne promoueatur.

Non Neophytũ

EPISCOPI ORDINANDI ET ECCLESIASTICI NON SINT NEOPHYTI. DISTINCTIO XLVIII. 1

GRATIA. Ex Hiero. tacite transsumpta ex epi. ad Ocean. in 1. To. 2.

PRohibentur autem Neophyti in episcopos ordinari, vt " qui heri erat catechumenus, hodie non fiat episcopus. " qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia. qui " vespere erat in circo, hodie non ministret altario. qui du- " dum fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator "

virgi-

M.E.C.D. 2017

" virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundum
" Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam tanquam religio Chriſtia-
" na plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momen-
" taneus nanque ſacerdos neſcit humilitatem obſeruare & mo-
" dos perſonarum, vel ſeſe contemnere : non ieiunauit, non fle
" uit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogãtiam
" (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui in puncto horæ necdum
" diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait. Miſerum eſt
" eum fieri magiſtrum, qui necdum didicit eſſe diſcipulus. *Inno.pa.pri.epi. 12. ad Aureliũ.*

VNDE de eiſdem in Niceno concil c.ij.legitur.

Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. 2

QVoniam multa ſunt ſiue per neceſſitatem, ſiue ex quacun que cauſa contra regulam geſta, ita vt homines ex vita gentilium nuper adhuc catechizati vel inſtructi ſtatim ad ſpirituale baptiſma veniſſent: & continuo cũ baptizati ſunt, etiam ad epiſcopatum vel presbyterium prouecti ſunt: rectè igitur viſum eſt de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt vt ſit catechumenus: & poſt baptiſma multa probatione indiget. euidens nanque eſt apoſtolicum præceptum dicens: Non neophytum: ne fortè elatus in ſuperbiam in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. *1.Tim.3.b* Si verò præcedente tempore aliquod mortale peccatum admiſerit: & conuictus duobus vel tribus teſtibus fuerit: ceſſabit à clero qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hoc fecerit, tanquam contraria ſtatutis ſancti concilij gerens, etiam ipſe præcipitabitur de ſtatu ‖ ſui ‖ cleri.

" Neophyti verò hodie appellantur propoſitum ſacræ reli- GRATIA.
" gionis nouiter aſſumentes.

VNDE beatus Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, epiſtola.111.lib.7.

Quis dicatur Neophytus, & vnde ſit. 3

SIcut Neophytus dicebatur, qui in initio ſanctæ fidei erat eruditione plãtatus: ſic modò neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. Ordinatè ergo ad ordines aſcendendum eſt. nam caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi à nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi antè pondera quàm ſolidentur accipiant, cunctam ſimul ad terram fabricam deponant.

VER-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Clericus esse nequit in corpore si viciatur.

EPISCOPI ORDINANDI ET ECCLESIASTICI SINT VIRTVTIBVS PRAEDITI. DISTINCT. XLIX. 1

GRATIAN.

ECCE à quibus vitiis debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi, apparet. Qui enim intercessores pro populo ad Deũ parantur, necesse est vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Greg. ait in pastorali.

Verba Gregor. Greg. c. 11. pri. partis pastoralis

Solicitè formidãdum est ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. cuncti enim liquidò nouimus: quia cùm is qui displicet, ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo desideriis terrenis adstringitur, caueat ne districti iram iudicis graiius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur: nec locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium dãnabiliter regnat: ne is quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.

Greg. c. 11. pri. part. continuo.

IDEM in eodem pastorali.

Sacrificium Deo non offerat, qui vitiis est maculatus. 2

Leuit. 21.

HInc etenim superna voce ad Moysen dicitur in Leuitico: Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo: nec accedat ad ministerium eius. vbi repente subiungitur. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si mancus, si lippus, si gibbosus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel *ponderosus.

*In bibliis legitur hernioſus. sed Gregor. pro eodem accipit ponderoſum. Regum 2.

Cæcus quippe est qui supernæ lucem cõtemplationis ignorat, qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum lucem venturam nequaquam diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat, nescit. Hinc etenim per prophetantem Annam dicitur: Pedes sanctorum suorum seruabit: & impij in tenebris conticescẽt.

Gregor. ibidem

Claudus verò est, qui quidem quo peragere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ non valet tenere quam videt: quia videlicet dum quis ad virtutis statum fluxa consuetudine non erigitur: quò desiderium eius nititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus & dissoluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris, vt nõ claudicãs quis etret: magis autem sanetur. Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. naso quippe odores

Hebr. 12

M.E.C.D. 2017

odores fœtoresque discernimus. rectè ergo per nasum discretio exprimitur: per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. vnde & in laudibus sponsæ dicitur: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. quia nimirū sancta ecclesia quę ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit: & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum se existimari hebetes nolunt, sæpe se in quibusdam inquisitionibus plusquā necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. vnde hoc quoque subditur, vel grandi vel torto naso. Nasus quippe grandis & tortus est discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plusquam decet excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est, qui viam domini pergere omnino non valet: atq; à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc nō vt claudus saltem cum infirmitate teneat: sed ab his omnibus alienùs omnino existat. Gibbosus verò est quē terrenæ solicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat: sed solis his quæ in infimis calcātur intendit. qui & siquando aliquid ex bono patrię cælestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem non attollit: quia cognitionis statum erigere non valet, quē terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex eorū quippe specie Psal. dicit: Incuruarus & humiliatus sum vsquequaq;. quorum culpā per semetipsam veritas reprobās ait: Semen autem quod in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt verbum, & à solicitudinibus & diuitiis & voluptatibus huius vitę euntes suffocantur, & non referunt fructum. Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionē veritatis emicat: sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt: sed humore defluente infirmantes palpebræ grassescūt: quæ quia infusione crebra atterūtur, etiam acies pupillæ vitiatur. & sunt nōnulli quorū sensum carnalis vitæ operatio sauciat, qui videre recta subtiliter per ingeniū poterāt, sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaq; est cuius sensum natura exacuit, sed cōuersationis prauitas confundit: cui bene per angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Collyrio quippe oculos vt videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine operationis bonæ adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucē videre non finitur: qui arrogātia sapientiæ seu iustitiæ excęcatur. Pupilla nāq; oculi nigra videt: albuginē tolerans nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultū se peccatoremq; intelligit, cognitionē intimæ claritatis apprehendit. Si autē sibi candorē iustitię seu sapientiæ tribuit, à luce se supernæ cognitionis excludit: & eo claritatē veri lu-

Cantic. 7.

Ibidem continuo Greg.

Psal. 118.

Luc. 8.

Apoc. 3.

Greg. ibid. continuo.

M.E.C.D. 2017

minis nequaquam penetrat, quò se apud se per arrogantiã exaltat: sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sapien
Ad Rom. 1. tes, stulti facti sunt. Iugem verò scabiem habet, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur: per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsq; ad operationẽ prosilit, nimirũ feruor intimus vsque ad cutis scabiem prorupit: & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas nõ reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginẽ Pau
1. Cor. 10. lus curabat astergere, cum dicebat: Tentatio vos non apprehendat nisi humana. ac si apertè diceret: Humanũ quidem est in corde tentationem perpeti; dæmoniacum verò est tentationis certamine & operatione superari. Impetiginem quoq; habet in corpore quisquis auaritia vastatur in mente: quæ si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat: & absq; occupati tædio excrescẽs membrorũ decorẽ fœdat: quia & auaritia captiuam animã dum quasi delectat, exulcerat; dum adipiscenda quæq; cogitationi obijcit, ad inimicitias accẽdit: & dolorẽ in vulnere non facit: quia æstuanti animo ex culpa abundãtiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarũ quoq; virtutum per hanc pulchritudo deprauatur: & quasi totũ corpus exasperat: quia per vniuersa vitia animũ supplantat: Paulo
1. ad Tim. 6. b atteſtante qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est qui turpitudinem opere non exercet: sed ta-
Greg. ibid. men ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsq; ad opus nefariũ rapitur, sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur: quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est qui totis cogitationibus ad lasciuiã defluens, põdus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non auellitur mẽte: nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere, quia grauat hunc in absconditis pondus turpe. Quisquis ergo cuilibet horum vitiorum subiicitur, panes domino offerre prohibetur: ne profecto diluere aliena delicta nõ valeat is quem adhuc propria deuastant. Quia igitur paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat, atq; hoc indignus qualiter pertimescat ostendimus: nunc is qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat demonstremus.

Hiero. ad cap. 1. Malachiæ.

ITEM Hierony. super Malachiam.

Indoctus terrena lucra sectans, vitiatus ordinari non debet. 3

SAcerdotes nomen domini despiciunt & quantum ad se panem pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedũt, quique

M.E.C.D. 2017

que dato munere sacerdotium præsumunt. Panem quoq; polluit qui doctrinã domini in populo malè dispergit: & qui honorat potentem, & despicit pauperem. & infra. Si offeratis cæcum animal ad immolandũ: nomine malũ est? &c. Superius accusati de panibus nunc accusantur de victimis. Cæcũ animal offert qui ordinat indoctum in loco docti: magistrumq; facit qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert qui lucra terrena quærentem locat: vtpote pedem in diuersa ponentem: vnum in diuinis: alterum in carnalibus: cui potest infetri illud de libro Regũ: Vsquequo claudicatis in duas partes? Languidum offert qui vitiosum habet pro religioso: quiq; tardum & pigrum probat patientẽ: dicens illum negligentiæ redarguendum. Indignum est enim dare Deo quod dedignatur homo. *Hieron. ibid. paulo inferius.* 3. *Reg.* 10. *d*

VERSVS.

Quinquagena malos punit quos post reparabit.

ECCLESIASTICI CRIMINOSI DEPONENDI SVNT AB ORDINIBVS.

DISTINCTIO L.

GRATIAN.

» EX præmissis auctoritatibus liquido mõstratum est, quòd
» variis criminibus irretiti, in sacerdotes ordinari nõ possunt: nunc autem de eisdem quæritur, vtrum post per-
» actam pœnitentiam, vel in propriis ordinibus remanere, aut ad
» maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritati-
» bus variis criminibus irretiti à propriis ordinibus deiiciuntur,
» & ab accessu maiorum prohibentur.

» VNDE Gregorius ait Constantio Mediolan. episcopo. *Greg. epi. 17. lib. 4. ad Cõstantium siue ca. 61.*

Lapsi in suum ordinem reparari non possunt. 2

SI lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia cõceditur, vigor canonicæ procùldubio frangitur disciplinæ: dũ pro reuersionis spe, prauæ actionis desideria quis concipere nõ formidat. & post pauca. Illud autem præ omnibus studete cauere, vt lapsos in sacro ordine nulla nobis supplicatio aliquo modo reuocare studeat: ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur eis esse vindicta.

ITEM Martinus papa Amando episcopo. *Mart. pa. pri. ad Amandum.*

Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit. 3

QVi semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps iam depositus erit: nullumq; gradum, sacerdotij poterit adipisci. ITEM Gregor. papa [a] Fabiano episcopo. a al. Sabino in manuscrip. sed legẽd. Sabiniano vt apud Iuonem part. 3.

Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. 4

PResbyterum de quo nos fraternitas tua latoris [b] presentium legatione cõsuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut reuocari posse cognoscat. Circa quẽ tamen *Greg. epi. 25. lib. 7. ad Sabinianum.* b apud Greg. est relatione.

M.E.C.D. 2017

tamen mitius agendum est: quia cõmissum facinus facili dicitur professione confessus.

ITEM Ioannes viij. Cœnomantico Vticensi episcopo.

Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. 5

MIror minus [a]doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidiũ posse in sacerdotio ministrare: immo (quod est ineptius) nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni prębeamus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus tale quid existimaret, vel post quantamcunque pœnitentiam concedendũ: cum [b]omnino canonicæ disciplinæ sit cõtrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus, lacrymarum fonte flagitiũ tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus, salutis possit inuenire suffragiũ.

[a] nimis.

[b] omni

ITEM Nicolaus papa.

Ad maiorem gradum clericus peruenire non potest qui paganũ occidit. 6

CLericum qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi: qui carere etiam debet acquisito. homicida enim est. Nam cùm discreti sint milites seculi à militibus ecclesiæ: non conuenit militibus ecclesiæ militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

ITEM Osbaldo [c]coepiscopo Quadrantino.

Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. 7

DE his clericis pro quibus cõsuluistis, scilicet qui se defendendo, paganum occiderunt: si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere: scito nos nullam occasionẽ dare, nec vllã tribuere eis licentiam quemlibet hominum quolibet modo occidendi. Verumtamen si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multũ sibi consulit si ab officio sacerdotali recesserit: satiusq; est illi in hac vita domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quàm alta indebitè appetendo damnabiliter in profundum inferni demergi.

[c] In manuscrip. corepiscopo. Contius.

ITEM ex concilio Agath.

Cap. 50.

Cadat ab officio episcopus presbyter aut diaconus capitale committens crimen. 8

SI episcopus aut presbyter, aut diaconus capitale crimen cõmiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimoniũ dixerit: ab officio honore depositus, in monasterium detrudatur: & ibi quandiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. ITEM ex concilio Martini papæ.

Ca. 26. lib. Martini Brach. episcopi de synod. Græcorum.

Qui homicidij facto aut præcepto aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. 9

SI quis viduam aut ab alio relictam duxerit: non admittatur ad clerum. quòd si irrepserit, deijciatur. Similiter si homici-

dij

M.E.C.D. 2017

dij aut facto,aut prȩcepto,aut cõsilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit, & per aliquam surreptionẽ ad clericatum venerit,deijciatur: & in fine vitæ suæ laicam communionem tantummodo accipiat.

IDEM Grego. Ianuario episcopo Caralitano. *Epi. 26. lib. 3.*

De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. 10

PEruenit ad nos quosdã de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante ad ministerij sui officium reuocari: quod omnino prohibemus: & in hac re sacratissimi quoq; canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrũ ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit:sacro ordine careat,& ad altaris ministerium non accedat.

ITEM Venantio Lunensi episcopo.

Greg. epi 5. sine cap. 49. lib. 4.

De eodem. 11

ACcedens ad *Gorgoniam insulam fraternitas vestra discutiat id quod ad nos de Saturnino [a] presbytero relatum est. peruenit nanq; ad nos quòd postquam de sacris ordinibus lapsus, à sui sacerdotij ordine est deiectus: ad explendum ministerium presbyterij [b] præsumpserit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare.quod si ita factũ esse vestra fraternitas repererit,eum sacri corporis & sanguinis domini participatione priuatum in pœnitentiam redigat, ita vt vsque ad diẽ vltimum in eadem excõmunicatione permaneat: & viaticũ tantummodo exitus sui tempore percipiat. [c] Si autẽ eum talẽ pœnitẽtiam agere fraternitas vestra cognouerit, vt ei iustè ad recipiendam inter laicos cõmunionem,etiam ante exitũ[vitæ] debeat misereri: hoc in tuæ fraternitatis ponimus potestate: [d] & infra. Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respõdentes,statuimus diaconum [e] abbatem, quem de portu Veneris in crimen indicas cecidisse, ad sacrũ ordinẽ non debere vel posse aliquo modo reuocari. quem quidem sacro ordine priuatum, in pœnitentiam deputare te conuenit. cuius si postea actus cõuersatioque meruerit, priorẽ inter alios monachos vbi decreueris standi locum non ordinẽ obtineat. Subdiaconi quoq; quos similis culpa cõstringit,ab officio suo irreuocabiliter depositi inter laicos communionem accipiant. In portu aũt Veneris loco lapsi diaconi aliũ qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum verò [f] presbyterum vt nunquã ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere,scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula [g] Gorgonia atq; Capraria solicitudinem monasterij gerere: & in quo statu est,sine cuiusquã aduersitate manere permittimus.* IDEM.

[a] al. Gorginam al. Gorgonam
[a] al. expresbytero.
[b] bpræsumpsit
[c] Sin autem
[d] In impressis Gregorij epistolis hic finis est epistolæ sup. citatę,& principiũ ep. 60. e. li.
[e] diaconem & abbatem. vet.
[f] exp. in manuſ.
[g] Gorgona

Loco lapsi alius ordinandus est. 12

POstquam quemquam criminaliter cadẽtem in locum quo lapsus est, nulla ratio permittit reuocari: & vltra tres men-

Greg. ad eundem Venantiũ epist. 16. sive c. 60. lib. 4.

non inueni,nec est quę hîc citatur. Contius.

M.E.C.D. 2017

ſes eccleſiam vacare pontifice ſtatuta ſanctorum canonũ non permittunt, ne cadente paſtore dominicũ gregẽ hoſtis (quod abſit) antiquus inſidiando dilaniet: fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in lapſi loco debet epiſcopum ordinare. ITEM Martinus papa.

Mart. pa. 1. ad Amandum.

Qui poſt ordinationem ſuam in lapſum ceciderit: ſacra myſteria non debet tractare. 13

SI poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit deprehenſus obnoxius: omnimodo prohibendus eſt cum manibus lutulentis atque pollutis myſteria noſtræ ſaluris [a] tractare.

a contrectare. vet.

GRATIAN. 2. pars. *Criminoſi poſt lapſum eccleſiaſtici pœnitentes reſtitui poſſunt & promoueri.*

Econtra exemplis & auctoritatibus probatur poſt actam « pœnitentiam proprios gradus licitè poſſe adminiſtrare, & ad « maiores poſſe conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſt- « quam lepra percuſſa eſt; quia in Moyſen murmurauerat: acta « pœnitentia à peccato mundata eſt, & priſtinam gratiã [b] pro- « phetizandi recepit. Aaron autem poſt conflatũ vitulum etiam « in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. Dauid poſt adulte- « rium & homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, & in proprio « gradu permanſit. Achab quoque poſt mortem Nabuthæ viri « ſanctiſſimi per pœnitentiam humiliatus, in regia ſede perman « ſit. [c] Et vt prætereamus multa exempla veteris teſtamenti, « Petrus negauit Chriſtũ: & poſtea princeps apoſtolorũ factus « eſt: Paulus Stephanũ lapidauit: & tamen à Deo in Apoſtolum « electus eſt. Multi quoque ab hæreſi ad vnitatem catholicæ fi- « dei reuertentes in ſuis ordinibus ſunt recepti: alij vero ad epiſ- « copalem etiam gradum ſunt promoti: vtpote Auguſtinus & « alij quàm plures. «

b al. prophetãdi

c quod tamen ei prædictum erat, canes eius ſanguinem mortui lingere debere, non multũ poſt tempus, accidit. 3. Reg. 6.

ITEM ex epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum. «

De eodem. *Palea.* 14

d Hęc palea deeſt in meo Gratiano manuſcripto. ſumpta eſt autẽ & Gratiano à gloſſographis adiecta ex præfatione Iuonis in ſuam παναρμίαν. Cõtigit Lucianus

[d] IOannes Chryſoſtomus *à* duabus ſynodis orthodoxorum epiſcoporũ fuit diiudicatus: ſed iterum fuit reſtitutus. Marcellus epiſcopus Ancyræ Galatiæ depoſitus fuit: ſed poſtmodum proprium recepit epiſcopatũ. Aſclepius diiudicatus à ſynodo, eccleſiã ſuã poſtea recepit. [e] Martianus epiſcopus [f] Andronopolites damnatus à papa Iulio, recepit eccleſiã ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus depoſitus fuit: poſtea recõciliatus eſt eccleſiæ ſuæ. Simili modo Policromiũ eiuſdem eccleſiæ Hieroſolymitanæ pontificẽ Sixtus papa dãnauit, & iterum ipſe eum reconciliauit. Innocentius papa Fortunatum epiſcopũ damnauit: ſed ipſe poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſiæ ſuæ. [g] Nicenum epiſcopũ à Felice papa damnatum Gelaſius papa ſucceſſor illius [[h] reconciliauit] & eccleſiæ ſuæ reſtituit. Leontius dum eſſet presbyter, depoſitus fuit: ſed poſtea in Antiochia patriarcha extitit. Greg. verò

e Hadrianopolites legendum.

g Miſenum

h & cõmunicauit apud Iuonẽ.

quar-

M.E.C.D. 2017

quartus papa Theodosiũ quẽ Eugenius eius anteceſſor preſbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſię[a] Seguinæ conſecrauit epiſcopum.[b] Abbas namque epiſcopus diiudicatus fuit: ſed ſancta ſynodus canonicè ſuam illi reſtituit eccleſiam. Rothardum verò epiſcopum ſanctæ Suesſion. eccleſiæ à ſynodo, cui Carolus interfuit rex, condemnatum: & [c] Sophidinum Placentinum epiſcopum merito reprobatum, Nico. papa ambos reconciliauit.

a Siguinæ
b Ybas apud Iuonẽ manuſcr. rectè. Contius.
c Sophrenum. vet. Iuo.

PRETEREA Calixtus papa de huiuſmodi ſcribit ita. *Epi. 2. ad epiſcopos Galliarum.*

Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt. 15

PONderet vnuſquiſq; ſermones ſuos: & quod ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene ſacra ſcriptura ait: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tẽpore indigemus vt aliquid maturius agamus, non præcipitemus cõſilia & opera noſtra: neque eorum ordinẽ corrumpamus. Sed ſi aliquis lapſus quoquo modo fuerit: ‖&‖ portemus eũ, & fraterno corripiamus affectu: ſicut ait beatus Apoſtolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſcemodi in ſpiritu lenitatis, alter alterius onera portãtes: & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Porrò ſanctus Dauid de mortiferis criminibus pœnitẽtiam egit, & tamen in honore permanſit. Beatus quoque Petrus amariſsimas lacrymas fudit, quando dominum ſe negaſſe pœnituit: ſed tamen apoſtolus permanſit, & dominus per prophetam pollicetur dicẽs: Peccator in quacunq; hora cõuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Errant itaq; qui putant ſacerdotes poſt lapſum ſi condignam egerint pœnitentiã, domino non poſſe miniſtrare, & ſuis honoribus[d] frui, ſi bonã deinceps vitã duxerint, & ſuũ ſacerdotium dignè cuſtodierint. Et ipſi qui hoc putant non ſolum errant: ſed etiam traditas eccleſiæ claues deſpicere videntur, de quibus dicitur: Quodcunque ſolueritis in terra, erit ſolutum & in cælo. alioquin hæc ſententia aut domini non eſt, aut vera eſt. Nos verò indubitãter tam domini ſacerdotes quàm reliquos fideles poſt ſatisfactionem dignam poſſe redire ad honorẽ credimus: teſtante domino per prophetã: Nũquid qui dormit, nõ adiiciet vt reſurgat? Et propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: Red de mihi lætitiã ſalutaris tui: & ſpiritu principali cõfirma me. Ipſe nanq; poſt pœnitentiã & alios docuit, & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus ſanctę eccleſiæ ſi lapſi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo geſſerint, vtrunq; facere poſſe: docere, & ſanctificari. Docuit enim quãdo dixit: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te cõuertentur. Sacrificiũ Deo obtulit pro ſe dum dicebat: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: cor contritum, &c. Vidẽs autem propheta ſua ſce-

d fungi

Gal. 6. a. *2. Reg. 11. & 21* *Matth. 26. g.* *Eze. 33. c.* *Matth. 16. c.* *Pſalm. 40.* *Pſalm. 50.* *Pſalm. 50.* *Ibidem.*

M.E.C.D. 2017

a al. Mundetur. lera mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicando & domino libando curare etiã aliena. [a]Mutatur ergo homo à peccato, & gratia Dei resurgit à lapsu: & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. videat ne amplius cadat: sed euãgelica sententia in eo maneat, quæ ait: Vade, & amplius noli peccare. vnde Apostolus ait: Nõ ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt non obediatis concupiscẽtiis eius. Sententiam quæ vetat misericordiã non solum tenere fratres, sed etiam audire, fugire: quia potior est misericordia omnibus holocautomatibus & sacrificiis. ITEM Hieronymus.

Ioan. 8.

Ad Rom. 6.

In pristinum gradum post pœnitentiã reuocari possunt pœnitentes. 16

Hiero. ad cap. 3. Malachiæ. Malac. 3. ET purgabit filios Leui; tempus enim est vt iudicium à domino dei incipiat. Et alibi scribitur: A sanctis meis incipite. In filiis autem Leui omnem sacerdotalem intelligit dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt & colandi, vt purum aurũ remaneat & argentum: quid de cæteris est dicendũ? qui cùm emẽdati fuerint & colati, tunc offerãt Deo iusta sacrificia: & placebit domino sacrificium eorum quod offertur pro Iuda & Hierusalem: hoc est pro his qui dominum cõfitentur, & pacẽ eius mẽte cõspiciunt sicut dies seculi, & sicut anni antiqui: hoc est vt cõmodo in principio placuerunt Deo, sic post peccatũ & pœnitẽtiam placere incipiãt, cũ omniũ fuerint peccatorum sorde purgati. ITEM Greg. Secundino.

Greg. epi. 53. lib. 7.

Lapsi reparari possunt. 17

QVia sanctitas tua requisiuit vt tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum dicis de hoc canonum diuersorum te legisse diuersas sententias: alias resurgendi, alias nequaquàm posse: ideo [b nos generales synodos à Nicena synodo incipientes ‖hanc‖ cum reliquis quatuor veneramur: quia ipsam sequẽtes cęteræ in cũctis canonicis sententiis vnanimiter concordant:]nos verò præcedentes patres sequimur: quia auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, vsque in quartum altaris ministrum hanc formam seruandam cognouimus, vt sicut minorẽ maior præcedit honore, ita etiam crimine, & quem maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta, [& sic postea pœnitentia] credatur esse fructuosa. quid enim prodest triticum seminare, & fructum eius non tollere: aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam itaque satisfactionem credimms posse [d] redire ad honorem, & [e] ad fontem misericordiæ recurrentes euangelicam sententiam proferamus. Gaudeo inquit super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super xcix. iustis qui non indigent pœnitentia. Et ouem perditam (xcix. non errantibus relictis in deserto) humero pij pastoris ad ouile reportandam

b pro includ. leg. apud Greg. generalissima quæ à Niceno concilio incipiunt, cũ reliquis 4. inuenimus concordantia.

c pro inclu. quę post pœnitentiã

d rediri e infra. Ad fontem. Luc. 15. b.

M.E.C.D. 2017

ta idam dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionem ad ouile humero deportatur, prædictis xcix. non errantibus in deſerto relictis: cur iſte poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus non reuocetur? [Sicut in Apocalyp. dicitur de miniſtro eccleſiæ: Memento vnde excideris, & age pœnitentiã: & prima opera fac.] Quid enim grauius eſt, aut carnale delictum committere, ſine quo pauci inueniuntur: aut Dei filium iureiurando negare? in quo verbo hunc ipſum beatum Petrum apoſtolorum principẽ (ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus) lapſum eſſe cognouimus: ſed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt: & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt: quia ab apoſtolatu eum non expulit, qui antè quidem ipſum ſe negare prædixit.

Incluſa deſunt? apud Gregoriũ impreſſum. *Apocal. 2. a.* *Matth. 26.*

IDEM ſuper Ezechielem. *Grego. homil. 9. ad c. 2. Ezech.*

Poſt acerrimam pœnitentiam lapſi reparantur. 18

QVid eſt hoc quòd prophetæ iacẽti dicitur: Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum; qui enim iacenti loquebatur, cur ſtanti promittit ſe locuturum? ſed ſciendum eſt quia alia ſunt quæ iacentes, alia quæ ſtantes audire debemus. Iacenti enim dicitur vt ſurgat: ſtanti autem præcipitur, vt ad prædicationẽ proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſiõe iacentibus præberi non debet authoritas prædicationis: ſed cũ iam in bono opere ſurgimus: & cùm iam recti ſtare cœperimus: dignum eſt vt ad lucrandos alios in prædicationẽ mitti debeamus. Stans ergo propheta viſionem ſpiritualem vidit, & cecidit: cadens verò admonitionis verba ſuſcepit vt ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit vt prædicaret. Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus, cùm iam de æternitatis timore aliquid ſentire cœperimus, dignum eſt vt per pœnitentiã cadamus. & dum infirmitates noſtras ſubtiliter cognoſcentes humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationem ad fortiora opera reſurgamus. *Ezech. 2. a*

IDEM. *Greg. ca. 16. lib. 18. ad cap. 28. Iob.*

De eodem. 19

FErrum de terra tollitur, cùm fortis propugnator eccleſiæ à terrena (quam prius tenuit) actione ſeparatur. non ergo in eo debet deſpici quod fuit: quia iam incipit eſſe quod nõ fuit.

ITEM †Auguſtinus. †*Hier. ad ca. 3. Mich. id habet.*

Poſt condignam pœnitentiam priſtina recipiuntur officia. 20

CVm exaudiero eos, dabo eis virtutem ſpiritus mei: & implebo eos iudicio meo & fortitudine. Animaduertite in præſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatum, ſi tamen vitia priſtina pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium & homicidiũ loquitur in Pſal. Aſperges me hyſſopo & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor: nec ſua tamen puritate contentus eſt, ſed infert: Redde mihi lætitiam *Eſaiæ. 37.* *Pſalm. 50.*

M.E.C.D. 2017

ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Cumque hoc feceris: docebo (ait) iniquos vias tuas: *& impij ad te conuertentur.*

ITEM Hieronymus.

Hieron. ad cap. 3. Zachariæ.

De eodem. 21

Zach. 3. a.

IEſus filius Ioſedech, ſacerdos magnus, quanquam in typo aduentum præceſſerit ſaluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenam ſibi ex gentibus copulauit eccleſiã: tamen ſecundum literã poſt ſacerdotium ſordidatus inducitur: aſtat diabolus à dextris eius: & candida illi deinceps veſtimẽta redduntur.

ITEM ex concilio Agathenſi.

cap. ſecundo.

Poſt pœnitentiam clerici correctigradum ſuum & dignitatem recipiant. 22

CONtumaces clerici prout dignitatis ordo permiſerit, ab epiſcopo corrigantur: & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita vt cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum dignitatemque recipiant.

ca. 17. li. Mart. Brac. epi. de ſynod. Græcorum.

ITEM ex concilio Martini papæ.

De eodem. 23

SI quis presbyter aut diaconus aut ſubdiaconus inuentus fuerit aliquid de miniſteriis eccleſiæ venundaſſe: quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamen epiſcopi dimittẽdus eſt, ſi in ſuo debeat recipi gradu: quia multotiens hoc ipſum quod de ſacroſancto altario contaminatum eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

Auguſt. epi. 50.

ITEM Auguſt. ad Bonifacium.

[a]*Palea.* 24

BEne valet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractã pœnitentiã: licet in hoc diuerſi diuerſa ſentiãt, dicentes nõ poſſe reſtitui ad honorem: ſed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorundã, & propter affectatas honorum dignitates.

a b Hæ duæ Paleæ deſunt in meo manuſcr.

ITEM Auguſtinus.

[b]*Palea.* 25

SAcerdos quidem ſi cadit, valet & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiã in honorem ſuum, propheta atteſtante, qui ait: Nunquid qui cadit, non adiiciet vt reſurgat? Et B. Grego. hoc dicit ad Secundinum epiſcopum incluſum amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus: qui cùm poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit: tamen poſtea peracta digna pœnitẽtia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.

Pſalm. 40.

Greg epiſt. 53. li. 13. ad Secũdinum.

Quomodo igitur huiuſmodi auctoritatum diſſonantia ad "
concordiam reuocari valeat, breuiter inſpiciamus. Sunt tamen "
quidã quos nõ odium criminis, ſed timor vilitatis, & amiſſio "
proprij

M.E.C.D. 2017

„ proprij gradus,& ambitio celsioris ad pœnitentiam cogit.hos
„ sacri canones irreparabiliter deiiciunt, quia qui simulatione
„ pœnitentiæ, vel affectione honoris à Deo non consequitur
„ veniam:nec ab ecclesia reparationem meretur.

VNDE Augustinus scribit ad Bonifacium. *epist. 50.*

Quare constitutum est in ecclesia ne post pœnitentiam quis ad clericatum redeat. 26

VT constitueretur in ecclesia ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu permaneat: non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ, alioquin contra claues ecclesiæ datas disputabitur. de quibus dictum est: Quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cælo. Sed ne fortè etiã de cæteris criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbè ageret pœnitentiam, seueriſſimè placuit vt post actam pœnitentiã de damnabili crimine nemo sit clericus: vt desperatione tẽporalis altitudinis medicina maior & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam: & tamẽ in honore suo perstitit. Et beatum Petrum, quando amariſſimas lachrymas fudit, vtique Deum negasse pœnituit: & tamen Apostolus permãsit. Sed non ideo opinanda est superuacua posteriorum doctorũ diligentia: quia vbi saluti nihil detrahebatur: humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius inueniretur. Expertus credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborũ, verum in huiusmodi causis vbi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum, sed populorum plurimorum strages iacet: detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus sanandis malis charitas syncera subueniat. *Matth.16.c*

ITEM ex epistola Cleri Romani missa papæ Cypriano. *epi.1.lib.2.epistola. Cypriani.*

Reparationis beneficium non nisi post pœnitentiam potest cõcedi. 27

ABsit à Romana ecclesia vigorem suum tam prophana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, vt cùm adhuc non tantum iaceãt ‖in peccatis‖ sed etiam cadãt euersorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum vtique non profutura præstentur. vbi enim poterit pœnitentiæ medicina procedere, si etiã ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? Hoc est nõ curare: sed (si verum dicere volumus) occidere est. 1.*Reg.11.* *Matth.26.g* ‖ deest in manus.

ITEM Cyprianus de lapsis. *Sermone 5.*

Impœnitentibus venia concedi non potest. 28

SI quis præpostera festinatione temerarius remissionem peccatorum cunctis putat se dare posse, aut audet Domini præ-

M.E.C.D. 2017

præcepta reſcindere: non tãtum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. prouocaſſe enim iram Dei eſt, non ſeruaſſe ſentẽtiam: nec miſericordiam piiſſimi Domini deprecari: ſed contempto domino de ſua facilitate præſumere. & infra. Mandant enim aliqua martyres fieri: ſed ſi iuſta, ſi licita, ſi nõ contra ipſum Dominum ac Dei [ſacerdotes] ſunt, facienda [ſunt.] Si obtemperantis facilis & prona confeſſio, ſi pœnitentis fuerit religioſa moderatio. Mandant Martyres aliqua fieri: ſed ſi ſcripta non ſunt in lege Domini quæ mandant: antè eſt vt ſciamus illos à Deo impetraſſe quæ poſtulant: & tunc facere [a]quod mandãt. Neque enim ſtatim videri poteſt *de* diuina maieſtate conceſſum, quod fuerat humana pollicitatione promiſſum. Nam Moyſes pro peccatis populi petiit, nec tamẽ peccantibus veniam à Deo cùm petiiſſet accepit.

Sacerdotium.

a quæ

Exod. 32. in fi.

Item Iſidorus ad *Maſſanum epiſcopum.

al. Maſsianum. Rabanus cap. 1. li. pœnitentium.

Qui ſunt reparandi poſt lapſum, vel qui non. 29

DOmino ſancto, meritisque beato, fratri [b] Maſſano epiſcopo Iſidorus epiſcopus ſalutem. Quod in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet quòd in canone Ancyritano capitulo xix. legitur poſt lapſum corporalem [c] reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam: alibi legitur poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparãdum antiqui ordinis meritum: hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitẽtiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio. At cõtra hi qui neque à vitio corruptionis emẽdantur, atq; hoc ipſum carnale delictum quod admittunt, vendicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur, nec gradum vtiq; honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiã reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immeritò conſequuntur ademptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitę. Id autẽ ne fortè magis ſit ambiguum, diuinæ authoritatis ſententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo præuaricatricis Hieruſalem oſtendit poſt pœnitentiæ ſatisfactionem priſtinum reſtaurari poſſe honorem. Confundere (inquit) ô Iuda, & porta ignominiam tuam. & poſt paululum: Et tu, inquit, & filiæ tuę reuertimini ad antiquitatẽ tuam. Quod dixit confundere, oſtendit poſt opus peccati debere quemque erubeſcere, & poſt confeſſionem pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humo poſtratam demergere, pro eo quòd dignum confuſione perpetrauerit opus. Deinde præcepit vt poſt ignominiam [d] & deiectionem ſui nominis ſiue dignitatis reuertatur ad ſuam antiquitatem. Ergo

Eadẽ Iſi. refert.

c reparandum.

Ezech. 16.

d id eſt, in manu ſcript.

dum

M.E.C.D. 2017

dum quiſque poſt opus confeſſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam portans, depoſitionem ſuam cum humilitate luget, reuocari ſecundum prophetam ad priorẽ ſtatum poterit.

Item Ioannes euangeliſta angelo Epheſi eccleſiæ inter cætera quędam ſimilia ſcribit: Memor eſto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: alioquin veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius. Ecce inquantum valui: concilij [a] Ancyritani antiquam planè, & plenam authoritatem ſacris teſtimoniis explanaui, oſtendens eum poſſe reſtaurari in proprio gradu qui per pœnitentiæ ſatisfactionẽ nouerit priora delicta deflere. Qui verò negligit nec luget quæ geſſit, & lugenda ſine vllo pudore religionis, vel timore diuini iudicij cõmittit, eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari cognoſcas. In fine autem huius epiſtolæ hoc adiiciendum putaui, vt quotienſcunque in geſtis conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius concilij ſententia magis teneatur, cuius [b] antiquior & potior extat authoritas.

*Quicunque igitur pro criminibus ſuis dignè Deo pœnitentiam obtulerint, authoritate Gregorij, & Auguſtini, & Hieronymi, & Iſidori, gradum priſtinæ dignitatis recipere poſſunt. Qui autem non odio criminis, ſed timore vilitatis, vel ambitione dignitatis vel honoris, falſas Deo pœnitẽtias offerunt, in priſtini honoris gradum reparari minimè poterunt. Sed obiicitur illud Hormiſdæ papæ, qui ſcribit omnibus epiſcopis per vniuerſas prouincias.

*Obſerua differentiam iuris diuini ſiue canonici à iure ciuili. In hoc enim quòd poſtremum plebes ſciſcit, id ius ratumq. eſſe iubet lex XII. vt ait Liuius. Videturque ſemper poſterior legiſlator priore prudentior. At in illo omnia in contrarium ſe habent. Contius.

Diaconus aut presbyter in adulterio deprehẽſi reparari nõ poſſunt. 30

†I quis diaconus aut presbyter poſt acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore ſua incontinens inueniatur, ab officio [ſuo] abiiciatur. Ecce manifeſtè conſtat, quia ſecundum titulos antiquorum patrum ſancto ſpiritu ſuggerente cõſcriptos, & ſecundum ſententias cccxviij. epiſcoporum, quas *etiam* Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehenſi, aut ipſi confeſſi, aut ab aliis conuicti, ad honorem redire non poſſunt. Sed quia fortè non deſunt quibus pro nimia pietate ſupraſcripta ſanctorum patrum ſeueritas minimè placeat, ſciant ſe cccxviij. epiſcoporum, qui & reliquos ſtatuerunt canones, ſententias reprehendere vel damnare: ſed quia fortè maior eſt in illis pietas, quàm in ſupraſcriptis cccxviij. epiſcopis: maior eſt in illis miſericordia, quàm in ſancto Ioanne papa: maior charitas, quàm in reliquis ſanctis ſacerdotibus, qui

hoc

Apocal. 2. b.

a Anquiritani. vet.

b etiam tempore. GRATIAN.

Iuo refert lib. 3. de continentia clericorum.

M.E.C.D. 2017

hoc exemplo remedia ecclesiarum suis diffinitionibus deliberarunt: & ideo aut prona voluntate præceptis illorum consentiant, aut omnibus illis contrarios & inimicos se esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica bonitas, palpare criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? Quòd si eos durissimam pœnitentiam per plurimos annos viderimus agere: tunc nos & saluti eorum possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cùm verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instãtia orandi appareat, nec beatum Dauid imitentur, qui dicit: Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo. & illud: Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam: nec eos ieiuniis vel lectionibus vacare videamus, possumus agnoscere si ad pristinos gradus vel honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto [a]tepore, & animæ suæ inimica securitate permanerent, credẽtes quòd sic eis non acta pœnitentia digna dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Verè dico quia ipsi quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi sunt dicentes, quòd dũ ad duram asperitatẽ linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdẽ permanere peccatis eis inutiliter [b]indulgemus: aut ipsa peccata augere [c]permittimus, non recordantes illud quod in veteri testamento scriptũ est: quia vno peccante, contra omnes ira Dei desæuiit.

Psalm. 6.
Psalm. 101.
[a] *torpore*
[b] *indulgebamus:*
[c] *permisimus.*
Num. 6. c.

ITEM Hieronymus.

†*Falso hic astruunt glossographi hæc verba esse Nicæni concilij, cùm diserte scribat Sozomenus libro secundo Tripartit. histor. ecclesiast. obtineri non potuisse in eo concilio, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cum coniugibus quas ante consecrationem acceperant, non dormirent, dissuadente Paphnutio. Verum id postea 33. cap. concilij Elibertini, apud Latinos decretum est. Non defuerunt tamen qui dicerent Paphnutij sententiam non fuisse admissam, sed ea explosa, continentiam fuisse clericis indictam. Et id eo argumento probant, quòd in eodem concilio prohibentur habere συνεισακτον mulierem. Nam quid ab ea metuendum erat, (inquiunt) si domi erat iusta vxor, cùm nec id à laicis metueretur? Sed quid hac de re verius dicatur, iudicent docti.* Ant. Contius.

Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire. 31

QVicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum gradum post lapsum difficile est.

ITEM Basilius.

Lapsus

M.E.C.D. 2017

Lapsus post pœnitentiam, altario tantum ministret. 32

QVi sub gradu ceciderit post pœnitentiam, contentus fiat baptizare, communionem infirmis dare, & altario tãtummodo ministrare. ITEM ex concilio Ancyritano. *Cap. 1.*

De sacerdotibus, diaconis, vel laicis qui idolis thurificant. 33

PResbyteros qui immolauerunt, & postea iterum certamen inierunt, si ex fide luctati sunt, & non ex cõpacto ad ostentationem vt offerrent ipsi fecerunt: hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat. Diaconi similiter qui immolauerunt, postea verò *Ca. 2. eiusdem.* iterum reluctati sunt, aliàs quidem honorem habere oportet: cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem, nec calicem offerant, nec euangelium pronuncient: nisi forte aliqui episcoporum conscij laboris eorum & humilitatis, & mansuetudinis voluerint eis amplius tribuere vel adhibere. penes ipsos ergo de his erit potestas. Qui autẽ fugien- *Ca. 3. eiusdem.* tes comprehensi sunt, vel à domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinere tormenta, aut in custodiam detrusi proclamauerunt se Christianos esse, & eousque astricti sunt, vt manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificiis admouerent, vt aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur: in omni deiectione & habitu & humilitate vitæ fidem cõfitentes, hos velut extra delictum constitutos, à communionis gratia nõ prohiberi decernimus.

Si verò prohibiti sunt ab aliquibus, propter cautelam ampliorem, vel propter quorundam ignorantiam statim recipiantur. Hoc autem similiter & de clericis, & de laicis obseruare conueniat. Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoueri? Placuit ergo & hos tan- *Cap. 11. concil.* quam qui nihil peccauerint, si præcedens eorum vita proba- *Niceni, & ca. 5* uerit, ad hoc officium prouehi. De his autem qui nega- *cõci. Ancyritani.* uerunt præter necessitatem, aut præter oblationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuscemodi (quod factum est sub tyrannide Licinij) placuit sanctæ synodo; quãuis humanitate probentur indigni; tamen eis beneuolentiam commodari.

» Sed illud Hormisdæ papæ desidiosos & negligentes, non GRATIAN.
» verè pœnitentes reparari prohibet. Illud autem Hieronymi
» fatetur hoc esse difficile, non impossibile. Basilius autem circa
» delinquentes rigorem iustitiæ seruandum ostendit, quem cir-
» ca pœnitentes alij relaxandum misericorditer affirmant.

Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates, secundũ iustitiæ rigorẽ, quorum crimina manifesta sunt, ante vel post ordina-

M.E.C.D. 2017

ordinationem à ſacris ordinibus deiiciendi ſunt. quorum autem peccata occulta ſunt, & ſatisfactione ſecreta ſecundum ſacerdotis edictum purgant, in propriis ordinibus remanere poſſunt. VNDE Nicolaus papa Carolo archiepiſcopo & eius ſuffraganeis.

In geſtis concilij Vormatien. etiã habetur.

Non poteſt reſtitui in ſacerdotiũ, cuius crimẽ fuerit manifeſtum. 34

SAcerdotes ſi in fornicationis ceciderint laqueum, & crimis manifeſtus ſiue oſtenſus ſit actus, ſacerdotij honorem habere non poſſunt ſecundum canonicæ inſtitutionis authoritatem. ITEM Rabanus archiepiſcopus ſcribit ad Heribaldum.

Rabanus cap. 1. lib. pœnitentium

Qui valeant reparari poſt lapſum, vel non. 35

DE his verò viſum eſt nobis ſcribendum eſſe qui ſacros ordines habentes, & ante vel poſt ordinationem contaminatos ſe eſſe in capitalibus criminibus confitentur. In quibus (vt mihi videtur) hæc diſtantia eſſe debet, vt hi qui deprehenſi vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiuſmodi criminibus, ſecundum canonum ſacrorum inſtituta à proprio gradu decidant, quia ſcandalum eſt populo dei tales perſonas ſupra ſe poſitas habere, quas vltra modum vitioſas eſſe conſtat, nempe inde retrahuntur homines à ſacrificio Dei, ſicut quondã Heli filiis peccantibus feciſſe leguntur, & rebelles huic atque contrarij exiſtentes eorum praauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis abſconsè à ſe admiſſis peccata per occultam confeſſionem coram angelis Dei præſente etiam ſacerdote qui eis indicturus eſt pœnitẽtiam, confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe queruntur, ſi ſe per ieiunia & eleemoſynas vigiliasque & ſacras orationes purgare certauerint, his etiã gradu ſeruato ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt.

Ex Iuone par. 3 vbi additur ex concilio Ilerdẽſi cap. 10.

4. pars. GRATIA. *Cyprian. epiſc. Carth. epiſt. 2. lib. 4. ad Antonianum.*

De lapſis etiam in hæreſim hoc obſeruandum eſt, vt ante « ſententiam concilij nullus eis communicet. «

VNDE Cyprianus papa Antonio ait inter cætera.

A communione abſtineant, qui lapſis ante reſtitutionẽ cõmunicant. 36

DE eo autem quod ſtatuendũ eſſet circa cauſam lapſorum, diſtuli, vt cùm quies & tranquillitas data eſſet, & epiſcopos in vnum conuenire, indulgentia diuina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collatione concilio ſtatuerem quid fieri oportet. Si quis verò ante concilium noſtrũ, & ante ſententiam de omni concilio ſtatutam communicare voluiſſet temere lapſis, ipſe à communione abſtineat.

5. pars. GRATIAN.

Quod verò ſupra de homicidiis ſtatutũ legitur, intelligitur « quando facultas effugiendi datur, nec neceſſitate clauduntur « obſidionis. Cæterùm cùm neceſſitate anguſtati effugere non poſſunt: ſi tunc homicidium admiſerint, purgati per pœnitentiam

M.E.C.D. 2017

tentiam & communioni & officio reddantur. VNDE in Cap. I.
Hilerdenſ. concilio cap. j. legitur.

Poſt duorum annorum pœnitentiam officio & communioni reſtituantur clerici, qui in obſidionis poſiti neceſsitate ſanguinem fuderunt. 37

DE his clericis qui in obſidionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, vt qui altario miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine (etiam hoſtili) ſe abſtineãt. quod ſi in hoc cæciderint, tam officio quàm communiõe corporis Domini duobus annis priuentur, ita vt in duobus annis vigiliis & ieiuniis & orationibus & eleemoſynis pro viribus quas Dominus donauerit, expientur, & ita demum officio vel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora promoueantur. Quòd ſi in definito tẽpore negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint, protelandę ipſius pœnitentiæ tempus in poteſtate maneat ſacerdotis.

« Caſu quoque ſi clericus homicidium fecerit, in proprio gra GRATIAN.
«du ex diſpenſatione remanere permittetur.

VNDE Vrbanus ij. ſcribit Guernerio Narbonenſi epiſc.

Qui caſu homicidium facit, ex diſpenſatione in ordine ſuo permaneat. 38

Iuo Carn. lib. 3. de clerico homicida refert.

CLerico iaciente lapidem puer dicitur interemptus. nos pro amore Dei & tuo, in ſuo ordine eum permanere permittimus: vt tamen ſemper in pœnitentia & timore permaneat.

ITEM Stephanus v.[a] Sichiberto Corſicæ epiſcopo. *Iuo ibidem.*

De eodem. 39 a Sichiperto.

QVia te quaſi obnoxium iudicas, eo quòd à Sarracenis captus homines interfeciſſe videris, bene facis: ſed quoniã non tua ſpõte id feciſſe cognoſceris, inde canonicè nullo modo iudicaris.

« Si verò ira presbyter commotus aliquem interfecerit, etſi GRATIAN.
« animum occidendi non habuerit, perpetuò tamen depoſitus
« erit. VNDE Nicolaus papa ſcribit Hosbaldo [b] coepiſcopo Quadrantino. b corepiſcopo *legend. ex manuſcript.*

Perpetuo careat officio presbyter qui ira commotus, licet extra animum aliquem interfecerit. 40

STudeat ſanctitas tua perſuadere epiſcopo tuo ſibi canonicum conſociare numerum collegarum, id eſt, ſex ex vicinis prouinciis fratres & coepiſcopos ſuos: quibus tecum coniunctis & decernentibus diligenter inueſtigate, & omni niſu perſcrutari procurate quatenus inuenire valeatis, vtrum ‖pro‖percuſſione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus (vt fertur) extinctus eſt: qui ſi quidẽ à præfato preſbytero non ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens ceruice fracta interiit: ſecundum arbitriũ veſtrum pro percuſſiõe *deeſt* pro.

M.E.C.D. 2017

incautè agenti presbytero, pœnitentiam competentem indicite: & aliquanto tempore à missarum solenniis suspendatur: denuò post hoc ad sacerdotale rediturus officium. Quòd si veraciter qualicunque percussione presbyteri ille mortuus est diaconus, hunc nulla ratione ministrare sacerdotis more decernimus: quoniam etsi voluntatem occidendi nõ [a] habuerit, furor tamẽ & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt: in omnibus & præcipuè in dei ministris multipliciter inhibetur atque damnatur. Verum si presbyter adeò vestro studio obnoxius [fortè] claruerit, præcipimus vt tale beneficiũ sibi ecclesiæ suæ concedatur: quo & ipse & sui [b] sufficiẽter possint habere suæ sustentationis solatium.

a habuit

b sufficiens

ITEM ex concilio Maticen. cap. 6.

Palea. 41

In gestis Vormaticen. conci. ferè his verb. legitur

QVi verò odij meditatione, vel propter cupiditatem Iudęũ vel paganum occiderit: quia imaginem Dei, & spem futuræ conuersionis exterminat: quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

Duæ sequentes paleæ desunt in meo manuscr.

Palea. 42

SI quis homicidium fecerit: si episcopus est, quindecim annis pœniteat, & deponatur: cunctos quoque dies vitæ suæ peregrinando finiat. Presbyter duodecim annis pœniteat: tres ex his in pane & aqua, & deponatur superioris sententia. Diaconus decem annis pœniteat: tres ex his in pane & aqua. Clericus & laicus septem annis pœniteat, tres in pane & aqua: & ad gradum cuiuslibet sacerdotij accedere non præsumat.

Id habetur cap. 22 con. Ancyr. sic in manus. sed nõ inuenitur tamen in Neocæs.

ITEM ex concilio Neocæsariensi.

Quinquennio à communione abstineant, qui casu homicidiũ faciunt. 43

EOs verò qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint: [c] prior quidem regula post septem tantum annorum pœnitentiam communioni sociauit, secundum gradus constitutos. hæc verò [d] humana diffinitio quinquennij tempus tribuit.

c quænam erat prior Ancyrana? Nam nec in canonib. aposto lorũ id canebatur.

ITEM ex concilio Elibertano, cap. 5.

Quibus temporum spatiis à communione abstineat, quæ voluntate vel casu ancillam suam interfecerit. 44

d humanior *legendum.*

SI qua fœmina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt intra certum diem animam cum cruciatu emittat: eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit. Si voluntate, post septem annos: si casu, post quinque annorũ tempora (acta legitima pœnitẽtia) ad cõmunionẽ placuit admitti. Quòd si intra cõstituta tẽpora fuerit infirmata: accipiat communionem.

Ca. 79. li. Martini Brachar. episc. ex synodis Grecorum.

ITEM ex concilio Martini papæ.

De his qui voluntate vel casu homicidium faciunt. 45

SI quis voluntate homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ catholicæ semper iaceat: & communionem in exitu vitæ suæ

M.E.C.D. 2017

ſuæ recipiat. Si autem non voluntate, ſed caſu aliquod homicidium fecerit: prior canon ſeptem annis agere pœnitentiam iuſſit: ſecundus canon quinque mandauit.

ITEM ff. tit. de Furtis *l.* Qui ſaccum.

46 QVi ſaccum habentem pecuniam ſurripuit, furti etiam ſacci nomine tenetur: quanuis non ſit ei animus ſacci ſurripiendi. Pomponius lib XIII. ex variis lectionibus.

„ Contrà animum non eſt opus puniri: vt libro ix. C. tit. ad „ l. Cornel. de ſica. [a]exẽplis ſacrarum literarum Diocletiani & „ Maximiani colligitur. GRATIAN. *C. ad l. Cornel. de ſic. Eum qui.*

a exemplo

De eodem.

47 EVm qui aſſeuerat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe cum calcis ictu mortis occaſio præbita videatur: ſi hoc ita eſt, neq; ſuper hoc ambigi poterit: omni metu ac ſuſpicione quã ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id quod annotatiõe noſtra cõprehẽſum eſt, volumus liberari. ITEM imperator Antoninus C. ad l. Cor. de ſica. l. j.

Palea.

48 FRater veſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. Quòd ſi probauerit non occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe: remiſſa homicidij pœna ſecundum militarem diſciplinam ſententiam proferri. Crimen enim contrahitur ſi & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea quæ ex improuiſo caſu potius quàm fraude accidunt: fato plerunque, nõ noxæ imputanda ſunt. HINC & Gelaſius papa. hæc palea deeſt in meo manuſc. Contius. *Ibidem, Frater.*

De eodem.

49 QVantum dicit iſte placidus, anno præterito dictum eſt de vxore illius, [b]quæ ſubitò inter caballos inuenta eſt: & dũ traherentur caballi, colliſa eſt illa: & abortum fecit.

Quod ſi ita eſt, fortè ſi caballos alienos [furatos] tulerit: inde eſt culpabilis. Nam de muliere quæ caſu inter caballos confracta eſt: vbi voluntas illius non agnoſcitur pernicioſa fuiſſe: non poteſt addici & occidi per leges.

b quia, in manuſcriptis.

ITEM Nicolaus papa.

De eodem.

50 HI qui arborem incidere videntur, ſi contigerit vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles ſunt atq; innoxij: quia nec voluntate eorum, nec deſiderio homicidiũ perpetratum eſt. Si verò aliqua culpa eorum vel neglectu, morientis hominis interitus cognoſcitur adueniſſe, abiiciẽdi ſunt à gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

ITEM ex concilio Guarmacienſi. *Ex concil. Vormacienſi.*

De eodem.

51 SAepe contingit dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, vt aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur:

M.E.C.D. 2017

& iccirco ſi voluntate vel negligentia incidentis arborem factum eſt, vt homicida pœnitentiæ debet omnino ſubmitti. Quod ſi non ex voto, ſed incuria illius mortuus eſt, non hæc eum ſententia contingit. Si enim dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus occurrerit ſub arbore, & ſub ipſa oppreſſus eſt: inciſor arboris non tenetur pro homicida. ITEM ex concilio Triburienſi, cap. 36.

De *eodem*. 52

SI duo fratres in ſylua arbores ſucciderint: & appropinquãte caſura ipſius arboris, frater dixerit fratri, caue: & ille fugiens, in preſſuram arboris ceciderit, & mortuus fuerit: viuẽs frater innocens de ſanguine germani diiudicatur.

GRATIAN. Præmiſſis auctoritatibus lapſis permittitur, vt poſt pœnitentiam in ſuis ordinibus reparari valeant: ad maiorem autẽ conſcendere, poſt lapſum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur. "

VNDE in Hilerdenſi concilio cap. 5. legitur.

Lapſi in ſuis ordinibus reparari poſſunt, ſed non ad maiora conſcendere. 53

HI qui altario ſancto deſeruiunt, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & domino reſpiciente dignè pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant, maneat in poteſtate pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiori tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamẽ, vt ſic officiorum ſuorũ loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. [Quòd ſi iterato velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & velut ſues in volutabris euerſi iacuerint: non ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem non niſi in exitu percipiant.] Sed exemplo B. Petri, qui poſtquam trinæ negationis maculas confeſſione diluit amoris: non ſolum in gradu ſui apoſtolatus remãſit, verumetiam in paſtorem totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit: probãtur lapſi poſt dignam pœnitentiam, non ſolum propria officia retinere, ſed etiam ad maiora poſſe conſcendere.

Incluſa deſunt in manuſ. Grat.

Matth. 26.

GRATIAN. Quod autem B. Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ à Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia dominicę reſurrectionis de eodẽ principe apoſtolorum ſcribit, dicens: " " "

Greg. hom. 21. *euangeliorum.*

Petrus poſt culpam negationis princeps apoſtolorum à Domino eſt inſtitutus. 54

CONſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum quẽ cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod nimirũ magnæ eſſe actum pietatis diſpẽſatione cognoſcimus: vt is qui futu-

rus

M.E.C.D. 2017

rus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi,& tunc præpo suit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret quàm misericorditer alienas infirmitates toleraret.

ITEM Ambrosius in homilia lib. j.

Ambro. serm. 47 de fide Petri id habet.

Post negationem in fide & gradu Petrus profecit. 55

FIdelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quàm amisit. tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accipit: vt qui sibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum:& qui se interrogationis tentatione mutauerat, cæteros veræ fidei stabilitate fundaret: denique propter soliditatem deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus,&c. Petra enim dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamentum posuerit, & tãquam saxum immobile totius corporis Christianitatis compagem molemque contineat.

6. *pars.* GRATIAN.

« Item obiicitur:pœnitentes ad sacros ordines promoueri nõ « debent. non ergo lapsi post pœnitentiam ad maiora pertinge- « re possunt. VNDE in concilio Carthaginensi quarto, cap. 68. legitur.

Non ordinetur clericus ex pœnitẽtibus: & si ordinatur, deponatur. 56

EX pœnitentibus quanuis sit bonus, tamen clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, à clero deponatur: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitẽtem. Si autem sciens episcopus ordinauerit talem:etiã ipse ab episcopatu suo ordinandi duntaxat potestate priuetur. Simili sentẽtiæ subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum, qui viduam aut repudiatam vxorẽ habuerit aut secundam. ITEM Siricius papa [a]Imerio episcopo.

epist. I. cap. I5. a Igmaro

Digamus, pœnitens, viduæ maritus, sacræ militiæ se ingerens, sine spe promotionis in suo ordine permaneat. 57

QVicunque pœnitens, quicunque digamus, quicunque viduæ maritus ad sacram militiam indebitè & incompetenter irrepserit: hac sibi conditione veniam à nobis intelligat relaxatam, vt in magno debeat cõputare beneficio si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc quo inuenitur ordine perpetua stabilitate permaneat.

ITEM ex concilio Gerundensi cap. 9.

Non prohibeatur à clero qui pressus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit. 58

SI verò qui in ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionẽ (quam viaticum dicimus) per cõmunionem acceperit, postmodum reconualescens caput pœnitentiæ in ecclesia publicè non subdiderit: si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

M.E.C.D. 2017

ITEM Hormisda papa omnibus episcopis per vniuersas prouincias constitutis.

ca.1.epi. ad opos Hispa.

Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio recluditur, presbyter non ordinetur. 59

SI ille qui vltro petit pœnitentiã: quanuis eam perfectè agat, non potest episcopus aut presbyter ordinari, ita vt etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur pœnitentiam accepisse, deiiciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui vtique nihil aliud quàm pœnitens dicendus est) qua conscientia ad sacerdotium peruenire permittitur? Nemo mihi talia quælibet contra auctoritatem sedis apostolicæ, vel cõtra cccxviij. episcoporum & reliquorum canonum constituta obiiciat: quia quicquid contra illorum diffinitionẽ (in quibus spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

ITEM Gelasius vrbis Romæ episcopus omnib. episcopis.

Gelas. pa.1.epi. ad episcopos per Lucaniam & Brut. cap. 5.

Digamus vel quilibet post pœnitentiam sacris non applicetur ministeriis. 60

NOn confidat quisquam pontificum fas esse digamos, aut coniugia sortiẽtes ab aliis relicta, siue quoslibet post pœnitentiam, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ publicarumq; rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, diuinis seruituros applicare ministeriis.

ITEM Innocentius.

Inno. pa.1.epist. 6. ad Agapitum & Macedoniũ.

Pœnitentes nec etiam clerici fieri possunt. 61

CAnones apud Nicenam constituti, pœnitẽtes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt.

GRATIAN.

Hoc non de quibuslibet pœnitentibus intelligitur, sed de illis tantum qui post actam pœnitẽtiam secularis militiæ cingulum accipiunt. DE quibus Innocent. episcopus scribit Victori Rothomagensi episcopo.

Inn. epist. 2. c. 2

Non debet fieri clericus qui post remissionem peccatorum militiæ cingulum habuit. 62

SI quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

GRATIAN.

Potest & aliter intelligi: est quædam pœnitentia quæ solennis appellatur, quæ solum semel tantũ in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait: Sicut vnum est baptisma, ita vnica est pœnitentia. Item. Non est secundus locus pœnitentiæ. Item †Hieronymus: Reperiuntur quàm plurimi qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si verè pœnitentiam agerent, nunquam iterandam putarent.

Ambr. ca. 10. l. 2. de pœnitẽtia. †*Ambr. id habet ibidem.*

ITEM Augustinus ad Macedonium.

Aug. epist. 54.

De

M.E.C.D. 2017

De eodem. 63

QVanuis caute ‖& subtiliter‖ & salubriter prouisum sit, vt locus humillimæ pœnitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina nimis vtilis *vilis habeatur: tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur. HAEC autem pœnitentia quomodo imponenda sit, in Agathensi concil. legitur, in quo sic statutum est.

In manus. deest. & subtiliter. rectè. quid .n. huc pertinet subtilitas?
*vilis vel minus esset ægrotis cap. 11.

Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. 64

POenitentes tempore quo pœnitentiam petunt: impositionem manuum, & ciliciũ super capita sua à sacerdote (sicut vbiq; statutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur: & nisi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè committenda est, propter ætatis fragilitatem: viaticum tamen omnibus in morte positis nõ est negandum.

ITEM ex eodem.

Quæ sint seruanda in solenni pœnitentia. 65

IN capite quadragesimæ omnes pœnitẽtes qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiã, ante fores ecclesiæ se repræsentent episcopo ciuitatis sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram dimissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri, ‖presbyteri‖ parœciarum, & presbyteri pœnitentium, qui eorum pœnitentiã & conuersationẽ diligẽter inspicere debent: & secundum modum culpæ pœnitentiã per præfatos gradus iniungere. Post hæc eos in ecclesiã introducãt, & cum omni clero septẽ pœnitentiales psalmos in terra prostratus episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decãtet: tunc resurgens ab oratione (iuxta quod canones iubent) manus eis imponat, benedictam aquã super eos spargat: cinerẽ prius mittat: deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu crebris suspiriis denunciet eis, quoniã sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciũtur. postea iubeat ministris, vt eos extra ianuas ecclesiæ expellant: clerus verò prosequatur eos cum responsorio, scilicet: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, *&c.* vt videtes sanctã ecclesiã pro facinoribus suis tremefactã atq; commotã, non paruipendant pœnitentiam. In sacra autẽ Domini cœna rursus ab eorum decanis & eorum presbyteris ecclesiæ liminibus repræsententur. Hãc pœnitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur: atq; ideò huiuscemodi pœnitẽtes ad clerum admitti prohibentur.

non inuenitur hodie in eo.

Genes. 3.

VNDE in Cartha. conci. v. statutum est. Cap. 11.

Clericis non imponitur manus tanquam pœnitentibus. 66

CONfirmandum est, vt siquando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à ministe-

M.E.C.D. 2017

rio neceſſe ſit remoueri ad tempus : nõ eis manus tanquã pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur: neq; vnquam permittendum eſt, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur. VNDE Siricius papa.

Epiſt. 1. ad Himerium ca. 14.

Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur. 68

ILlud quoque nobis par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere nulli vnquam conceditur clericorum, ita poſt pœnitudinem ac reconciliationem cuiquam laicorum non licet honorem clericatus adipiſci : quoniã quanuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamẽ gerendorum ſacramentorum debent inſtrumenta accipere, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum. ITEM Leo papa.

Leo pa. 1. epiſt. 90. ad Ruſticũ Narbonẽ. epiſc.

Presbyteris & diaconis tanquam pœnitentibus non debent manus imponi. 69

ALienum eſt à conſuetudine eccleſiaſtica, vt qui in presbyterali honore, aut diaconij gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo per manus impoſitionem remedium accipiãt pœnitendi : quod ſine dubio ex apoſtolica traditione deſcendit: ſecundum quod ſcriptum eſt : Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei, priuata eſt expetenda ſucceſſio: vt illis ſi ſatisfactio fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

Leuit. 4. a.

PROBANTVR etiam auctoritate Toletani concilij huiuſcemodi pœnitentes ad clerum non admittendi. In quo ſic ſtatutum eſt.

Ca. 2. cõ. Tol. 2

Cauſa neceſſitatis ad clerum pœnitentes admittantur. 70

PLacuit vt pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantum ſi neceſſitas aut vſus exegerit, tunc deputentur inter oſtiarios vel inter lectores, ita vt epiſtolam vel euangeliũ non legant. Si qui autem ordinati ſunt in diaconos, inter ſubdiaconos ita habeantur, vt manus non imponant, nec ſacra contingant. Eum verò pœnitentẽ dicimus, qui poſt baptiſma aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis publicam pœnitentiam gerens, ſub cilicio diuino fuit reconciliatus altario. Apoſtatæ quoque ad clericatus officiũ admitti non debent. VNDE in concil. Arelatenſi ij.

6. pars. Cap. 25.

Ad clericatus officium non admittantur apoſtatæ. 71

*Si qui

HI qui poſt ſanctã religionis profeſſionẽ apoſtatarant: & ad ſeculare redeunt cõuerſationẽ: & poſtmodũ pœnitẽtiũ remedia nõ requirunt: ſine pœnitẽtia communionẽ penitus nõ accipiãt: quos etiã iubemus ad clericatus officiũ non admitti: & quicunque ille ſit, poſt pœnitentiam habitum ſecularem accipere non præſumat : quod ſi præſumpſerit, ab eccleſia alienus habeatur.

CVRIA-

M.E.C.D. 2017

CVRIALES MILITES FORENSES NON ORDINENTVR.

DISTINCT. LI.

GRATIAN. „ ECce quòd criminoſi, vel non verè pœnitentes, vel publi-
„ cam pœnitentiam agentes, à ſacris prohibentur ordini-
„ bus. Adiecit quoque ſancta mater eccleſia, vt curiales aut
„ poſt baptiſma militantes, aut in foro decertantes, à ſacris
„ prohibeantur ordinibus. VNDE ait Innocentius papa.

Poſt baptiſmum militantes, vel in foro decertantes, à ſacris prohibentur ordinibus. 1

Epiſto. 24. ad epiſc. in Toletana ſynodo conſtitutos.

ALiquantos ex his qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt: accitos ad ſacerdotium eſſe comperimus: è quorum numero aliqui prohibentur ad ſacerdotium aſſumi. aliquantos ex militia, qui cùm poteſtatibus obedierunt, ſæua neceſſariò præcepta ſunt executi. aliquantos ex curialibus: qui dum parerent poteſtatibus, quæ ſunt ſibi imperata fecerunt. aliquãtos qui voluptates & æditiones populis celebrauerunt, ad honorẽ ſummi ſacerdotij peruenisſe, quorum omnium neminem ad ſocietatẽ quidem ordinis clericorum oportuerat peruenire. quæ ſi ſingula diſcutienda mãdaremus, non modicos motus aut ſcandala Hiſpanienſibus prouinciis quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis induceremus. Idcirco remittẽda potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia cõmittantur, dilectionis veſtræ maturitas prouidere debebit vt tãtæ vſurpationi nunc finis neceſſarius imponatur: eo videlicet cõſtituto, vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur. ITEM Felici epiſcopo Miceriano.

De quibus laicis aliqui ad clericatum non poſſunt peruenire. 2

Idem Innocen. epiſt. 4. ad Felicem Nucerianũ epiſcopũ cap. 3.

DEſignata ſunt genera laicorum de quibus ad clericatum aliqui venire non poſſunt, id eſt, ſi quis fidelis adminiſtrauerit. De curialibus autem manifeſta eſt ratio, quoniam etſi inueniãtur huiuſmodi viri qui debeant clerici fieri, tamẽ quoniam ſæpius à curia repetuntur, cauendum eſt ab his propter tribulationem quæ ſæpe de his eccleſiæ prouenit. IDEM.

Inno. epiſt. 2. ad Victriciũ Rothomagen. epiſcopum. cap. 11.

Non admittantur curiales ad clericale officium. 3

PRæterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt: pro quibus poſtea maior [eſt] triſtitia, [tunc] cum [iam] de reuocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quàm gratia naſcatur de accito. Conſtat enim eos in ipſis muneribus [a id eſt miniſteriis & officiis] etiã voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas eſſe non dubium eſt: & ludorum & mimorum apparatibus aut præeſſe, aut forſitan inter-

a Incluſa deſunt in manuſcripto. Contius.

M.E.C.D. 2017

esse. Sit certè in exemplum solicitudo & tristitia fratrũ, quam sæpe pertulimus imperatore prçsente, cùm pro his sæpius rogaremus: quam ipse nobiscum positus cognouisti: quibus non solùm inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constituti, ingens molestia vt redderentur instabat.

ITEM ex concilio Tolerano ij.

Cap. 8. conci. Toleta. primi.

Non promoueatur ad diaconatum qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit. 4

SI quis post acceptum baptismũ militauerit, & chlamydem sumpserit ac cingulum ad necãdum fideles: etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. ITEM ex concilio Toletano. iiij.

Cap. 18.

A quibus debet esse immunis qui in episcopum ordinatur. 5

QVi in aliquo crimine detẽti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati sunt, aut rebaptizati esse noscuntur: qui semetipsos abscinderunt, aut qui naturali defectu membrorum minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequẽtauerunt, qui viduã vel à matito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerũt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici, qui seculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij literarũ, qui nondũ ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærũt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur, qui à decessoribus in sacerdotium eligũtur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit quem nec clerus nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque igitur deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his quæ prædicta sunt exquisitus, in nullo horũ deprehensus fuerit, & examinatus probabili vita & doctrina exstiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta: cum omnium clericorũ vel ciuiũ voluntate ab vniuersis comprouincialibus episcopis aut certè à tribus in sacerdotem die dominico cõsecrabitur: cõuenientibus cæteris qui absentes sunt suis literis, & magis auctoritate vel prçsentia eius qui verè Metropolitan⁹ episcopus est constitutus. Episcopus autẽ comprouincialis ibi cõsecrandus est, vbi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autẽ non nisi in ciuitate Metropoli à comprouincialibus ibidẽ conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad sacerdotij gradum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

NE-

M.E.C.D. 2017

NEMO PER SALTVM ORDINETVR.

DISTINCTIO LII.

GRATIAN.

» QVi verò prætermissis aliquibus gradibus non superbia,
» sed negligentia ad maiorem adscenderit gradum: tan-
» diu à maioribus abstineat, quousque congruo tempore
» prætermissos accipiat.

VNDE Alexād. ij. scribit Grimaldo Constātiensi episcopo.

De eo qui subdiaconatus ordine postposito diaconus & presbyter est ordinatus. I

SOlicitudo dilectionis tuæ studuit consulere vtrum portator istarum literarum diaconatus & presbyteratus officium idoneus sit peragere, necne, cùm ad id prępostero cursu subdiaconatus ordine postposito negligentia potius quàm superbia cognoscatur ascēdisse. vnde nos cōsulendo charitati tuę mandamus vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi ritè imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

VERSVS.

Hi non sacrentur nec sacrati repetantur.

CVRIALES, MILITES, FORENSES CVR NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LIII.

GRATIAN.

» CVriales autem (vt supra scriptum est) ideo ordinari pro-
» hibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur,
» plurima incommoda ecclesia consequitur: vel quia
» ijdem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum
» ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se tranferunt.

VNDE Gregorius papa scribit libro octauo Regesti omnibus episcopis de lege Mauricij Augusti.

Greg. epist. II. lib. 7. ad episcopos Siciliæ.

Quare sit constitutum ne curiales ordinentur. I

LEgem quam pijssimus imperator dedit, ne fortasse hi qui militiæ vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarū suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniāt, vel in monasteriis conuertantur, vestræ studui fraternitati trāsmittere, ob hanc maximè causam, ꝙ hi qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesię pręposterè suscipiendi non sunt, quia dū in ecclesiastico habitu nō dissimiliter quàm prius vixerant, viuunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare. quòd si etiam tales quique monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiociniis publicis fuerint absoluti. Si qui verò ex militaribus viris anumerari in monasteriis festinant, non sunt temere susciendi, nisi vita eorum subtiliter inquisita fuerit: & inxta normam regularem in suo habitu per triennium probati, tunc monasticum habitum deo auctore susciant.

VER-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Serui ſacrari ſine libertate vetantur.

SERVI SINE DOMINORVM CONSENSV ET LIBERTATE NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LIIII.

GRATIAN. SErui autem ordinari prohibentur, niſi à proprijs dominis libertatem legitimam conſequantur. "

VNDE Leo epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis.

Leo pap. I. epi. I epiſco. omnibus.

Seruus ad clericatus officium non promoueatur. 1

NVllus epiſcoporum ſeruum alterius ad clericatus officium promouere præſumat, niſi fortè eorum petitio aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eo vendicant poteſtatis. debet enim eſſe immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ eſt aggregandus: vt à caſtris dominicis quibus aſcribitur nomen eius nullius neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Cap. 29. ITEM ex concilio Triburienſi.

De *ſeruili conditione nullus ad ſacros ordines deueniat.* 2

NVlli de ſeruili conditione ad ſacros ordines promouean-tur, niſi prius à propriis dominis legitimam libertatẽ conſequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publicè legatur: & ſi nullus contradixerit, ritè conſecrabuntur. Porrò ſeruus non canonicè conſecratus poſtquam de gradu ceciderit, eius conditionis ſit cuius fuerat ante gradum.

[a] Ex concilio Maguntinenſi capitulo viij.

Palea. 3

MAgnus epiſcopus [b Auguſtudunẽſis] dixit. quid, [c dilectionis veſtræ], pcuratores, [d]actores, & executores, ſeu curatores pupillorum, ſi debeant ordinari? Gratus epiſcopus dixit, ſi poſt depoſita vniuerſa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint comprobati in omnibus, debere eos cũ laude cleri (ſi poſtulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negociorum ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati, ab eccleſia infirmentur. Vniuerſi dixerunt: Rectè omnia ſtatuit ſanctitas veſtra. ideoq; ita noſtra quoque eſt iſta ſententia.

Cap. II. ITEM ex concilio Toletano. ix.

Poſt donum libertatis famuli eccleſiæ reuocentur in clerum. 4

QVi ex famulis eccleſię ſeruituri vocãtur in clerum ab epiſcopis ſuis, neceſſe eſt vt libertatis percipiant donum: & ſi honeſtæ vitæ claruerint meritis adiuti, tunc demum maioribus fungãtur officiis. Quos verò flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus cõditionis religet in catenam.

GRATIAN. Qui autẽ ordinandi à dominis ſuis libertatem cõſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debẽt eſſe alieni: vt in nullo " eo-

a apud Mag. Iuo. inſcribitur ex concil. Kartag. rectè.

Cap. 8. concil. Carthagi. primi id habetur.

b Aſtuagenſis

c pro incluſ. dilectioni videtur veſtræ.

d al. auctores

M.E.C.D. 2017

eorum obſequiis inueniantur obnoxij.

VNDE in concilio Toletano.iiij.legitur. Cap.72.

Ad clericalem gradum ſuſcipiuntur, qui nullo obſequio retento à dominis ſuis libertatem percipiunt.

QVicunque libertatem à dominis ſuis ita recipiunt, vt ſibi in eis nullum obſequium patronus retentet, ſi iſti ſine crimine ſunt, ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſsione abſoluti noſcuntur. Qui verò retento obſequio manumiſsi ſunt: pro eo quod adhuc patroni ſeruitute tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad clericatus ordinem promouendi: ne quãdo voluerint eorum domini, fiant ex clericis ſerui. EX concilio Toletano.lxxxij.cap.

Palea.[a]

DE ſeruorum ordinatione qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos promouentur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare: & ſtatutum eſt vt nullus epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promouere præſumat, niſi prius à propriis dominis libertatem cõſecuti fuerint: & ſi quilibet ſeruus dominum fugiens, aut per literas, aut adhibitis teſtibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit: decretum eſt vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si verò auus aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadẽ prouincia filium genuerit: & ipſe filius ibidẽ educatus eſt, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit ignotum ſit, & poſtea veniens dominus illius legibus eum acquiſierit: ſancitum eſt, vt ſi dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. Si verò eũ catena ſeruitutis à caſtris dominicis abſtrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta ſacros canones vilis perſona manens ſacerdotij dignitate fungi non poteſt.

6 a deeſt hoc cap. in meo manuſc. Contius.

ITEM EX concilio Martini papæ. *Cap.46. libri Martini Brac.*

Sine patroni conſenſu non ordinetur, qui patrocinio cuiuſlibet eſt obligatus.

SI quis obligatus fuerit tributo ſeruili, vel aliqua cõditione, vel patrocinio cuiuſlibet domus: non eſt ordinandus clericus, niſi probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit. 7 *epi. ex ſynod. Græcorum.*

EX concilio Toletano, cap.ij.

Palea. 8

[b] DE rebus verò illorum vel peculio qui à propriis dominis libertate donãtur, vt ad gradus eccleſiaſticos promoueri debeant, ſtatutum eſt vt in poteſtate dominorum conſiſtat quicquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an ſibi retinere voluerint.]

» Cæterum ſi à dominis ſuis libertatem conſecuti non fue- GRATIAN.
» rint, & ad eccleſiaſticos ordines aliquo modo irrepſerint: preſ-

b deeſt in meo manuſcripto. GRATIAN.

byter

M.E.C.D. 2017

byter peculij amissione mulctetur: diaconus verò factus aut vicarium pro se præstabit:aut in seruitutẽ reuocabitur.cæteri verò gradus nõ possunt quemquã à nexu seruitutis absoluere.

Iuo id refert lib.3. de seruis non ordinandis.

VNDE Gelasius scribit Martino & Iusto episcopis.

Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotiũ,peculij amissione mulctetur. 9

** Et antiquis*

EX antiquis*regulis & nouella synodali explanatione comprehensum est,personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi: sed nescio vtrum ignorantia, aut volũtate rapiamini:ita vt ex hac causa nullus pœnæ episcoporum videatur extorris.ita enim nos frequẽs & plurimorũ querela circũstrepit,vt ex hac parte nihil penitus putetur cõstitutum. Actores siquidẽ illustris viri filij nostri amandi grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos alios iam in clericos, alios iam in diaconos ordinatos: cùm nõ solùm post modernum concilium (quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrimæ prouisionis assensu cõstat esse perfectũ) huiuscemodi personæ suscipi non deberent: verũ etiam si qui fortè in diuinæ cultu militiæ antè fuerint ignorantia faciente susceptι,eliminati prorsus,& exuti religioso priuilegio,ad dominorũ suorũ possessiones iusta debuerunt admonitione compelli. Et ideo fratres chariſſimi eos quos supradicti viri actores in clericatus officio mõstrauerint detineri,discussos & obnoxios approbatos custodito legum tramite sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodẽ gradu peculij sui amissione mulctatus maneat. Diaconus verò aut vicariũ præstet: aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua verò officia sciant neminem posse ab hac noxietate (si conuincitur) vendicari,quatenus hoc ordine cnstodito, nec dominorum iura,nec priuilegia vlla ratione turbentur.

Iuo id refert vbi supra ex eodem.

IDEM Herculentio Stephano & Iusto episcopis.

Seruus clericus factus seruituti obnoxius maneat. 10

FRequens equidem & assidua nos querela circũstrepit de his põtificibus qui nec antiquas regulas nec decreta nostra nouiter directa cogitantes, obnoxias possessionibus obligatasq; personas venientes ad clericale cingulum non refutant. Nuper etenim rectores illustris fœminæ Placidæ petitorij oblatione conquesti sunt Sabinum Marcellianẽsis siue Clusionatus vt bis antistitem Antiochum seruũ iuris patronæ suæ(absentis dominæ occasionę captata) ad presbyterij honorẽ vsq; perduxisse: eiusq; fratrẽ Leontium clericalis officij priuilegio decorasse. Et ideo fratres chariſſimi,inter supradictos actores, & eos qui extremæ conditionis reperiuntur obiectu,cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus: vt omni veritate discussa, si reuera obiectam sibi maculam iustè refragationis non poterit ratione diluere,Leontium clericum quem gradus

præfinitus

M.E.C.D. 2017

præfinitus legibus non defendit, ad ſequendā conditionis ſuæ neceſſitatem modis omnibus [a]reddi iubeatis. Antiochū verò, quia per ſacerdotium [b]reconciliari nō poteſt: ſi in ſua eccleſia in hoc in quo eſt honore collocare eū deſiderat domina, non velut redditū ſibi habeat, ſed pro miniſteriorum celebratione ſuſceptum. IDEM Ruffino & Aprili epiſcopis.

[a] *redhibere.*
[b] al. *retolli.*

De eodem. 11

QVis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi exiſtimat tranſire commiſſum? Actores ſiquidem filiæ noſtræ illuſtris & magnificæ fœminæ Maximæ petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt Silueſtrum atque Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones quæ ſupradictæ ſunt & contradictione præeunte nō legitimè à Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Ideo fratres chariſſimi tantæ prævaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos: & ſi conſtiterit querelam veritate fulciri, continuo qui contradictione præeunte non legitimè ſunt creati, à ſacris officijs repellantur.

IDEM eiſdem.

Nec ad religioſæ vitæ propoſitum, nec ad clericatus officium ſerui ſine dominorum conſenſu admittantur. 12

Gelaſ. pri. epiſt. epiſc. per Lucaniam & Brutios. Cap. 16.

GEneralis querelæ etiam vitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi paſſim ſeruos & originarios dominorum iura poſſeſſionemq; fugiētes ſub religioſæ conuerſationis obtentu vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad eccleſiaſticum famulatum conniuentibus quoque pręſulibus indifferenter admitti, quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies: ne per Chriſtiani nominis inſtitutū, aut aliena iura peruadi, aut publica videatur diſciplina ſubuerti: præcipuè cū nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari dignitatem conueniat: cogaturq; pro ſtatu militātium ſibi conditioneq; iurgari, aut videri (quod abſit) obnoxia: quibus ſolicita competenter interdictione prohibitis, quiſquis epiſcopus vel preſbyter & diaconus, vel eorum qui monaſteriis præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps vel eccleſiæ ſeruituti, vel religionis cōgregationibus putauerint applicādas, niſi voluntate forſitan dominorum ſuorum ſubſcriptionis teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione conceſſas: periculum ſe proprij honoris non ambigant cōmunionisq; ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquā verax nos querela pulſauerit. Magnis quippe ſtudiis ſecundum beatum Petrum apoſtolum præcauendū eſt, ne fides & diſciplina domini blaſphemetur. Idem: Nihil perire credimus eccleſiaſticis vtilitatibus, ſi quę ſunt aliena reddātur.

» Hoc tunc obſeruandū eſt cum dñs & ſeruus eiuſdem profeſſionis GRATIAN.

M.E.C.D. 2017

2. pars.

fessionis inueniuntur,cæterũ si Iudæus mancipium Christia- "
num emerit: iudicis vel episcopi auctoritate etiam eo inuito "
ad libertatem debet perduci. "

VNDE Grego. Libertino episcopo.

Greg. Libertino præfecto Siciliæ epist. 37. siue cap. 76. lib. 2.

Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis cõparata. 13

MAncipia Christiana quæcunque Iudæum comparasse pa-
tuerit,ad libertatem iuxta legum præcepta sine omni am-
biguitate perducite,ne(quod absit) religio Christiana Iudęis
subiecta polluatur. ITEM ex concilio Toleta.iiij.

Cap. 14. conc. Tolet. 3. id habetur.

Officia publica Iudæis non sunt committenda. 14

NVlla officia publica Iudæis iniungantur per quæ eis occa-
sio tribuatur pœnam Christianis inferre. Si vero Christia-
ni ab eis in Iudaismo ritu sunt maculati, vel etiã circuncisi,nõ
reddito precio ad libertatem & religionẽ redeant Christianã.

GRATIAN.

Epist. 31. siue cap. 131. lib. 5.

DE his autem qui in infidelitate empti,ad gratiam baptis- "
mi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregor. papa scribit "
Fortunato Neapolitano episcopo. "

In libertatem vendicentur serui,qui ab infidelitate ad fidem accedunt. 15

FRaternitatem vestram primo oportet esse solicitam, si de
Iudæorum seruitio non solum Iudæus,sed etiam quisquam
Paganorum fieri voluerit Christianus, postquã voluntas eius
fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio vel argumẽto
cuipiam Iudæorum venundãdi facultas sit: sed is qui ad Chri-
stianam conuerti fidem desiderat, defensione vestra in liberta-
tem modis omnibus vendicetur. Hi verò, quos huiusmodi
oportet seruos amittere,ne forsitan vtilitates suas irrationabi-
liter existiment impediri,solicita vos hoc conuenit considera-
tione seruare, vt si Paganos quos mercimonij causa de extra-
neis finibus emerint, intra tres menses dum emptor cui vẽditi
fuerint, non inuenitur, fugere ad ecclesiam fortè contingit,
& velle se dixerint fieri Christianos,vel extra ecclesiã hanc ta-
lem voluntatem prodiderint: precium eorum ibi à Christiano
emptore percipiant. si autem post prefinitos tres menses quis-
quam huiusmodi seruorum Iudæorum velle suum dixerit, &
fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodũ emerit,
nec dominus qualibet occasionis specie, hunc audeat venun-
dare: sed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: quia
hunc non ad vendendum,sed ad sibi seruiendum dicitur com
parasse. IDEM Ianuario Caralita.episcopo.

Grego. Ianuario Caralitano epi. 9 lib. 3.

Palea.[a] 16

SI quilibet Iudæorum seruus ad venerabiliora loca fidei cau
sa confugerit: nullatenus eum patiamini præiudicium su-
stinere: sed siue olim Christianus,siue nunc fuerit baptizatus,
sine

a tres sequentes paleæ desunt in meo manusc.

M.E.C.D. 2017

sine vllo Christianorum pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio modis omnibus defendatur.

ITEM ex concilio Toletano.

Palea. 17 *Cap.9.con.Toletan.12.*

ET si Iudæorum serui in ecclesiis conuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

Ex concil.Maticen.xvj. *Palea.* 18 *Ca.16.con.Matisicon. primi.*

PRæsenti concilio Deo auctore sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat, sed daris pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mãcipium quicũq; Christianorũ ad ingenuitatẽ seu ad seruitium licentiã habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat: quia nefas est quẽ Christus dominus sanguinis sui effusiõe redemit, blasphemũ Christianæ religionis vinculis tenere. Quòd si acquiescere statutis nostris quicũq; Iudæus noluerit, quãdiu ad pecuniã constitutã venire distulerit, liceat mancipiũ ipsum cũ Christianis (vbicunque voluerit) habitare. ITEM ex concilio Aurelianensi. *Ca.10.con.Aurel.1.*

De eodem. 19 *3.pars.*

SI seruus absente domino aut nesciẽte, episcopo tamẽ scien te quòd seruus sit, aut presbyter, aut diaconus ordinatus fuerit, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eũ domino suo cum duplici satisfactione recompenset. Si verò episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut supplicauerint eum ordinari, simili redhibitione teneãtur obnoxij. ITEM Leo imperator omnibus episcopis. Constitutio noua.

De eodem. 20 *Iuo Carn.lib.3. de seruis nõ ord. id refert ex eod. Verum in cõstitutione 123. de ecclesiasticis diuer. cap. Iustiniani imperatoris dicitur esse.*

SI seruus sciente & non contradicente domino suo in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso liber & ingenuus erit. Sed si ignorante domino, licet ei intra spacium vnius anni & seruilem fortunã probare, & seruum suum accipere, verũ etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Debent enim per triennium antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere, postea verò si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis enim ordo liberat à fortuna seruili vel ascriptitia, sed non à curiali siue officiali. nam & post ordinationem durat. Sed & ius patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas. Ascriptitios verò in ipsis possessionibus clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

ITEM Leo papa omnibus episcopis. *Leo pap.1. epist.1.*

ADmittuntur passim ad sacrum ordinem quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, & qui à domi-

M.E.C.D. 2017

nis ſuis conſequi libertatem minimè potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij (tãquam ſeruilis vilitas hunc honorem capiat) prouehuntur. Ab his itaque fratres chariſſimi omnes veſtræ prouinciæ abſtineãt ſacerdotes, & non tantum ab his, ſed etiã ab aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari: niſi fortè eorum petitio aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis.

GRATIA. 4. *pars.* De ſeruis monaſterij quæritur an eccleſiaſticis officiis poſſint aggregari, an non. Sed famuli eccleſiarum non ſunt ordinãdi, ſicut ſupradictum eſt, niſi à propriis epiſcopis libertatem conſequantur. Porrò ſeruus monaſterij libertatem conſequi non valet. Non ergo ad clericatum ſibi accedere licet. Quod autem liber fieri non poſſit, probatur auctoritate viij. ſynodi, in qua ſic ſtatutum legitur.

Monaſterij ſeruum abbati vel monacho non licet liberum facere. 22

ABbati vel monacho monaſterij ſeruum non licebit facere liberum. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non poteſt. Nam & ſicut ſeculi leges ſanxerunt, non poteſt poſſeſſio alienari niſi à proprio domino.

GRATIA. Hac autem auctoritate prohibentur ſerui adipiſci libertatem recedendi ab obſequio monaſtreij: ſed non prohibentur nanciſci libertatem promouendi ad ſacros ordines. Poteſt enim in ſacris ordinibus cõſtitutus monaſterij obſequio perpetuo deſeruire, ac ſi ſeruus monaſterij & libertatem adipiſci, & ſacris officiis aſſociari valet. Vnde in alio cap. præfatæ conſtitutionis hæc cauſa redditur. Iniuſtum enim eſt vt monachis rurale opus facientibus, ſerui eorum ocio torpeant, ac deliciis affluant. Quod autem ſerui eccleſiarum (quo nomine etiam 5. *pars.* monaſterij ſeruos ſignificari intelligimus) ad ſacræ religionis propoſitum debeant aſſumi, auctoritate Gregorij probatur, qui in generali ſynodo reſidens dixit.

Grego. epi. 44. ſeu c. 88. lib. 4.

Si conuerſationis probatæ fuerit famulus eccleſiæ, poteſt ordinari. 23

MVltos de eccleſiaſtica familia nouimus ad omnipotentis ſeruitium feſtinare, vt ab humana ſeruitute liberi, in diuino ſeruitio valeãt in monaſteriis conuerſari. Quod ſi paſſim admittimus, omnibus fugiendi eccleſiaſtici iuris dominium occaſionem præbemus. Si verò feſtinantes ad omnipotentis ſeruitium, incautè retinemus, illi inuenimur negare quædam qui dedit omnia. vnde neceſſe eſt vt ſi quis ex viris eccleſiaſticis vel ſecularis militiæ ſeruitute ad Dei ſeruitiũ cõuerti deſiderat, probetur prius in laicali habitu conſtitutus, & ſi mores eius atq; cõuerſatio bono deſiderio illius teſtimoniũ ferunt, abſq; vlla retractatione in monaſterio omnipotenti domino ſeruire permittatur, vt ab humano ſeruitio liber recedat, qui diui-

M.E.C.D. 2017

diuino amore diſtrictiorem appetit ſubire ſeruitutẽ. Si autem & in monachali habitu ſecundum patrum regulas irreprehenſibiliter conuerſatus fuerit, poſt præfixa à ſacris canonibus tempora iam ad quodlibet eccleſiaſticum officium proue hatur, ſi tamen illis non fuerit criminibus maculatus quæ in veteri teſtamento morte multantur.

» Ecce quando ſerui ad clericatum aſſumi valeant, vel quan GRATIA.
» do non admittantur. Liberti quoque non ſunt promouendi
» ad clerum, niſi ab obſequiis ſui patroni fuerint abſoluti.

VNDE in concilio Elibertano. Cap. 80.

Abſque patroni aſſenſu liberti non promoueantur ad clerum.

PRohibendum eſt vt liberti quorum patroni in ſeculo fuerint, ad clerum non promoueantur.

VERSVS.

Abſit caſtratus & corpore qui vitiatur.

CORPORE VITIATI SPONTE NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LV.

» COrpore verò vitiati ſimiliter à ſacris officiis prohiben GRATIA.
» tur. VNDE Gelaſius papa ſcribit dicens. *Gela. pa. I. epi. ad vniuerſos epiſco per Lucaniã*

Qui de monaſterialibus diſciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis, anteacta eius vita examinetur. 1

PRiſcis igitur pro ſua reuerentia manentibus inſtitutis (quę quidem vbi nulla rerum vel temporum vrget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri) quia eatenus eccleſiæ vel cũctis, vel ſufficiẽtibus priuatæ ſunt miniſtris, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non valeant: concedimus, vt ſi quis monaſterialibus diſciplinis eruditus, ad clericale munus accedit etiam de laicis, anteacta eius vita requiratur. Ne ſit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel digamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus, vel ſeruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla con gruentis temporis expectatione diſcuſſus.

ITEM ex concilio Arelatenſi iij. Cap. 3.

Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat.

2

NVllus pœnitẽtem; nullus digamum, nullus viduarum maritum in prædictis honorib⁹ audeat ordinare: & licet hoc iam omnium propè canonum inſtituta contineant, tamen ne cuiquam ſacerdotum ſupplicãtium (ſicut iam ſupra diximus) importunitas vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat, neceſſe fuit vt nũc ſeuerioremregulam ſibi velint domini ſacerdotes imponere: & ideo quicunque ab hac die contra ea quæ ſuperius cõpre-

M.E.C.D. 2017

henſa ſunt,clericum ordinare preſumpſerit,ab ea die qua hoc ei potuerit approbari,anno integro miſſas non præſumat celebrare. Quam rem ſi quis obſeruare noluerit, & cõtra ſtatuta fratrum faciens,miſſas celebrare præſumpſerit: eccleſiæ cõmunione priuetur,& ab omnium fratrum communione nouerit ſe alienum: quia dignum eſt vt ſeueritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat,qui ſalubriter à ſanctis patribus inſtituta obſeruare contemnit.

Ca.3. ſynodi Romanæ cui præfuit.

ITEM Hilarius papa.

Non ordinentur pœnitentes vel illiterati. 3

PŒnitentes vel inſcij literarum,aut aliqua membrorũ damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis autẽ talium cõſecrator extiterit,factũ ſuũ ipſe diſſoluet.

GRATIAN. *Cap.22.*

Corpore aũt vitiati intelligũtur non caſu ſed propria volũtate abſciſſi. VNDE in canonibus apoſtolorum legitur. "

Qui ſemetipſum abſciderit,non ordinetur. 4

SI quis abſciderit ſemetipſum, id eſt ſi quis amputauerit ſibi virilia,non fiat clericus,quia ſui eſt homicida,& Dei conditioni inimicus. Si quis cùm clericus fuerit,abſciderit ſemetipſum,omino damnetur : quia ſui homicida eſt.

Cap.23. eiuſd.

ITEM ex concilio Arelatenſi. ij.

Cap.7.

Non producantur ad clerum qui ſeipſos abſcindunt. 5

HI qui ſe carnali vitio repugnare neſcientes abſcindunt,ad clerum peruenire non poſſunt.

Inno.pa. 1. epi. 4. Felici Nuceriano.

ITEM Innocentius ſcribit Felici Maceriano epiſcopo.

Non eſt ordinandus qui partem digiti volens ſibi abſcidit. 6

QVi partem cuiuſlibet digiti ſibiipſi volens abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero caſu aliquo contigerit,dum operi ruſtico curam impendit,aut aliquid faciens ſe non ſponte percutit,hos canones præcipiunt & clericos fieri : & ſi in clero reperti fuerint , non abiici. In illis enim voluntas eſt vindicanda: quæ ſibi cauſa fuit ferrũ inijcere : in iſtis autem caſus veniam meruit.

GRATIA. Similiter verò intelligendum eſt de his qui per languorem " à medicis ſecantur,aut à barbaris abſcinduntur , aut à domi- " nis caſtrantur. VNDE in Niceno concilio legitur. "

Cap.1.

Qui per languorem à medicis deſecatur,ad clerum valet admitti.

SI quis à medicis propter languorem deſectus eſt, aut à barbaris abſciſſus: hic in clero permaneat. Si quis autẽ ſe cùm ſanus eſſet abſcidit, hunc & in clero conſtitutũ abſtinere conueniet,& deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hic claret quòd de his qui hanc rem affectant, audẽtq; ſeipſos abſcindere,hæc quæ diximus ſunt ſtatuta: ſic eos quos aut barbari aut domini caſtrauerunt, ſi inueniuntur alias digniſſimi,tales ad clerum ſuſcipit eccleſiaſtica regula.

Cap. 21.

ITEM ex canone Apoſtolorum.

Licitè

M.E.C.D. 2017

Licitè ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur. 8

EVnuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, fiat episcopus. ITEM ex concil. Martini papę.

Non excluduntur à clero qui à medicis vel à barbaris vel à dominis suis castrantur. 9

SI quis pro ægritudine naturalia à medicis secta habuerit, similiter & qui à barbaris aut qui à dominis suis castrati fuerint, & moribus digni inueniuntur, hos canon admittit ad clerum promoueri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis & abstinẽtiæ, sed per abscissionem à Deo plasmati corporis existimat posse à se carnales concupiscentias amputari, & ideo se castrauerit, non eum admitti decernim⁹ ad aliquod clericatus officium. Quod si iam fuerit antè promotus ad clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur.

Ca. 21. lib. Martini Bracharen. epis. ex synodis Græcorum.

ITEM ex concilio Hylerdensi.

Non prohibetur à sacris ordinibus qui à medicorum incisione claudus efficitur. 10

SI quis in infirmitate positus clericus medicorum incisione claudus efficitur: promoueri ad sacros ordines eũ non denegamus. ITEM Stephanus Roberto [a] Marensi episcopo.

Iuo Carn. lib. 3. de ordinãdorum qualitate ex eodem habet.

Non prohibetur à clero qui digitum sibi casu abscidit. 11

LAtor præsentium [b] Flauius scilicet clericus ad sedẽ apostolicam veniens detulit à te directam nobis epistolã, qua indagare studuisti eum à Normannis nuperrimè captũ, sinistræ manus digitum habere abscissum: scisscitaris si ob hoc ad ecclesiasticũ ordinem valeat promoueri, an non. Quod etiam nos reperientes verum esse, quia solertia tua magis super hoc solicita à sede apostolica doceri flagitat, normam iustitiæ semper sequi desiderans: studium tuæ sanctitatis meritò collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes; quoniam si ita est quòd à Normannis digitum ipse habeat abscissum: ad promouendum (si aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit: eò quòd qui de his qui à medicis vel dominis siue paganis, non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones: dilectionem tuam latere non credimus. [c]

a Apud mag. Iuo. Metensi.

b Flauinus. *Iuo refert ibidẽ.* vbi extat prolixius.

ITEM Gelasius papa Palladio episcopo.

c Ex mag. Iuo. lib. 6. *Iuo Carn. refert ex eodem lib. 3. de ordinan. qualitate.*

Tempore synceritatis dignitas accepta, sequenti debilitate non amittitur. 12

PRæcepta canonica quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore: ita & si quis in eo *actu* fuerit constitutus: ac [si tunc] fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore suæ synceritatis accepit. Stephanus siquidem presbyter peritorio nobis defleuit oblato, quòd haberet in subditis olim sibi, & ante an-

M.E.C.D. 2017

nos plurimos collatam presbyterij dignitatem : quam reuera immaculati corporis iudicio ſuſcepiſſet : ſed nuper propter prouinciæ vaſtitatem Thuſciæ (quam præ omnibus prouinciis Barbarorum feritas diuerſa ſectantium,& ambiguitas inuexit animorum) dum imminentes gladios euadere fugæ præſidio niteretur,acutis ſudibus occurrentia ſibi ſepta tranſiliens,inferiores partes corporis inſeruiſſe ſuggeſſit : quæ vix adhibita curatione biennio potuiſſent abſtergi: & ideo frater chariſſime , ſupradicto locum ſuum dignitatemque reſtitue: quatenus ſacroſancta myſteria(ſicut conſueuit) exerceat. nec enim conuenit ob hoc auferri ante ſuſceptum ordinẽ, in quo poſtmodum in inualitudinem corporis caſu probatur faciente prolapſus.

GRATIA. Hoc autem non de omnibus membris intelligendum eſt. " qui enim oculum caſu amiſerit , licet deſit voluntas : tamen " ſacerdotium adipiſci non poteſt. "

VNDE Gelaſius ſcribit Ruffino epiſcopo.

Non ſunt præſtanda iura ſacerdotij cui oculus erutus eſt. 13

Matth.5.e SI euangelica admonitio iracundiam nec vſque ad verbum furentem proſilire permittit : vt ſi Racha fratri ſuo quis dixerit,reus ſit gehennæ ignis : quali putamus pœna plectendum eſſe qui non ſolum pugno impiè percuſſit in Leuitici ordinis hominem miniſterio ſeruientem: ſed quaſi non ſufficeret ad cædem manus,ita(inſtigante ſe diabolo)raptus eſt ad iracundiam,vt fuſte non ſolum percuteret , ſed etiam erueret oculum fratris ? Et quãuis huiuſmodi exceſſus grauiori eſſet pœna plectẽdus,bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eũ presbyterij remoueri.hoc tamen ſolicitudinis tuæ ſit , vt locum ei pœnitentiæ conſtituas , & in aliquo eum monaſterio retrudas,laica tantùm ſibi communione conceſſa.in loco autem illius alium te neceſſe eſt ordinare presbyterum. Nam illi cui erutus eſt oculus,non poſſunt ſecundum canones ſacerdotij iura concedi.neque enim aliquid ei prodeſt qui oculum inuitus amiſit:cùm nec volens quiſquam oculum amiſiſſe credendus eſt: nec ſacratiſſimos canones aliquem caſum in amiſſione oculi, ei qui ſacerdotium adipiſcendum non impediret,ſuis excepiſſe regulis inuenimus: ſed hoc tantummodo ad prohibitionem feciſſe videmus,vt qui caret oculo, ſacerdotij officium adipiſci non poſſit. Sed nec illi vllatenus quaſi in compenſatione iniuriæ ſacratus ordo concedi poterit,qui ad tantam ſacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare: vt & ille officium in quo erat amitteret, & iſte prouectus ſui perderet facultatem.

PRES-

M.E.C.D. 2017

VERSVS.

Non est legalis generatio presbyteralis.

PRESBYTERORVM FILII INCONTINENTES NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LVI.

» PResbyterorum etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi. VNDE Vrbanus papa .ij. ait. GRATIA.

Filij presbyterorum à sacris prohibentur officiis. 1

PResbyterorum filios à sacris monasteriis remouemus: nisi aut in cœnobiis, aut in canoniis religiosè probati fuerint conuersati.

Sed hoc intelligendum est de illis qui paternæ incontinen- GRATIA.
» tiæ imitatores fuerint: verùm si morum honestas eos cõmen- 2. *pars.*
» dabiles fecerit: exemplis & auctoritatibus non solùm sacer-
» dotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.
» VNDE Damasus papa scribit Hieronymo presbytero.

Palea. 2

OSius papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ: Agapitus papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius papa filius Siluerij episcopi Romæ. Deusdedit papa filius Iucundi presbyteri. Felix enim tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Apher ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. complures etiam alij inueniuntur qui de sacerdotibus nati, apostolicæ sedi præfuerunt.

Ruo Carn. in prologo sui decre. id refert et li. 3. de qualit. ordinãd. Deest in meo man. & quidam etia falsa hic referri asserunt.

HINC Augustinus ait.

Vitia parentum filiis non imputentur. 3

VNdecunque homines nascantur: si parentum vitia non sectantur, honesti & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura est: & eo malè vtentibus, malè erit: non ipsum aliquando malum erit. Sicut autẽ boni filij adulterorum nulla est defensio adulterij: sic mali filij coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Augu. c. 16. lib. de bono cõiugali.

ITEM Ioannes Chrysostomus super Matthæum, homilia quarta.

Homil. 3. ad locum Mat. Iudas autẽ genuit Phares, cap. 1.

NVnquam de vitiis erubescamus parentum, sed illud vnum quæramus, & semper amplectamur, virtutẽ videlicet. huiusmodi etiam si alienigenam quis habeat matrem, etiam si fornicatione pollutã, vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine pol-

M.E.C.D. 2017

polluetur. Quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita cõmaculat, multò magis ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentũ suorum non dedecoratur opprobriis. Item non est omnino, nec de virtute, nec de vitio parẽtum, aut laudãdus aliquis, aut culpandus: nemo verè inde aut obscurus, aut clarus est, immo etiã (vt considerantius aliquid dicamus, aut expressius) nescio quomodo ille magis resplendet qui natus est ex parentibus à virtutibus prorsus alienis, quàm ipse qui fuerit Dei virtute mirabilis. ITEM Hieronymus in epistola contra Ruffin.

Non parentum, sed propria culpa quémque condemnat. 5

NAsci de adulterio, nõ est eius culpa qui nascitur, sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra quæ confouet: non semen quod in sulcis iacitur: non humor vel calor, quibus temperata frumenta in germen polluiant: sed (verbi gratia) fur & latro qui fraude & vi eripuit semina: sic genus humanum recipit terra (id est, vulua) quod suum est, & receptum confouet: & confotum corporat: corporatum in membra distinguit, & inter illas sacri ventris angustias Dei manus semper operatur: idemq; coporis creator & animæ est. Noli despicere bonitatem figuli (id est Dei) qui te plasmauit & fecit vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia: qui in vtero virginis Mariæ ædificauit sibi domum. Iepte inter viros sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius. Esau de Rebecca & Isaac hispidus tam mente quàm corpore, quasi bonum triticum inter lolium auenasque degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum.

Eccles. 33. b
1. Cor. 1. d
Iudi. 11. a
Gen. 25. c

ITEM Augustinus.

Iniquitates parentum filijs obesse non possunt. 6

SPonsus ille qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, congruens inuitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo discant parentum suorum filij iniquitates sibi obesse non posse.

ITEM Gregorius.

Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo quo fungitur deiicit gradu. 7

SAtis peruersum, & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra quorundam parentum voluptatibus, suis quis priuetur officiis, quẽ sua culpa, vel facinus ab officij quo fungitur gradu non deiicit. ITEM Hieronymus.

Ex adulterio natus, à sacerdotio non prohibetur. 8

DOminus noster Iesus Christus voluit non solũ de alienigenis cõmixtionibus, sed etiã de adulterinis nasci: nobis magnã fiduciã præstãs, vt qualicunq; modo nascamur: dũ tamen

M.E.C.D. 2017

men vestigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est pontifex, ex adulterinis natus coniunctionibus: ita qualicūque ordine natus sit aliquis, tamen vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat: sitque literatus, & vir vnius vxoris, nequaquam à sacerdotio repellitur. Iudas enim patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua: & ex illo concubitu nati sunt Phares & Zaran: inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto. Inde Obeth. Inde quoque Booz. Inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est: ideoque si filij eius sumus, quæ ipse fecit, nos imitari debemus. *Genes. 38. b* *Ruth. 4. d*

ITEM Augustinus de vnico baptismo lib. j. *Cap. 13. lib. 1. de bapt. contra Donatistas.*

A populo dei non separat aliquem materna cōditio, sed propria culpa. 9

ISmael vt separaretur à populo dei, non obfuit mater ancilla Agar, sed obfuit fraterna discordia: nec profuit potestas vxoris, cuius magis filius erat: quia per ipsius iura coniugalia & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus est. *Genes. 21. a*

CONTRA Bonifācius martyr scribens regi Anglorum. 3. pars.

Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur. 10

SIgēs Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium nobis obiicitur) spretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit: de tali cōmixtione meretricum æstimādum est, degeneres populos & ignobiles & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & nouissimè nec bello seculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilē hominibus, nec deo amabilem esse venturā: sicut aliis gētibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit, quæ sic à deo recedentes fornicatæ sunt, donec vindex talium criminū vltrices pœnas per ignorantes legem dei, id est per Saracenos venire & sæuire permisit.

VNDE idem Vrba. in fine superioris cap. presbyterorum, distinguendo subiunxit. GRAT.

Si religiosi inuenti fuerint filij sacerdotum, ordinentur. 11

NIsi aut in cœnobiis, aut in canoniis religiose probati fuerint conuersari filij sacerdotum, non admittantur ad clerum. ITEM Alexander ij.

De eodem. 12

APostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si eū qùi ab ecclesia electus est, altero dignioré esse, canonicamque eius electionē probaueritis: fulti nostra auctoritate consecretis. nā pro eo quòd filius sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum

M.E.C.D. 2017

conueniant, non reiicimus: ſed ſuffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

GRAT. Hoc autem quod de filiis ſacerdotum dicitur, ex diſpenſa- «
tione eccleſiæ introduci videtur:& quod ex diſpenſatione in- «
troducitur,ad ſequentiam regulæ generalis trahi non poteſt. «
VNDE Vrban.ſcribit Bar.Turonen. archiepiſcopo. «

Iuo Carn. lib. 3. de qualitate ordinand. id refert ex eodem.

Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cæteræ virtutes in eis inueniantur. 13

COenomanenſem electum,pro eo quòd filius ſacerdotis dicitur,ſi cæteræ virtutes in eum conueniunt, non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis eum patienter ſuſcipimus:nõ tamẽ vt hocpro regula in poſterum aſſumatur: ſed ad tempus eccleſiæ periculo conſulitur.

GRAT. Cùm ergo ex ſacerdotibus nati in ſummos põtifices ſuprà «
legantur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione, «
ſed de legitimis coniugiis nati:quæ ſacerdotibus ante prohibi «
tionem vbique licita erant, & in orientali eccleſia vſque ho- «
die eis licere probantur. Quod autem vitium originis ſemini «
Oſeæ 2.a imputari negatur,videtur eſſe contrarium illi ſententiæ:Adul «
terorum filij abominatio ſunt domino.Sed ſicut ſuprà dictum «
eſt de presbyterorum filiis,ita & hoc de filiis adulterorum in- «
telligendum videtur,vt illi dicantur eſſe abominatio domino, «
ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt. «
Similiter & illud Vrbani intelligendum eſt quod ipſe ſcribit «
Petronio Legionenſi epiſcopo. «

De eodem. 14

Iuo Carn. lib. 3. de qualitat. ord. eidem tribuit.

QVia ſimpliciter ad ſedem apoſtolicam veniens humiliter peccatum confeſſus es quod pontificij tui videbatur officium impedire, videlicet quòd ex matre non legitima procreatus ſis,quam viuente propria vxore pater tuus cognouiſſe dignoſcitur:nos apoſtolicæ manſuetudinis gratia admonente à cæteris quæ ſacerdotium impediũt criminibus, tam tui profeſſione, quàm fratrum teſtimonio qui tecum ſunt, immunem te agnoſcentes,& vitam tuam religioſam audientes: ab huius te peccati vinculo abſolutum, in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus.

BAPTIZATI IN AEGRITVDINE NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LVII.

ITem qui in ægritudine conſtitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

VNDE in Neocæſarienſi concilio legitur.

Cap. 12. *Non ordinetur presbyter qui in ægritudine conſtitutus baptizatur.*

SI quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet:non enim fides illius voluntaria,ſed ex

M.E.C.D. 2017

ex neceſſitate eſt, niſi forte poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit.

MONACHI SINE CONSENSV ABBATIS NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LVIII.

GRAT. „ ITem ex monachali habitu nullus aſſumatur ad eccleſiaſticum officium, niſi fuerit oblatus proprij volũtate abbatis.

VNDE Gregorius ſcribit. *Epiſt. 18. ad Marinianũ epi.*

Monachus non ordinetur clericus, niſi voluntate abbatis epiſcopo fuerit oblatus.

I

NVllus ad eccleſiaſticum officium ex monaſterio producatur monachus, niſi quem abbas loci admonitus propria voluntate obtulerit epiſcopo.

ITEM ex concilio Carthaginenſi v. *Cap. 13.*

De eodem.

2

SI quis de alterius monaſterij conuentu repertum vel ad clericatum promoueri voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem perſonam monaſterij conſtituere, ſine licentia abbatis & monachorum epiſcopus qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ tantummodo plebis communione contentus ſit: & ille neque clericus, neque canonicus, neque propoſitus perſeueret.

RVDES ET IDIOTAE NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LIX.

GRAT. „ ITem qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti non ſunt, & temporum approbatione diſcuſſi non ſunt, ad ſummum ſacerdotium prouehi non aſpirent.

VNDE ait papa Zozimus. *Epiſt. 1. ad Iſychium Salonitanum epiſcopũ.*

Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus.

I

QVi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, nec temporum approbatione diuinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum ſacerdotium eccleſiæ aſpirare vel præſumere debet, & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verùm ordinatores eius careant eo ordine quem contra præcepta crediderant præſumendum.

ITEM Vrbanus papa.

Ad ſacerdotale officium nullus niſi per ſingulos gradus approbatus accedat.

2

SI officia ſecularia principalẽ locum non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per ſingulos gradus examinatis deferunt: quis tam arrogãs, tam impudẽs inuenitur, qui in cæleſti militia quæ propẽſius põderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus

M.E.C.D. 2017

bus exploranda,ſtatim dux eſſe deſideret, cùm tyro antè non fuerit,& prius velit docere,quàm diſcere? Aſſueſcat in domini caſtris in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij: nec illi vileſcat exorciſtam,acolytum, ſubdiaconū,& diaconum per ordinem fieri:nec hoc ſaltu,ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus.Iam verò ad presbyterij faſtigium talis accedat,vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur, inde ſummi pontificis iure locum ſperare debebit.Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum,qui pompam multitudinis quærunt,& putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa pluralitas etiam in his locis vbi ſolitudo eſt,taliū reperitur,dū per parœcias extendi cupiunt: aut quibus aliud præſtare non poſſunt,diuinos ordines largiūtur: quod oportet diſtricti ſem per eſſe iudicij. Rarum eſt enim omne quod magnum eſt.

ITEM Gregorius.

Cuiuſlibet meriti laicus ad ſummum non adſpiret ſacerdotium. 3

HOc ad nos peruenisſe noſcas,quod non diſſimili dignum eſt deteſtatione complecti,quòd quidā honoris deſiderio inflammati defunctis epiſcopis tonſurantur, & fiunt repēte ex laicis ſacerdotes,atque inuerecundè & repentè religioſi propoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. quid putamus quod iſti ſubiectis præſtaturi ſunt, qui antequā diſciplinatus limen attingant,tenere locum regiminis non formidant?qua de re neceſſe eſt vt quamuis inculpati quiſque ſit meriti,ante tamen per diſtincta eccleſiaſtici ordinis ſe exerceat officia. ITEM Cœleſtinus epiſcopis Galliarum.

Cœleſtinus papa I.epiſt.2.

Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. 4

ORdinatos verò quoſdam,fratres chariſſimi, epiſcopos qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium conſtituti fuerint,contra patrum decreta huius vſurpatione qui ſe hoc recognoſcit feciſſe,didicimus, cùm ad epiſcopatum his gradibus quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat peruenire,vt in minoribus initiati officijs,ad maiora firmentur. debet enim antè eſſe diſcipulus quiſquis doctor eſſe deſiderat,vt poſſit docere quod didicit. Omnis enim vitæ inſtitutio ad id quò tendit,ſe ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor eſſe non poteſt literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit,ad meritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire. ſolum ſacerdotium inter iſta rogo vilius eſt? cur facilius tribuitur cùm difficilius impleatur?

EX

M.E.C.D. 2017

EX ORDINE DIACONORVM ARCHIDIACONVS, PRESBYTERORVM ARCHIPRESBYTER, EPISCOPORVM, ARCHIEPISCOPVS ASSVMATVR.

DISTINCTIO LX.

" ECce oſtenſum eſt ex parte qui poſſunt ad ſacerdotij ordi GRAT.
" nem promoueri,& qui non. Nunc autē conſiderandum
" eſt ex quibus ordinibus in archipresbyterū,vel prępoſitū,
" vel epiſcopum,vel archiepiſcopum ſint eligendi. DE his ita
" ſtatutum eſt in conci. Vrbani papæ,celebrato Aluerniæ.

Archipresbyter, vel decanus, aut archidiaconus: non niſi diaconus, aut presbyter ordinetur. 1

NVllus epiſcopus in eccleſia ſua, niſi diaconus ſit, archidiaconum inſtituere,nec archipresbyterum aut decanū, niſi presbyteri ſint,ordinare præſumat: quod vt diſtrictius teneatur,apoſtolica auctoritate prohibemus & interdicimus.

ITEM Calixtus papa.

Nullus in præpoſitum, vel archiepiſcopum, vel archipresbyterum, vel archidiaconum, niſi presbyter vel diaconus ordinetur. 2

NVllus in præpoſitum, nullus in archiepiſcopum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, niſi presbyter vel diaconus,nullus in archidianum niſi diaconus ordinetur.

ITEM Innocentius ſecundus. *Iuo Carn. li. 8. id refert in decreto.*

De eodem. 3

INnouamus autē & præcipimus vt nullus in archidiaconum vel decanum,niſi diaconus vel presbyter ordinetur. Archidiaconi verò vel decani vel præpoſiti qui infra ordines prænominatos exiſtunt: ſi inobedientes ordinari contempſerint,honore ſuſcepto priuentur. Prohibemus autem ne adoleſcentibus,vel infra ſacros ordines conſtitutis, ſed qui prudentia & merito vitæ clareſcunt,prædicti concedantur honores.

" Horum vnum,propter procacitatem quorundam ſtatutum GRATIA.
" eſt,qui nomen præpoſituræ adepti,officium contemnunt, no
" lentes fieri ſacerdotes: aliàs autem inane eſſet, cùm etiam in
" epiſcopum eligi poſſunt in ſubdiaconatu conſtituti.

IVXTA illud Vrbani papæ. *Iuo Carn. li. 3. de electione ſum. pō tificis refert.*

Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. 4

NVllus in epiſcopatum*eligatur,niſi in ſacris ordinibus religioſè viuens fuerit inuētus. Sacros autē ordines dicimus diaconatum & presbyteratum. hos ſiquidem ſolos primitiua legitur habuiſſe eccleſia. ſubdiaconos verò (quia & ipſi altaribus miniſtrant) opportunitate exigente concedimus, ſi tamen ſpectatæ ſint vitæ,religionis & ſcientiæ: quod ipſum non ſine Romani pontificis vel cum metropolitani ſcientia fieri firmiter

* *Epiſcopum.*

M.E.C.D. 2017

miter permittimus. Alterum verò vt in episcopum vel archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

LAICI NON IN EPISCOPOS ELIGANTVR.

DISTINCTIO LXI.

Gregor.

ITem laici non sunt in episcopos eligendi, sed per singulos ordines prius sunt probandi.

Greg. epist. 113. lib. 7.

VNDE Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum.

Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi. 1

SAcerdotale officium vestris in partibus in tantam (sicut dicimus) est ambitionem perductum, vt sacerdotes subitò (quod nimis graue est) ex laicis ordinentur.

Hormisda epist. ad episcopos Hisp.

ITEM Hormisda papa omnibus episcopis.

De eodem. 2

IN sacerdotibus eligendis vel ordinandis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles esse cõuenit, quos præesse necesse est corrigendis. Ionga debet vitam suam probatione

Hormisda ibidẽ continuo.

monstrare, cui gubernacula cõmittuntur ecclesiæ. IDEM. 3

NOn negamus esse in laicis deo placitos mores: sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fideliũ. discere prius quisque debet antequam doceat, & exemplum religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare quàm sumere. Emendatiorem esse conuenit populo quem necesse est orare pro populo. Ionga obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat, & clericalibus obsequiis erudiendus inseruiat: vt ad venerãdi gradus perductus summam, quis sit fructus humilitatis ostendat. Nec tantum consecrare de laicis inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret: satis illi sit postulanti veniam concedi. Qua conscientia absoluat reum qui se peccata sua scit populo teste confessum? Quis enim quem pauloante iacentem viderat, veneretur antistitem? Perferens memorandi criminis labe non habet lucidam sacerdotij dignitatem.

ITEM Innocentius papa.

Innoc. papa 1. epis. 12. ad Aurelium.

De eodem. 4

MIserum est eum fieri magistrum, qui nunquam fuit discipulus: cumque summum sacerdotem fieri, qui in nullo gradu vnquam obsecutus fuerit sacerdoti.

Leo papa 1. epi. 85. ad episcopos Aphricanos.

ITEM Leo episcopus.

De eodem. 5

MIramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambiẽtium præsumptionem, aut tumultum valuisse

M.E.C.D. 2017

luisse popularem, vt indignis quibuslibet & longè extra sacer dotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non enim est hoc consulere populo, sed nocere: nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum. Et vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem quem aut seditio extorsit, aut ambit⁹ occupauit: etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est pernicioſus exemplo: & vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quòd si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter scienterque curandū est vt in domo domini nihil inordinatū sit, nihilque præposterum: quãto magis elaborandum est vt in electione eius qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. nam totius familiæ domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & inde vnicuique nostrum dicitur: Manus nemini cito imposueris, neque communices peccatis alienis. Quid est cito manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante tempus emeritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non comprobatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici voluntate, qualis est qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo sacerdotem iudicium: ita graui semetipsum afficit damno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Nõ enim in cuiusquam persona prætermittendũ est quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra diuinæ legis præcepta collatus. Meritò patrũ beatorũ venerabiles sanctiones cùm de electione sacerdotum loquerentur, eos demum sacris administrationibus idoneos cẽsuerunt, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vsque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiasticæ cucurrisset, & vnicuique testimonium prior vita præberet. Nec potest de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis, celsioris loci præmium debetur. Si enim ad honores mundi sine suffragatione tẽporis, sine merito laboris indignum est perueniri, & notari ambitus solent quos probitatis documenta non adiuuant: quàm diligens & quàm prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & cælestium dignitatum!

1. Timo. 5. d

Ibidem paulo inferius.

ITEM ex concilio Laodicen. *Cap. 12.*

Non

M.E.C.D. 2017

Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat. 6

EPiscopum non oportet præter iudicium metropolitanorū & finitimorum episcoporum constitui ad ecclesiæ principatū, nec eligantur nisi hi quos multo antè nota probabilisq; vita commendat: & nihilominus si in sermone fidei & recta ratione pro sua conuersatione probati fuerint.

Cælestinus epistola 3. cap. 2.

ITEM Cælestinus omnibus orthodoxis.

De eodem. 7

QVid proderit per singula stipendia clericos militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si hi qui futuri sunt sacerdotes, ex laicis requirantur: qui vacantes seculo & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpostero in alienum ambiunt honorem immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus (calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ) transire? Talibus itaque fratres charissimi necesse est vt obuiemus. His itaque fraternitatem vestram decretis commonemus, ne quis laicum ad clericatus ordinem admittat & sinat fieri: vnde & illum decipiat, & sibi causas generet quibus reus constitutorum decretalium fiat.

Leo pa. epi. 85. ad episcopos Africanos.

ITEM Leo.

Rudibus & imperitis gubernacula ecclesiæ non sunt cõmittenda. 8

STatuimus ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur, & ne his regenda domini ecclesia credatur qui legitimarum institutionum nescij, & totius humilitatis ignari, nõ ab infimis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium, cùm valde iniquum sit absurdumque, vt imperiti magistris, noui antiquis præferantur, rudes emeritis.

GRATIAN. *In legendis sanctorum, & vitis*

His omnibus auctoritatibus laici prohibẽtur in episcopatum eligi. Econtra B. Nicolaus ex laico electus est in episcopum: B. Seuerus ex lanificio assumptus est in archiepiscopum: B. Ambrosius cùm nondum esset baptizatus, in archiepiscopum est electus. Sed sciendũ est quòd ecclesiasticæ prohibitiones proprias habẽt causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ. vt enim laicus in episcopũ nõ eligeretur, hæc causa fuit: quia vita laicalis ecclesiasticis disciplinis per ordinem nõ erudita nescit exẽpla religionis de se præstare aliis, quæ in seipsa experimento non didicit. Cùm ergo quilibet laicus merito suæ perfectionis clericalẽ vitã transcendit: exẽplo B. Nicolai, & Seueri, & Ambrosij eius electio potest rata haberi. VNDE idem Ambr. in epist. ad Vercellenses ait de seipso. 9

Ambro. epi. 82. lib. 10. ad Vercellensem eccles.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiã: sed si non deest humilitas competens sacerdotio: vbi causa non adhæret, vitiũ non imputatur. Itaque ordinationẽ meã occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt.

M.E.C.D. 2017

barunt. ITEM obiicitur illud Sardicensis concilij. *Ca. 13.*

Scholasticus ex foro aut ex administratione postulari potest episcopus. 10

OSius episcopus dixit(& hoc necessarium arbitror vt diligentissimè tractetur)si fortè aut diues laicus, aut scholasticus de foro aut de administratione episcopus fuerit postulatus,vt non prius ordinetur,nisi antè lectoris munere, & officio diaconi aut presbyteri fuerit perfunctus,& ita per singulos gradus(si dignus fuerit)ascendat ad culmen episcopatus.

Sed aliud est postulari,aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab imperatore, clericus alterius ciuitatis à suo episcopo,sed non eligitur aliquis nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati:postulatio verò simplici petitione. *3. pars. GRAT.*

QVAM distinctionem beatus Gregorius innuit in rescripto scribens cuidam episcopo. *Gregor. epist. 19. lib. 2. ad Benenatũ episc.*

Electio episcopi debet fieri cum solennitate decreti omnium subscriptione roborati. 11

EPiscopus dum fuerit postulatus,cũ solennitate decreti subscriptionibus omnium roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos consecrandus occurrat.

Sic beatus Ambrosius ante susceptum baptisma ab imperatore est postulatus,non electus. Item clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi in electione his qui bene militant in propria ecclesia. VNDE Cœlestinus papa. *4. pars. GRAT.*

Extranei emeritis in suis ecclesiis non præponantur. 12 *Cœlestinus papa epist. 2. epis. Galliæ.*

NEc emeritis in suis ecclesiis peregrini & extranei, & qui antè ignoti sunt,ad exclusionem eorum qui bene ciuium suorum merentur testimonium,præponantur. IDEM.

De eodem. 13 *Idem Cœlest. in eadem epist. cap. 5.*

NVllus inuitis detur episcopus.tunc autem alter de altera eligatur ecclesia,si de ciuitatis ipsius clero cuius est episcopus ordinandus, nullus (quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, vt aliqui de alienis ecclesiis meritò præferantur. Habeat vnusquisque suum fructum militiæ in ecclesia,in qua suam per omnia officia transegit ætatem:in aliena stipẽdia minimè alter obrepat, nec alij debitã,alter sibi vendicare audeat mercedẽ. Sit facultas clericis renitendi si se viderint prægrauari:& quem sibi ingeri ex transuerso viderint, non timeant refutare: qui etsi non debitum episcopatus præmium,vel liberum de eo qui eos rectu rus est,debent habere iudicium.

Palea. 14

IN ordinatione præpositi illa semper consideretur ratio, vt hic constituatur quem omnis concors congregatio secun- *deest in meo manuscripto.*

M.E.C.D. 2017

dum timorem dei, siue etiam pars congregationis (quamuis *praua) saniori consilio elegerit. vitæ autem merito & sapientia eligatur qui ordinandus est, etsi vltimus est in congregatione. quòd si omnis congregatio vitiis suis consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi vel ad alios vicinos præpositos vel Christianos claruerint, prohibeatur prauorum præualere consensum: sed domui dei episcopus constituat cum aliis dignum dispensatorem. ITEM Gregor. ciuibus Neapol.

*parua

De eodem. 15

Grego. epis. 40. lib. 8. ad Neapolit. anos.

STudij vestri sit etiam alium qui aptus sit prouidere: vt si forte Petrus quem à vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus: sit in quem declinare vestra electio possit. nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse probatus non fuerit, alium se dicant qui eligi debeat non habere.

Greg. epis. 16. lib. 11. ad Barbarum episcopũ.

ITEM Gregor. in regesto.

De eodem. 16

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. quapropter visitationis destitutæ ecclesię fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. Et ideo fraternitas tua ad prædictam ecclesiam ire properet, & assiduis exhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiæ admonere festinet: vt remoto studio, vno eodemque consensu talem præficiendum sibi expetant sacerdotem, qui tanto ministerio valeat dignus reperiri: & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Commonemus etiam fraternitatem tuam vt nullũ de alia eligi permittas ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus (quod euenire non credimus) poterit inueniri: prouisurus ante omnia ne ad cuiuslibet conuersationis meritũ laicæ personæ aspirare præsumant: ne & illæ personæ voluntatis affectum non inueniant: & tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras. monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parœcia, sub tua cura dispositioneq; (quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus) concedimus.

ITEM Pelagius papa Eucarpo Messanensi episcopo.

De eodem. 17

CAtinensis ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri ratione didicimus. Impossibile est enim vt nos in prouincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alij cuilibet causas quæ ad deum pertinent committamus, nisi fortè talem per te deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi, vt à te labores istos paululum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinẽsem ecclesiam

Idem Nouella 6. c. 5. à Iustiniano cautum est.

pergat:

M.E.C.D. 2017

pergat:& hominem de clero qui nec vxorem habeat, nec filios, nec crimẽ aliquod canonibus inimicum,eligi cum auxilio dei compellat atque ſuadeat: & ſtatim eum ad vrbem Romam cum decreto & teſtificatione relationis tuæ tranſmitte.

ITEM Gregor. Paſſino epiſcopo.

Greg. epiſt. 13. lib. 10.

Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum quæ ſacra lex morte punit.

18

BEne nouit fraternitas tua quàm longo tempore Aprucium ciuitas paſtorali ſit ſolicitudine deſtituta: vbi diu quæſiuimus quis ordinari debuiſſet,& nequaquam potuimus inuenire.Sed quia Opportunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatus, religioſam vitam omnino dicitur agere: hunc volumus vt fraternitas veſtra ad ſe faciat venire:& de anima ſua admoneatur quatenus in bonis ſtudiis creſcat:& ſi nulla ei crimina quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt,obuient: tunc hortandus eſt vt vel monachus vel à vobis ſubdiaconus fiat:& poſt aliquantum temporis(ſi deo placuerit) ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri.

» Cui autem viſitatio iniungitur, nihil de rebus eiuſdem ec-
» cleſiæ à quoquam præſumi patiatur. VNDE Gregorius.

GRAT. epiſt. 12. ſiue ca. 56. lib. 4. ad Gaudentium epiſcopum.

Non patiatur à quoquam præſumi de rebus eccleſiæ niſi cui fuerit iniuncta viſitatio.

19

QVoniam Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus in Romana ciuitate poſitus de hac luce migrauit: curæ nobis fuit, quæ vniuerſis eccleſiis impenditur,fraternitati tuæ præſentia ſcripta dirigere: vt memoratæ eccleſiæ viſitator accedas: ſic tamen vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu miniſteriiſque,vel quicquid præfati loci eſſe poterit,à quoquã præſumi patiaris:ſed omnem vigilantiam atque cautelam circa clericos plebemque eiuſdem eccleſiæ exhibere te conuenit: vt in vigiliis obſequioque eccleſiaſtico ſedulè ac deuotè debeant deſeruire.

EPISCOPI AB ECCLESIASTICIS ELIGANTVR CONSENTIENTE PRINCIPE ET REQVIRENTE PLEBE.

DISTINCTIO LXII.

» BReuiter monſtratum eſt ex quibus ordinibus in quos
» gradus ſunt eligendi. Nunc vidẽdum eſt à quibus ſunt
» eligendi & conſecrandi. Electio clericorum eſt conſen-
» ſus [a]principis,petitio plebis.

GRAT.

a videtur legendum, cleri.

VNDE Leo papa.

M.E.C.D. 2017

Non sunt habendi inter episcopos qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. 1

NVlla ratio finit vt inter episcopos habeantur qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus sunt expetiti: nec à comprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio cõsecrati. Vnde cùm sæpe quæstio de malè accepto honore nascatur: quis ambigat nequaquam ab istis esse tribuendum quod nec doceatur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in *eorum ecclesiis ordinati sunt &c. vt infrà in causa Simoniacorum. ITEM Cœlestinus papa.

*eis

Cœlestinus pap. 1. epi. 3. cap. 3.

Populus non debet præire, sed subsequi. 2

DOcendus est populus, non sequendus. nos quoque, si nesciunt, eos quid liceat, quidúc non liceat, commonere, nõ his cõsensum præbere debemus. Quisquis conatus fuerit tentare prohibita: sentiet censuram sedis apostolicæ minimè defuturam. quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus: necesse est vt per seueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo quæ propriis rectoribus carent, ecclesias volumus vt hoc innotescat, vt nullus sibi aliqua spe forsitan blanditiis illudat.

GRATIAN. Nisi autem canonicè electus fuerit, consecrari non debet. "

" VNDE Calixtus papa.

Non consecretur in episcopum nisi canonicè electus. 3

NVllus in episcopum nisi canonicè electum consecret: quod si præsumptum fuerit, & consecrans & consecratus absq; recuperationis spe deponatur.

LAICI ETIAM PRINCIPES MAGNI EPISCOPOS NON ELIGANT.

DISTINCTIO LXIII.

LAici nullo modo se debent inferere electioni. "

GRAT. VNDE Hadrianus papa.

Iuo Carn. li. 3. de consecr. epis. id refert.

Laici electioni pontificum non se ingerant. 1

NVllus laicorum principum vel potentum semet inferat electioni aut promotioni patriarchæ metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi: ne videlicet inordinata & incongrua fiat electio vel confusio, vel contentio: præsertim cùm nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum vel cæterorum laicorum habere conueniat & infrà. Quisquis secularium principum, vel potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit: anathema sit donec obediat & consentiat, quicquid ecclesia de electione & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit.

Iuo Carn. lib. 8. de electione pontific. & lib. 3. de consecr. epis.

ITEM ex viij. synodo.

De

M.E.C.D. 2017

De eodem. 2

HAdrianus papa ſecundus(quod Nicolaus prędeceſſor eius diſpoſuerat) miſſos ſuos, Donatum ſcilicet Hoſtienſem epiſcopum,& Stephanum Neopheſinum epiſcopum, & Marinum diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ad Baſilium imperatorem,& ad filios eius Cõſtantinum & Leonem Auguſtos, Conſtantinopolim direxit:cũ quibus & Anaſtaſius bibliothecarius Romanæ ſedis vtriuſque linguæ Græcæ & Latinæ peritus perrexit:& ſynodo congregata(quam octauam vniuerſalẽ ſynodum illuc cõuenientes appellauerunt) exortũ ſchiſma de Ignatij depoſitione,& Fotini ordinatione ſedauerunt, Fotinũ anathemizantes,& Ignatiũ reſtituentes.in qua ſic ſtatutũ eſt: Cõſecrationes & promotiones epiſcoporum cõcordans prioribus conciliis clericorum electione ac decreto,& epiſcoporũ collegio fieri hęc ſancta & vniuerſalis ſynodus diffiniuit & ſtatuit,atque iure promulgauit, neminem laicorum principũ vel potẽtum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitani, aut cuiuſlibet epiſcopi:ne videlicet inordinata & incongrua hinc fiat electio,contẽptio vel cõfuſio:præſertim cum in talibus nullam poteſtatem quemquam poteſtatiuorum vel laicorum cæterorum habere conueniat:ſed ſilere, vel attendere ſibi vſquequo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio pontificis futuri. Si verò quiſquam laicorum ad contractandum vel cooperandũ inuitatur ab eccleſia, licet huiuſmodi laico cum reuerentia,ſi fortè voluerit,obtemperare ſe aſciſcentibus. Taliter enim dignum paſtorem ſibi regulariter ad ſuam & eccleſiæ ſalutem promouet clerus.

ITEM ex hiſtoria tripertita. *cap.c. lib.7.*

Electioni epiſcoporum imperator intereſſe non debet. 3

VAlentinianus imperator veniens ab oriente ad Heſperias partes (vt refert hiſtoria eccleſiaſtica) mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ magiſtro, qui Mediolanenſem eccleſiã vt lupus dilaniauerat:cùm vellet imperator catholicum deo ordinante ibi conſecrari epiſcopum,euocans epiſcopos,hęc eis locutus eſt: Noſtis apertè,eruditi, diuinis eloquiis qualẽ oporteat eſſe pontificem:& quia nõ decet eum verbo ſolo,ſed etiã cõuerſatione gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem virtutis oſtendere, teſtemque doctrinæ cõuerſationem habere bonam.talem itaque in pontificali conſtituite ſede,cui & nos qui gubernamus imperiũ, ſyncerè noſtra capita ſubmittamus,& eius monita dum tanquã homines delinquimus,neceſſariò veluti curãtis medicamina ſuſcipiamus. Hæc autẽ cùm dixiſſet imperator, petiit ſynodus vt magis ipſe decerneret,ſapiens & pius exiſtens:atque ille ait, Super vos eſt talis electio. Vos enim gratia diuina potiti,& illo ſplendore ful-

M.E.C.D. 2017

gentes,melius poteritis eligere . Tunc ſacerdotes egreſſi de epiſcopali ſede tractabant.Cùm autem ordinatione diuina Ambroſius nōdum baptizatus electus fuiſſet, exultans imperator ait:Gratias ago tibi,domine omnipotens , & ſaluator noſter: quoniam huic viro ego quidam comminiſeram corpora,tu autem animas:& meam ſententiam oſtendiſti iuſtitiæ tuæ conuenire.Cumq; ſanctus Ambroſius contriſtaretur de hoc quod acciderat(vt idem ipſe in ſuis epiſtolis ſcribit)confortauit eum imperator,& ait:Noli timere:quia deus qui te elegit, ſemper te adiuuabit , & ego adiutor tuus (vt meum ordinem decet) ſemper exiſtam. ITEM Nicolaus papa Lothario regi.

Auctoritate apoſtolica non regio fauore epiſcopus eſt eligendus. 4

PORro ſcias quia relatum eſt nobis quòd quicunque ad epiſcopatum in regno tuo prouehendus eſt:non niſi fauentem tibi permittas eligi . Idcirco apoſtolica auctoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi vt in Treuerenſi vrbe,& in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris antequam relatū ſuper hoc noſtro apoſtolatui fiat.

Cap.8.concilij Pariſienſis 1.

ITEM ex concilio Pariſienſi.

Non recipiatur à comprouincialibus qui regia ordinatione epiſcopale culmen eſt adeptus. 5

SI per ordinationem regiam honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit, à comprouincialibus illius loci epiſcopis recipi nullatenus mereatur. Quē verò indebitè ordinatum agnoſcunt,ſi quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta præſumpſerit: ſit à fratribus omnibus ſegregatus,& ab ipſorum omni charitate ſemotus.

Cap.13.

ITEM ex concilio Laodicenſi.

De eodem. 6

NOn eſt permittendum turbis electionem eorum facere qui ſunt ad ſacerdotium promouendi.

ITEM ex ſecunda actione.vj.ſynod.cccl.epiſcoporum.

Irrita ſit electio epiſcopi vel presbyteri à principibus facta. 7

OMnis electio epiſcopi vel presbyteri vel diaconi à principibus facta,irrita maneat,ſecundum regulam: quæ dicit:Si quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus eccleſias per ipſos obtinuerit,deponatur,& ſegregētur ab eccleſia omnes qui illi communicant.

Cap.1.lib. Martini Brac.epi.ex ſynodis Græcor.

ITEM ex concilio Martini papæ.

Non eligantur à populo qui ſunt promouendi ad clerum. 8

NOn licet populo electionem facere eorum qui ad ſacerdotium promouentur:ſed in iudicio epiſcoporum ſit: vt epiſcopi eum probent ſi in ſermone & fide & ſpirituali vita edoctus ſit.

GRAT. 2.pars.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione ſacerdotum: atque iniungitur eis neceſſitas obediendi, non liber-

M.E.C.D. 2017

libertas imperandi. Cõtra verò scribit beatus Gregorius Ioan. episcopo primæ [a]Iustinianæ Illyricæ.

Voluntas principis in ordinatione pontificis desideratur. 9

QVia igitur suscepta fratrum atque coepiscoporum relatio ad locum vos sacerdotij totius concilij vnito consensu, & sereniſſimi principis voluntate declarat accersiri : gratias saluatori nostro magna cum exultatione retulimus, nos quoque in persona fraternitatis tuæ per omnia cõsentimus: atque omnipotentem deum deprecamur vt charitatem vestram sicut gratia sua elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

ITEM Greg. Ioanni subdiacono.

Clerus & populus pontificis electioni intererunt. 10

QVanto Apostolica sedes sua auctoritate cunctis prælata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur antistite Laurentio ecclesiæ Mediolanensis archiepiscopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio: ne aliquid quod ad cautelam pertinet omittamus, idcirco huius præcepti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse est; & quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet conuocatis clericis in cõmune perscrutari: & si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat: si quidem in prædicto filio nostro Constantino omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis: tũc eum à proprijs episcopis (sicut antiquitatis mos exigit) cum nostræ auctoritatis assensu solatiante & auxiliante domino facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine & apostolica sedes proprium vigorem retineat: & à se concessa alijs iura non minuat.

ITEM Gelasius papa Philippo & Geruntino *episcopis. *al. Gerontio.

In electione episcopi populus debet adesse. 11

PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprij gubernatione dispergi: ac (sicut asseritur) is qui à vobis iam probatus dicitur, à paucis & tenuibus putatur electus: cùm ad vos pertineat vniuersos assidua admonitione compellere, vt omnes in vnum quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo, fratres charissimi, diuersos ex omnibus sępedicti loci paroeciis & presbyteros, & diaconos: & vniuersam turbam vos oportet sæpius conuocare: quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem vobis admonentibus sibi quærant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contra-

[a] Ciuitas in qua natus est Iustinianus, appellata fuit Iustiniana prima in Illyrico: & ei sedē archiepiscopalē quæ antea erat Thessalonicæ, concessit. vide hac de re propriam Nouellam, quam nunquam hactenus editam typis, nuper ex manuscriptis meis nouellis in lucē dedi. An. Contius.

Greg. epi. 15 siue cap. 59. lib. 4. ad Ioan. episcopum.

Greg. epi. 30. siue cap. 69. lib. 2.

M.E.C.D. 2017

rietas à conſtitutis poſſit reuocare reſcriptis.

GRATIA. ITEM Stephanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Romano archiepiſcopo Rauennati.

De eodem. 12

NOſſe tuam fraternitatẽ volumus ad noſtras aures fore peruentum, Imolẽſem epiſcopum ab hac luce migraſſe: in cuius ſucceſſoris electione populi diuiſionem prouenisſe audiuimus: quod quia ſæpe contingere ſolet, quærẽtibus ſingulis quę ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, non adeo miramur. Veruntamẽ in hoc tuam plurimum oportet adhiberi ſolicitudinem, vt cõuocato clero & populo talis ibi eligatur per dei miſericordiã, cui ſacri non obuient canones. Sacerdotum quippe eſt electio: & fidelis populi conſenſus adhibendus eſt: quia docendus eſt populus, non ſequendus. *Philipp. 2.*

ITEM Nicolaus papa Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

De eodem. 13

EPiſcopos per Aemiliam non conſecres niſi poſt electionẽ vel conſenſum cleri & populi.

ITEM Pelagius papa [a] Iuliano epiſcopo Grumentino.

a al. Tulliano, ex mag. Iuone.

De eodem. 14

LIteras charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas, Latinũ diaconum tuum ad epiſcopatum eccleſiæ Marcellianenſis à clero & omnibus qui illic conueniunt, poſtulari. [b] hoc itaque dicimus, vt ſi omnes eum eligunt, & vis eum concedere: gratum nobis eſſe cognoſce: & ſi poteſt ante diem ſanctum feſtinet occurrere, vt vel ſabbato ipſo noctis magnæ poſt baptiſmum cum dei gratia valeat ordinari [c].

b multa interſecta ſunt, vt ex mag. Iuone par. vi. liquet.

c Additur apud Iuonem. Alioqui neceſſe eſt eos vſque ad quarti menſis ieiunia ſuſtinere.

IDEM Laurentio epiſcopo Centumcellenſi.

Sacra principis auctoritas ordinandis eſt neceſſaria. 15

PRincipali deuotiſſimorum militum qui illic in ciuitate Cẽtumcellenſi conſiſtunt relatione ad nos directa, ſacram epiſtolam inſinuant ſe clementiſſimi principis impetraſſe, qui eis presbyterum diaconum & ſubdiaconum fieri debere precipit. Ideo hortamur dilectionem tuam vt perſonas ipſas videas, & diligenter requiras ne aliquid contra canones commiſiſſent: & ſi eas inculpabiles repereris, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris: veniente mediana ſeptimana Paſchæ (ſi dominus voluerit, & ſi vixerimus) vnumquemque per officia quæ prædiximus, non differas promouere.

ITEM Leo iiij. Lothario & Lodouico Auguſtis.

Papa rogat Auguſtum vt Reatinam eccleſiam cuidam electo dignetur concedere. 16

REatina eccleſia quæ per tot temporum ſpatia paſtoralibus curis deſtituta conſtitit: dignum eſt vt brachio amplitudinis veſtræ ſubleuetur, ac gubernationis regimine protegatur.

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde ſalutationis alloquio præmiſſo veſtram manſuetudinem deprecamur,quatenus Colono humili diacono eandem eccleſiam ad regendum concedere dignemini: vt veſtra licentia accepta ibidem deo adiuuante eum conſecrare valeamus epiſcopum. Sin autem in prædicta eccleſia nolueritis vt præficiatur epiſcopus, Tuſculanam eccleſiam quæ viduata exiſtit, illi veſtra ſerenitas dignetur concedere: vt conſecratus à noſtro præſulatu,deo omniptenti veſtroque imperio grates peragere valeat. ITEM Ritæ comitiſſæ.

Regio præcepto ab apoſtolico Colonus Reatinæ eccleſiæ ordinatur epiſcopus. 17

NObis dominus imperator & imperatrix per ſuas epiſtolas dixerunt,vt Colonum in Reatina eccleſia,quę paſtoris officio per longa iam tempora deſtituta videbatur,epiſcopum facere deberemus: ſicut & fecimus.

ITEM Stephanus Guidoni comiti.

Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur. 18

LEctis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite clerum & plebem eiuſdem elegiſſe ſibi futurum antiſtitem, & à nobis conſecrandum veſtro ſtudio directū eſſe, ne ipſa eccleſia diu ſine proprio conſtet paſtore,fatebantur:nos de obitu prioris dolentes, nunc ipſum electum vnanimitate, & canonica ipſius eccleſiæ electione: vt mādaſtis, tam citiſſimè ordinare omiſimus, eo quòd imperialem nobis (vt mos eſt)abſolutionis minimè detulerit epiſtolam:pro qua ſcilicet re ambiguum eſt nobis : ideo voluntati veſtræ in hoc parêre diſtulimus,ne auguſtalis animus duriſſimè hoc quocūque modo perciperet. Sed ſcientes eccleſiā dei ſine proprio diu paſtore nō debere cōſiſtere:gloriæ veſtrę mandamus (quoniā aliter nos agere nō debuimus)vt à veſtra ſolertia imperiali(vt priſca conſuetudo dictat)percepta licentia,& nobis,quemadmodum vos ſcire credimus,imperatoria directa epiſtola, tunc voluntati veſtræ de hoc parebimus, eundemque electum domino adiuuante conſecrabimus:quod, chariſſime fili, moleſtè nullo modo ſuſcipias. ITEM Leo papa.

Clericorum & ciuium voluntate Metropolitanus eſt ordinandus. 19 *Leo papa 1.epi. 82.ad Anaſtaſium epiſcopum.*

METropolitano defuncto, cùm in loco eius alius fuerit ſubrogandus:prouinciales epiſcopi ad ciuitatem Metropolim conuenire debent: vt omnium clericorum atque ciuiū voluntate diſcuſſa,ex presbyteris eiuſdem eccleſiæ vel diaconis optimus ordinetur.

ITEM Iſidorus in libro officiorum.

Cum clero & populo archipresbyteri fiat electio. 20 *Cap.5.lib.2. de officijs eccleſiaſticis.*

SI in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde electi fuerint:archidiaconus quàm citius profici-

M.E.C.D. 2017

ſcatur illuc:& cum clericis & populis ipſius plebis electionem faciat:quatenus dignus paſtor domui dei conſtituatur:& dum ordinatur,eius prouidentia ipſa plebs cuſtodiatur.

ITEM ex geſtis Romanorum pontificum.

Electus in Romanum pontificem non ordinetur, niſi eius decretum imperatori primum præſentetur. 21

Vide Platinam in vita Agathonis papæ primi.

AGatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes epiſcopus Portuenſis dominico die octauo Paſchæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ publicas miſſas coram principe,& patriarcha Latinè celebrauit: hic ſuſcepit ab illo diualem,id eſt,regiã epiſtolam ſecundum ſuam poſtulationem: per quam releuata eſt quantitas pecuniæ quæ ſolita erat dari pro ordinatione põtificis facienda:ſic tamen, vt ſi contigerit poſt eius tranſitum electionem fieri: non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam vrbem ſecundum antiquam conſuetudinem: vt cum eorum conſcientia & iuſſione debeat ordinatio proſperari. Item Vitalianus natione Signenſis direxit reſponſales ſuos cum ſynodica epiſtola, iuxta conſuetudinem in regiam vrbem apud piiſſimos principes,ſignificans de ordinatione ſua.

ITEM ex hiſtoria eccleſiaſtica.

Imperatorius habet eligendi pontificem. 22

Iuo Carn. lib. 8. de electione pontificis id refert.

HAdrianus papa Romam venire Carolum regem ad defendas res eccleſiæ poſtulauit:Carolus verò Romam veniens,Papiam obſedit:ibiq́ue relicto exercitu,in ſancta reſurrectione ab Hadriano papa Romæ honorificè ſuſceptus eſt. poſt ſanctam reſurrectionẽ reuerſus Papiam, cepit Deſideriũ regem:deinde Romam reuerſus conſtituit ibi ſynodum cum Hadriano papa in patriarchatu Lateranenſi, in eccleſia ſancti Saluatoris:quæ ſynodus celebrata eſt à cliij. epiſcopis religioſis & abbatibus.Hadrianus autem papa cum vniuerſa ſynodo tradiderunt Carolo ius & poteſtatem eligendi pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem:dignitatem quoque patriciatus ei conceſſerunt.Inſuper archiepiſcopos & epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere diffiniuit:vt niſi à rege laudetur & inueſtiatur epiſcopus,à nemine cõſecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret,anathematis vinculo eum innodauit:& niſi reſipiſceret, bona eius publicari præcepit. ITEM Leo papa.

Electio Romani pontificis ad ius pertinet imperatoris. 23

Iuo Carn. lib. 8. id ex eodem refert de electione pontific.

IN ſynodo congregata Romæ in eccleſia ſancti Saluatoris ad exemplum beati Hadriani apoſtolicæ ſedis antiſtitis,qui domino Carolo victorioſiſſimo regi Francorum ac Lõgobardorum patritiatus dignitatem,ac ordinationem apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram epiſcoporum conceſſit:Ego quoque Leo ſeruus

M.E.C.D. 2017

ſeruus ſeruorum Dei epiſcopus cū toto clero ac Romano populo conſtituimus & confirmamus & corroboramus, & per noſtram apoſtolicam auctoritatem concedimus atque largimur domino Ottoni primo regi Theutonicorum, eiuſq; ſucceſſoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis apoſtolicæ pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiſcopos ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem vnde debent: exceptis his quos imperator pontificibus & archiepiſcopis conceſſit, & vt nemo deinceps cuiuſcūque dignitatis vel religionis, eligendi vel patricium vel pontificem ſummæ ſedis apoſtolicæ, aut quemcunque epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque conſenſu ipſius imperatoris. Quod tamen fiat abſque omni pecunia, & vt ipſe ſit patricius & rex. Quòd ſi à clero & populo quis eligatur epiſcopus, niſi à ſupradicto rege laudetur & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc apoſtolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubiacere decernimus, & niſi reſipuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis ſuppliciis affici.

ITEM Gregorius.

Præcepto principum maximo remittitur quod abſque auctoritate apoſtolica ordinatur.

Grego. epiſt. 34. ſiue ca. 78. li. 4 ad Conſtantiam Auguſtam.

24

SAloniranæ ciuitatis epiſcopus me neſciente ac reſponſali meo ordinatus eſt, & facta eſt res quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eundem præuaricatorē qui inordinatè ordinatus eſt, protinus miſi, vt omnino miſſarum ſolennia celebrare nullo modo præſumeret, niſi prius à ſereniſſimis dominis cognoſcerem ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent, quod ei ſub excōmunicationis interpoſitione mandaui, qui contempto me atque deſpecto, in audacia quorundā ſecularium hominum (quibus denudata ſua eccleſia, præmia multa præbere dicitur) nunc vſque miſſas facere præſumit, atque ad me venire ſecundum iuſſionem dominorum, noluit. Ego autem præceptioni *pietatis eorum obediens, eidem Maximo qui me neſciente, ordinatus eſt: hoc quòd in ordinatione ſua me vel reſponſalē meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde relaxaui, ac ſi me auctore fuerit ordinatus: alia verò illius peruerſa, ſcilicet mala corporalia quæ cognoui, vel quia cum pecunia eſt electus, vel quòd excommunicatus miſſas facere præſumpſit: propter Deum irrequiſita præterire non poſſum: & ſi ad me venire diu diſtulerit, exercere in eo diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

**aliàs, pietatis cauſa eorum.*

ITEM ex concilio Toletano,

Cap. 6. concilij Tolet. 12.

In

In electione episcoporum, principis desideratur assensus. 25

CVm longè latéque diffuso tractu terrarum commeãtium impeditur celeritas nunciorum, quo aut nequeat regibus audientibus decedentis præsulis transitus notificari, aut de successore morientis episcopi libera principis electio expectari: nascitur sæpe aut nostro ordini de relatione talium difficultas, aut regiæ potestati, dum consultum vestrum subrogandis pontificibus sustinet numerosa necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ atque Galliciæ, vt saluo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ, licitum maneat, deinceps Toletano pontifici quoscũque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani episcopi iudicium dignos esse ptobauerit: in quislibet prouinciis, & in præcedentium sedibus prę-ficere præsules, & decedentibus episcopis eligere successores: ita tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatiũ Metropolitani proprij præsentiam visurus accedat.

GRAT. Electiones quoque summorum pontificũ atque aliorum infrà præsulum quondam imperatoribus repræsentabantur: sicut de electione beati Ambrosij & beati Gregorij legitur. Quibus exemplis & pręmissis auctoritatibus liquidò colligitur laicos non excludendos ab electione, neque principes esse reiiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quòd populus aut princeps iubetur electioni interesse, non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim (vt in fine superioris capituli Stephani papæ legitur) est electio, & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum lectioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei ritè prę-ficietur antistes, cùm populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Cœlestin. pa. 1. epist. 2. Cap. 5. VNDE Cœlestinus papa ait.

Plebis non est eligere, sed electioni consentire. 26

CLeri plebisque consensus & desiderium requiratur.

ITEM Leo primus.

De eodem. 27

Leo papa epi. 8. 7. VOta ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituantur. & infra. Per pacem & quietem sacerdotes qui futuri sunt postulentur, teneatur subscriptio clericorum: honoratorum testimonium, ordinis conuentus & plebis.

GRATIA. Principibus verò atque Imperatoribus electiones Romanorum pontificum atque aliorum episcoporum referendas, vsus & constitutio tradidit pro schismaticorum atque hæreticorum dissentionibus, quibus nõnunquã ecclesia Dei concussa

M.E.C.D. 2017

„ cussa periclitabatur: contra quos legibus fidelissimorum Im-
„ peratorum frequenter ecclesia munita legitur. Repræsentaba-
„ tur ergo electio clericorum principibus, vt eorum auctorita-
„ te roborata, nullus hæreticorum vel schismaticorum auderet
„ contraire, & vt ipsi principes tanquam deuotissimi filij in eum
„ consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent: vt ei in om-
„ nibus suffragatores existerent, sicut Valentinianus B. Ambro-
„ sio suprà legitur dixisse: Noli timere, quia Deus qui te elegit,
„ semper te adiuuabit. & ego adiutor & defensor tuus (vt meũ
„ ordinem decet) semper existam.

VNDE Stephanus papa statuit dicens.

Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur pontifex Romanus. 28

QVia sancta Romana ecclesia (cui Deo auctore præsidemus) à pluribus patitur violentias pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia põtificis fit electio & consecratio, nec canonico ritu & cõsuetudine ab imperatore directi sunt nuncij qui vetent scandala: fieri volumus vt cùm instituendus est pontifex, conuenientibus episcopis & vniuerso clero eligatur præsente senatu & populo qui ordinandus est, & sic ab omnibus electus, prẹsentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui iuramẽta vel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis magnificentia minuatur.

4. pars. GRATIAN.

„ Verũ quia imperatores quãdoq; modũ suum ignorãtes nõ
„ in numero cõsentientium, sed primi distribuentiũ, immo ex-
„ terminantiũ esse voluerunt, frequenter etiã in hæreticorũ per-
„ fidiam prolapsi, catholicæ matris vnitatẽ ecclesiæ impugnare
„ conati sunt: ideo sanctorũ patrũ statuta aduersus eos prodie-
„ rũt, vt semet electioni nõ insererẽt, & quisquis eorũ suffragio
„ ecclesiã obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scri-
„ ptura quoq; diuina dicit, q̃ Ezechias dissipauit excelsa, & con- 4. Reg. 18. a.
„ triuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentẽ æneum quem 2. Paral. 29.
„ fecit Moyses. videlicet quia illũ serpentẽ deus fieri iusserat, ne
„ serpẽtina morte populus interiret, ideo ipse populus colere &
„ venerari eũ cœperat: & iccirco destruxit iste quod iubẽte deo
„ fecerat ille: ac per hoc magna auctoritas ista est habẽda in ec-
„ clesia, vt si nõnulli ex prædecessoribus & maioribus nostris fe-
„ cerũt aliqua quę illo tẽpore potuerũt esse sine culpa, & postea
„ vertũtur in errorẽ & superstitionẽ, sine tarditate aliqua, & cum
„ magna auctoritate à posteris destruãtur. Postremò prẹsentibus
„ legatis imperatorũ, & incõsultis, electiones Romanorũ põti-
„ ficum legũtur celebratæ, & tandẽ ijdem imperatores religioso
„ mẽtis affectu præfatis priuilegiis renũciauerũt, multa insuper
„ donaria ecclesiæ dei cõferentes. VNDE Greg. iiij. scribit.

INCON-

M.E.C.D. 2017

Inconsultis legatis imperatoris, Hadrianus ad pontificatum eligitur. 29

CVm Hadrianus ij. ad Romanum pontificatum ab ecclesiæ Dei genitricis dominæ nostræ quæ dicitur Ad præsepe, traheretur ad Lateranense patriarchiū: certatim à populo & clero & proceribus deportatus est: quod audientes missi Lodouici imperatoris molestè tulerunt, & indignati sunt quòd dum præsentes essent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à se futuri præsulis electioni interesse meruerunt: qui accepta ratione quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu hoc cõmissum fuerat, ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum expectandi mos per huiusmodi fomitem inolesceret: omnem indignationem medullitus sedauerunt: & ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt. ITEM pactum constitutionis imimperatoris primi Lodouici cum Romanis pontificibus.

Electio Romanorum pontificum à Lodouico conceditur Romanis. 30

EGo Lodouicus imperator Romanus Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi apostolorum, & per te vicario tuo domino Paschali summo pontifici, & successoribus eius in perpetuum, sicut à prædecessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo & suburbanis atque villiculis omnibus & territoriis eius montanis & maritimis, littoribus & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Tusciæ partibus. Idem quando diuina vocatione huius sacratissimæ sedis põtifex de hoc seculo migrauerit, nullus ex regno nostro aut Francus, aut Longobardus de qualibet parte homo sub nostra potestate constiturus licentiam habeat contra Romanos aut publicè aut priuatim conueniendi, aut electionem faciendi, nullusq; in ciuitatibus aut in territoriis ad ecclesię beati Petri apostoli potestatē pertinētibus aliquod malū præterea facere præsumat: sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine qualiber perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam, & eum quē diuina inspiratiõe, & beati Petri intercessione omnes Romani vno consilio atque vna concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem eligerint, sine aliqua ambiguitate atque contradictione more canonico consecrare, & dum cõsecratus fuerit, legati ad nos vel ad nostros successores reges Francorum dirigantur, qui inter nos & inter illum amicitiam & charitatē & pacem consocient. ITEM Leo iiij. Lothario & Lodouico Augustis.

Electio

M.E.C.D. 2017

Electio & consecratio Romani pontificis non nisi iustè & canonicè fiat. Palea. 31

INter nos & vos pacti serie statutum est & confirmatum quòd electio & consecratio futuri Romani pontificis non nisi iustè & canonicè fieri debeat.

IDEM.

Ab imperatore vel nunciis eius, electioni Romani pontificis nullum obstaculum generetur.

Palea. 32

CONstitutio primi Henrici & primi Ottonis cum Romanis pontificibus. vt nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditionis argumentum in electione Romani pontificis componere audeat omnino prohibemus. Item in electione Romanorum pontificum neque liber neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram constitutionem præsumpserit: exilio tradatur. ITEM constitutio Ottonis.

Iuramentum Ottonis quod fecit domino papæ Ioanni. 33

TIbi domino Ioanni papæ, ego rex Otto promittere & iurare facio per patrem & filium & spiritum sanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quòd si permittente domino Romam venero, sanctam Romanã ecclesiam, & te rectorẽ ipsius exaltabo secundũ meum posse, & vitam aut mẽbra nunquã neq; ipsum honorẽ quẽ habes, mea volũtate, aut meo cõsilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: & in Roma nullũ placitum aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad te aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam: & cuicunq; Italicum regimẽ commisero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum tetram sancti Petri secundũ suum posse.

ITEM ex primo lib. [capitulorum [a]] Caroli & Ludouici imperatorum. [a] Capitularium

Liberum sit clero & populo de propria diœcesi episcopum eligere. 34

SAcrorum canonum non ignari, vt Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini ecclesiastico prębemus: vt scilicet episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta canonum de propria diœcesi (remota personarum & munerum acceptione) ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur: vt exemplo & verbo sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant.

» Ex his cõstitutionibus & pacto Ludouici imperatoris de-
» prehenduntur, imperatores illis renunciasse priuilegiis quæ

de

M.E.C.D. 2017

de electione ſummi pontificis Hadrianus papa Carolo impe- "
ratori , & ad imitationem eius Leo papa Ottoni primo regi "
Theutonicorum fecerat. Cùm ergo præmiſſis auctoritatibus "
cunctis liqueat electionem clericorum tãtummodo eſſe:quæ- "
ritur quorum ſit ipſa electio : an clericorum maioris eccleſiæ "
tantum,an etiam aliorum religioſorum qui in eadem ciuita- "
te fuerint. Sed ſicut in abbreuiatione canonum Fulgẽtij Car- "
thaginen.eccleſiæ diaconi inuenitur,in ſeptimo Niceno con- "
cilio,& in Gangrenſi ſtatutum eſt, vt ad eligendum epiſcopũ "
ſufficiat eccleſiæ matricis arbitrium. Nunc autem ſicut electio "
ſummi pontificis nõ à cardinalibus tantum, verùm etiam ab "
aliis religioſis clericis auctoritate Nicolai papæ eſt facienda: "
ita & epiſcorũ electio non eſt à canonicis tantùm,ſed etiã ab "
aliis religioſis clericis:ſicut in generali ſynodo Innocẽtij pa- "
pæ Romæ habita conſtitutum eſt. AIT enim. "

Abſque religioſorum virorum concilio canonici maioris eccleſiæ,epiſ
copum non eligant. 35

OBeuntibus ſanè epiſcopis , quoniam vltra tres menſes va-
care eccleſiam ſanctorum patrum prohibent ſanctiones,
ſub anathematis vinculo interdicimus , ne canonici de ſede
epiſcopali ab electione epiſcoporũ excludãt religioſos viros,
ſed eorum conſilio honeſta & idonea perſona in epiſcopum
eligatur. Quod ſi excluſis religioſis electio fuerit facta, quod
abſque cõſenſu eorum & cõniuentia factũ fuerit, irritum ha-
beatur & vacuum.

GRATIAN. Nunc ergo quæritur ſi vota eligẽtium in duas ſe diuiſerint "
partes: quis eorum alteri ſit præferendus? "

Leo pa. I. epiſt. 82. Anaſtaſio epiſcopo Theſſ. DE his ita ſcribit Leo epiſcopus.

Cùm vota eligentium in duas ſe diuiſerint partes, quis ſit præferendus
alteri. 36

SI fortè (quod nec reprehenſibile, nec irreligioſum iudica-
mus) vota eligentium in duas ſe diuiſerint partes,is Metro-
politani iudicio præferatur , qui maioribus iuuatur ſtudiis &
meritis: ita tamen, vt nullus detur inuitis & nõ petentibus,ne
plebs inuita epiſcopum non optatum contemnat aut odiat.

EPISCOPVS A TRIBVS EPISCOPIS CONSENTIENTE METROPOLITANO ORDINETVR. DISTINCT. LXIIII.

HINC conſiderandum eſt, à quibus vel quo tempore
ſacri ordines ſint diſtribuendi , vel quibus in locis pa-
triarchæ, primates,archiepiſcopi,epiſcopi,chorepiſco-
pi,& reliqui ſacerdotes ſint ordinandi.

Cap. 4. AQVIBVS ordinentur epiſcopi in Niceno concilio diffinitum eſt, in quo ſic legitur.

M.E.C.D. 2017

Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur. 1

EPiscopi ab omnibus qui sunt in prouincia sua, debent ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel vrgente necessitate, vel itineris longitudine, tres episcopi debent in vnum cõgregari: ita vt cæterorum qui absentes sunt, consensum literis teneant. Potestas sanè vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad Metropolitanum episcopum. ITEM Anacletus.

De eodem. 2

ORdinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem prouincia sunt episcopis celebrandæ sunt. quod si omnes simul minimè conuenire poterunt, assensum tamen præbeant suis apicibus: vt ab ipsa ordinatione animo non desint. EX concilio Aurasico. cap. XX.

Epist. 2. ad episcopos Italiæ.

Palea. 3

DE abiectione & ambitione eius quem duo præsumpserunt ordinare episcopi in vestris prouinciis, placuit de præsumptionibus vt sicubi contigerit duos episcopos tertium ordinare: & episcopi & auctores dãnabuntur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta seruentur. ITEM Anitius papa.

Cap. 20. cõcil. Arausicen.

Cæteris assentientibus cum tribus comprouincialibus ordinetur episcopus. 4

COmprouinciales episcopi (si necesse fuerit) cæteris consentientibus à tribus episcopis iussu archiepiscopi consecrari possunt. ITEM Innocentius papa.

Anicetus papa epist. ad episcopos Galliæ.

Non ordinetur episcopus extra conscientiam Metropolitani. 5

EXtra conscientiam Metropolitani nullus audeat ordinare episcopum. integrum enim est iudiciũ quod plurimorum sententiis cõfirmatur. Nec vnus episcopus præsumat ordinare episcopum, ne furtiuum beneficium præstitum videatur. hoc enim & synodus Nicena cõstituit, atq; custodiẽdo definiuit. ITEM Gelasius vniuersis episcopis per Dardaniã cõstitutis.

Innoc. papa 1. epist. 2. ad Victricium episcopum Rothomagen.

Episcopi à suo metropolitano, & ipse ab eisdem consecretur. 6

QVia per ambitiones illicitas nos pudet quosdam ecclesiarum iura turbare: ac priuilegia quæ metropolitanis vel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas temeraria præsumptione peruadere: propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant dissidium tenere, quod scilicet ab eius auctoritate diuisi, vel impunè proprias vsurpationes exerceant, non respicientes quia æterno iudici rationẽ tam de catholicæ synceritatis iniuria, quàm de traditionum præiudicijs paternarum non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permãserint: charitatem vestram duximus instruẽdam vt vos omnes in commune fratres, siue per Dardaniam, siue per vnãquanq; contiguam prouinciam constituti, qui vos sub Metropolitanis vestris esse meministis, & ab eisd

M.E.C.D. 2017

ſubſtitui, decernentes (ſicut vetus conſuetudo depoſcit) vnanimiter ſtatuatis antiſtites, & viciſſim ſi Metropolitanus humanæ cõditionis ſorte deceſſerit, à cõprouincialibus epiſcopis (ſicut forma trãſmiſit) ſacrari modis omnibus cenſeatis: neq; ſibi quẽquam quod vobis antiqua diſpoſitione conceſſum eſt, patiamini vẽdicare: quatenus & inter ipſas aduerſantiũ voluntatum procellas veterum regulas nullatenus cuſtodire ceſſetis: ſicut perſecutionũ tempore diuerſarũ patres noſtros conſtanter feciſſe non dubium eſt. ITEM ex concilio Martini papę.

Cap. 2. lib. Martini Bracharen. epiſcopi ex ſynodis Græcorum.

De eodem. 7

EPiſcopum oportet maximè quidem ab omni concilio conſtitui, ſed ſi hoc aut pro neceſſitate, aut pro longinquitate itineris, difficile fuerit, ex omnibus tres eligantur, vt omnium præſentium vel abſentium ſubſcriptiones teneantur, & ſic poſtea ordinatio fiat.

3. pars. GRATIAN. *Ibidẽ continuò.* Huius autem rei poteſtas in omni prouincia ad Metropo- «
Cap. 6. litanum pertinet epiſcopum. ITEM ex concilio Niceno. «

Non erit epiſcopus qui præter Metropolitani conſcientiam fuerit ordinatus. 8

ILlud generaliter eſt clarum, quòd ſi quis præter ſententiam vel cõſcientiam Metropolitani fuerit factus epiſcopus, hunc magna ſynodus diffiniuit epiſcopum eſſe non oportere.

CONSENSVS EPISCOPORVM MAIOR IN EPISCOPI ORDINATIONE SERVETVR CONSENTIENTE PRIMATE.

DISTINCTIO LXV.

COmprouincialium epiſcoporum vniuerſaliter deſideratur cõſenſus in ordinatione epiſcopi. Quòd ſi aliqui animoſitate ducti contradicere voluerint, obtineat ſententia plurimorum. VNDE in Niceno concilio. *Cap. 6.*

Si cæteris conſentientibus ordinationi epiſcoporum duo vel tres contradicant, obtineat ſententia plurimorum. 1

SAnè ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato, ſecundum eccleſiaſticã regulam duo vel tres animoſitate ducti per contentionẽ contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum. ITEM ex concilio Martini papæ.

Cap. 3. lib. Martini Bracharen. epiſcopi ex ſynodis Græcorũ.

De eodem. 2

NOn debet ordinari epiſcopus abſq; concilio & præſentia Metropolitani epiſcopi. adeſſe autem oportet omnes qui ſunt in prouincia ſacerdotes, quos per ſuam epiſtolam debet Metropolitanus conuocare. Et ſi quidem omnes concurrant, bene eſt, ſi autem hoc difficile fuerit, plures oportet concurrere. qui autem non conueniũt, præſentiã ſui per epiſtolas ſuas faciant: & ſic omnium facto conſenſu, ordinationem epiſcopi fieri

M.E.C.D. 2017

pi fieri oportet. Si autem aliter præterquam à nobis terminatum eſt, fuerit factū: talem ordinationē nihil valere decernimus. Si autē ſecundū canones ordinatio epiſcopi fuerit facta, & aliquis cum ſua malitia in aliquo contradixerit, plurimorū conſenſus obtineat. ITEM ex concilio Antiocheno.

De eodem. Cap. 19.

3 EPiſcopus nō eſt ordinandus ſine conſilio & præſentia Metropolitani epiſcopi: cui melius erit, ſi ex omni prouincia congregentur epiſcopi. quod ſi fieri non poteſt, hi qui adeſſe non poſſunt propriis literis conſenſum ſuum deſignēt: & tūc demum poſt plurimorū epiſcoporum ſiue per pręſentiam, ſiue per literas conſenſum, ſententia conſona ordinetur. quòd ſi aliter quàm ſtatutū eſt fiat, nihil valere huiuſmodi ordinationem ſciat. Si verò etiā ſecundū diffinitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias & domeſticas ſimultates. his contemptis ſententia de eo obtineat plurimorum. Si autem prouinciam primatē habere cōſtiterit: nec etiam Metropolitano abſq; conſcientia eius epiſcopum conſecrare licebit. VNDE Leo papa Anaſtaſio epiſcopo. *Ibidem cōtinuò.*

Abſque primatis conſenſu Metropolitanus epiſcopum non ordinet. *Leo papa I. epiſt. 82.*

4 DE perſona autem conſecrandi epiſcopi, & de cleri plebiſque conſenſu Metropolitanus epiſcopus ad fraternitatem tuam referat: quodq; in prouincia bene placuit, ſcire te faciat vt ordinationem* rite celebrandam tua quoque confirmet auctoritas, quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ aut difficultatis debebit afferre: ne gregibus domini diu deſit cura paſtorū. **ordinem ritè celebrandum.*

ITEM ex concilio Carthaginen. iiij. *Cap. 12. conc. Carthag. 2.*

De eodem.

5 PLacet omnibus vt inconſulto primate cuiuſlibet prouincię tam facilè nemo præſumat, licet cum multis in quocunq; que loco ſine eius (vt dictū eſt) prȩcepto epiſcopum ordinare. Si autem neceſſitas fuerit, tres epiſcopi in quocunque loco ſint cum primatis præcepto ordinare debent epiſcopum.

ITEM ex concilio Niceno. *Cap. 6.*

Vnicuique eccleſiæ proprius honor obſeruetur.

6 MOs antiquus perduret in Aegypto vel Libya & Pētapoli, vt Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem: quoniam quidē & Romano epiſcopo parilis eſt mos. Similiter autem apud Antiochiam & cęteras prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur eccleſiæ. ITEM ex eodem. *Cap. 7. Niceni conci.*

De eodem.

7 QVoniā mos antiquus obtinuit & vetuſta traditio vt Aelię (id eſt Hieroſolymorum) epiſcopo honor deferatur: habeat conſequenter honorem: manente tamen Metropolitanæ ciuitatis honore proprio.

M.E.C.D. 2017

GRATIAN. Cap. 5.

Qui verò à comprouincialibus ſuis cum Metropolitani licentia fuerit ordinatus, intra conſtituta tempora eius ſe repræſentet conſpectibus.

VNDE in Terraco concilio legitur.

De eodem. 8

SI quis Metropolitana ciuitate epiſcopus non fuerit ordinatus: poſteaquã ſuſcepta benedictione per Metropolitani literas honorẽ fuerit adeptus epiſcopi, id optimum eſſe decernimus, vt poſtmodũ ſtatuto tempore (id eſt impletis duobus menſibus) ſe Metropolitani ſui preſentet aſpectibus: vt ab illo monitis eccleſiaſticis inſtructus, plenius quid obſeruare debeat recognoſcat. Quòd ſi fortè hoc implere neglexerit, in ſynodo increpatus à fratribus corrigatur: etſi fortè infirmitate aliqua ne hoc impleat fuerit impeditus, hoc ſuis literis Metropolitano indicare procuret.

GRATIAN. 3. pars. Cap. 6.

His auctoritatibus datur intelligi quòd epiſcopi à comprouincialibus ſuis debeant ordinari. Sed quæritur ſi in prouincia plurimi epiſcopi fuerint, & contigerit fortè vnum remanere epiſcopum: quid fieri debeat. ille, quia ſolus eſt, ordinare non poteſt epiſcopũ. comprouinciales enim nõ habet cum quibus epiſcopum conſecrare valeat. Cùm ergo talis neceſſitas fuerit, quid faciendum ſit in Sardicenſi concilio diffinitur: in quo ſic ſtatutum legitur.

Si fortè vnus tantum in prouincia remanſerit epiſcopus ad conſecrationem epiſcopi de vicina prouincia conuocentur. 9

SI fortè in prouincia vnum tantum contigerit remanere epiſcopum, ſuperſtes epiſcopus cõuocet epiſcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet cõprouinciales ſibi epiſcopos. quod ſi facere neglexerit, populi conueniant epiſcopos prouinciæ vicinæ: & illi prius commoneant epiſcopum qui in eadẽ prouincia commoratur: & oſtẽdant quomodo populi petant ſibi rectorem: & doceant iuſtum eſſe vt veniat ipſe, & cum eis ordinet epiſcopum. & ſi literis conuentus tacuerit & diſſimulauerit, nihilq; reſcripſerit: tunc ſatisfaciẽdum eſt populis vt conueniant ex vicina prouincia, & epiſcopum ordinent.

ARCHIEPISCOPVS A SVIS EPISCOPIS ORDINETVR.

DISTINCTIO XLVI.

GRATIAN. *Anicetus epiſt. ad Galliæ epiſcopos.*

ARchiepiſcopus autem ab omnibus ſuę prouinciæ epiſcopis debet ordinari.

VNDE Anitius papa ait.

Ab omnibus ſuffraganeis ſuis archiepiſcopus ordinetur. 1

ARchiepiſcopus ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis ordinetur. Hoc autem quod de archiepiſcopi ordinatione præ-

M.E.C.D. 2017

præceptum est, vt omnes suffraganei eum ordinent: nullatenus liceat immutari: quia ille qui præest, ab omnibus episcopis quibus præest, debet constitui. Siu autẽ aliter præsumptũ fuerit, viribus carere non dubium est: quia irrita erit secus acta ordinatio archiepiscopi.

» De episcopis non ordinandis à paucioribus quàm à tribus GRATIAN.
» episcopis Anacletus papa scribit, dicens. 2 2. pars.

POrrò & Hierosolymitanus primus archiepiscopus beatus Epi. 2. ad Italiæ
Iacobus qui Iustus dicebatur, & secundum carnẽ frater do- episcopos.
mini nuncupatus est: à Petro Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus: successoribus suis formã dantibus videlicet vt minus quàm à tribus episcopis reliquisque omnibus assensum præbentibus nullatenus episcopus ordinetur: & cõmuni voto ordinatio celebretur.

PRESBYTERI AB VNO EPISCOPO ORDINANTVR.

DISTINCTIO LXVII.

» PResbyteri verò & chorepiscopi ab vno episcopo ordina- GRATIAN.
» ri possunt. VNDE Anacletus. Anacle. epist. 2.
» ad episcopos
Italiæ.

Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari. 1

REliqui sacerdotes à proprio ordinentur episcopo: ita vt ciues & alij sacerdotes assensum præbeant & ieiunantes ordinationem celebrent: similiter & diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni, trium veracium testimonium cum episcopi approbatione sufficere potest.

ITEM in Hispalensi concilio legitur.

De eodem 2

EPiscopus sacerdotibus ac ministris solus honorẽ dare po- Cap. 6. conc. Spa
test, solus auferre non potest. lensis. 2.
2. Pars.

NON EPISCOPI ORDINARE PRESBYTEROS, NEC CHOREPISCOPI POSSVNT.

DISTINCTIO. LXVIII.

» QVæritur de illis qui ordinantur ab his quos non con- GRATIAN.
» stat fuisse episcopos, an sint iterum consecrãdi, an nõ.
» Quòd verò consecrãdi non sint, probatur auctoritate Greg. pap. 1.
» Gregorij, qui scribens Ioanni Rauennati archiepiscopo ait. epist. 32. lib. 2.

Semel consecratus, iterum consecrari non debet. 1

SIcut semel baptizatus, iterum baptizari non debet: sic & semel consecratus, iterum consecrari non potest. Sed si quis cum leui culpa ad sacerdotium venerit, pro culpa pœnitentia debet indici: & tamen ordo seruetur.

ECONTRA. idem Gregorius testatur scribens cuidam episcopo.

M.E.C.D. 2017

Greg.pa.3 -pi. ad Bonifacium.

De presbyteris qui ordinantur ab eis quos constat episcopos non fuisse. 2

PResbyteriquos reperisti, si incogniti fuerint viri illi qui ordinant: & dubium est eos episcopos fuisse, aut qui eos ordinauerunt: si bonę actionis, viriąue catholici sint, & ipsi presbyteri in ministerio Christi Dei sancta lege edocti: ab episcopo suo benedictionē presbyteratus suscipiant, & consecrētur: & sic ministerio sacro fungantur.

GRATIAN. Quòd ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est qui consecratus est ab illo quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrādi ius non habuerit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit, & quia in ipso ordine consecratus non erat: nunc quasi primum ad consecrationem veniens, ab episcopo sacerdotalem benedictionem & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuerit, in prima vnctione consecutus est consecrationē. in secūda verò nō reiteratur cōsecratio, sed sola vnctio: sicut de quo dubiū est an sit baptizatus vel non, debet baptizari. Quòd si prius baptizatus nō fuerat, cōsequitur gratiam baptismi. si autem baptizatus erat, nihil accipit in secūda vnctione, nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc etiā de ecclesijs consecrandis similiter obseruandum est. VNDE in Niceno concilio legitur.

Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. 3

ECclesiis semel consecratis Deo non iterum debet cōsecratio adhiberi: nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicunq; sacerdote in nomine patris & filij & spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dedicatus est iterum consecrandus, nisi propter eas causas quas superius nominauimus: si tamen fidē sanctæ trinitatis tenuerunt qui eas consecrauerunt.

2. pars. GRATIAN. Inter episcopos autem & chorepiscopos hæc est differentia, quòd episcopi non nisi in ciuitatibus: chorepiscopi & in vicis ordinari possunt, episcopi formatas tribuunt literas: chorepiscopi non nisi commendatitias & pacificas dare valent. episcopi ius consecrandi habent: chorepiscopi tantum minores ordines tribuūt. leuiticam autem & sacerdotalem benedictionem non valent præstare,

DE his ita scribit Leo episcopus omnibus episcopis.

Leo pap. 1. epist. 86. ad episco. Germania.

In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. 4

QVanuis chorepiscopis & presbyteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispēsatio: quædam tamen

M.E.C.D. 2017

men sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum, diaconorum, & virginum consecratio: constitutio altaris ac benedictio vel vnctio. si quidem nec erigere altaria, nec ecclesias consecrare eis licitum est, nec per impositionē manuum fidelibus baptizatis, vel cōuersis hęreticis paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publicè quidem in missa quenquā pœnitentē reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere.

» Hæc omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad exēplum & GRATIAN.
» formā.lxxij. discipulorum esse noscuntur: vel presbyteris qui
» eandem gestant figurā: quoniam quanquā cōsecrationem ha-
» bent, pontificatus tamen apicem non habent. Hi verò propter 3. pars.
» insolentiam suam qua officia episcoporum sibi vsurpāt, ab ec-
» clesia prohibiti sunt. VNDE Damasus papa ait, Epist. 4. ad omnes episcopos.

Ordo chorepiscoporum à sacra sede reprobatur. 5

CHorepiscopi tam ab hac sacra sede, quàm ab episcopis totius orbis prohibiti sunt. Nimis enim eorū institutio improba est & praua: quia etsi de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumant, omni tamen auctoritate carent. Nam non amplius quàm duos ordines inter discipulos dñi esse cognouimus, id est duodecim apostolorum, & septuagintaduorum discipulorū. vnde iste tertius processerit, ignoramus: & quod ratione caret, extirpare necesse est.

» Quod autem episcopi non sint qui minus quàm à tribus GRATIAN.
» sunt ordinati episcopis, omnibus patet, prohibitum est enim 4. pars.
» à sanctis patribus, vt qui ab vno vel à duobus sunt ordinati
» episcopis, non nominentur episcopi. si enim nomen non ha-
» bent, qualiter officium habebunt?
» ITEM Vrbanus papa.

Apostolorum in ecclesia locum episcopi tenent. 6

QVorum vices in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat. Augustinus ostendit inquiens: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Patres missi sunt apostoli. pro apostolis filij nati sunt & constituti episcopi. hodie enim episcopi qui sunt per vniuersum mundum, vnde nati sunt, ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrū. Non ergo te putes desertam, quia non vides Paulum, non vides Petrum, quia non vides illos per quos nata es: de prole tua creuit tibi paternitas, pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. filios genuit ecclesia, constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram. *August. in comment. ad Psal. 44.*

M.E.C.D. 2017

ORDINES INFERIORES A QVIBVS CONFERANTVR.

DISTINCTIO. LXIX.

GRATIAN. TOnsura verò clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur. VNDE in vij. synodo legitur.

Abbates quibus ab episcopis manus imponitur, aliquos tonsurare possunt. 1

QVoniam videmus multos sine manus impositione à parvula ætate tonsuram clerici accipientes, nondumque ab episcopo manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes. præcipimus amodo id minimè fieri: idipsum quoq; obseruandum est, etiam inter monachos. 2. pars. Lectores autem manus impositione licentia est vnicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi: si duntaxat abbati manus impositio facta noscatur ab episcopo secũdum morem præficiendorum abbatũ, dum constet illum esse presbyterum. 3. pars. Simili modo secundum antiquam consuetudinem chorepiscopum præceptione oportet episcopi promouere lectores. ITEM ex concilio Laodicensi. Cap. 26.

Non exorcizent qui ab episcopo prouecti non sunt. 2

NOn oportet exorcizare eos qui necdum ab episcopis suis sunt promoti, nec in ecclesiis neque in domibus.

NVLLVS SINE TITVLO ORDINETVR.

DISTINCTIO LXX.

GRATIAN. AB episcopis alterius ciuitatis clericus ordinari non poterit: nec etiam à proprio absolutè ordinandus est, absoluta enim ordinatio in Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impositionem præcipitur: in quo sic statutum est.

Nullus ordinandus est absolutè. 1

NEminem absolutè ordinari iubemus presbyterum, neque diaconum, nec quẽlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in ecclesia[a] suæ ciuitatis siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio hic qui ordinatur, mereatur ordinationis publicè vocabulum, eos aũt qui absolutè ordinantur, decreuit sancta synodus vacuã habere manus impositionem: & nullum tale factum valere, ad iniuriam ipsius qui eum ordinauit. ITEM ex concilio Vrbani habito Placẽtię. *Cap. 6. actionis. 15.*

a Deest verbum suę. in manuscripto Gratiano & tomo concilij. & ex hoc ita corrupto textu glosa intulit sufficere titulũ profanum patrimonij. Contius.

Irrita sit ordinatio sine titulo facta. 2

SAnctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. Et in qua ecclesia quilibet intitulatus est, in ea perpetuò perseueret. *Vrbanus pap. 2.*

Omnino

M.E.C.D. 2017

Omnino autem in duabus aliquem intitulari nō liceat: ſed vnuſquiſque in qua intitulatus eſt, in ea tātum canonicus habeatur. licèt enim epiſcopi diſpoſitione vnus diuerſis præeſſe poſſit eccleſijs: canonicus tamē præbēdarius niſi vnius eccleſiæ in qua conſcriptus eſt, eſſe non debet. Si quæ tamē capellæ ſunt quæ ſuis reditibus clericos ſuſtentare nō poſſunt, earū cura ac diſpoſitio præpoſito maioris eccleſiæ cui capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat: & tam de poſſeſſionibus quàm de eccleſiaſticis capellarum officiis ipſe prouideat. In eodem etiam concilio antiquis nouem præfationibus decima addita eſt. quæ ita ſe habet: Aequum & ſalutare: & te in veneratiōe, vel aſſumptione beatæ virginis Mariç collaudare, benedicere, & prædicare. quæ & vnigenitum tuum ſancti ſpiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente lumen æternum mundo effudit Ieſum Chriſtū Dominū noſtrum.

EPISCOPVS ALTERIVS CLERICOS SINE EIVS CONSENSV NON ORDINET. DISTINCT. LXXI.

GRATIAN.

» DE clericis verò non ordinādis ab epiſcopo alterius ci-
» uitatis, in Sardicenſi concilio ſtatutum eſt.
» IN quo Ianuarius epiſcopus dixiſſe legitur.

Cap. 18.

Clerici ab epiſcopo alterius ciuitatis non ordinentur. 1

ILlud quoque ſanctitas veſtra ſtatuat, vt nulli epiſcopo liceat alterius ciuitatis eccleſiaſticum hominē ſolicitare, & in ſua diœceſi clericum ordinare: quia ex his contentionibus ſolent naſci diſcordiæ: & ideo prohibeatur omni ſententia, ne quis hoc facere audeat. Oſius epiſcopus dixit. Et hoc vniuerſi cō-

Cap. 19. einſdē.

ſtituimus, vt quicunque ex alia paroecia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu epiſcopi ſui & ſine voluntate ordinare: non ſit rata eius ordinatio. ITEM Innocentius.

Innoc. pa. 1. epi.

De eodem. 2

2. ad Victricium Rothomagen. epiſcopum.

DE aliena eccleſia ordinare clericum nullus præſumat, niſi eius epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit.

ITEM ex Niceno concilio.

Cap. 16.

Qui ſine ſui epiſcopi conſenſu ordinatur, irrita ſit eius ordinatio. 3

SI quis auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet, in eccleſia ordinare: cùm non habeat conſenſum illius epiſcopi à quo receſſit clericus, irrita ſit huiuſmodi ordinatio.

ITEM ex concilio Chalcedoñ.

Cap. 20.

Clericus vnius eccleſiæ, in aliena non ordinetur. 4

CLericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos non liceat (ſicut iam diffiniuimus) in alterius ciuitatis eccleſijs ordinari: ſed quieſcant in ea in qua ab initio miniſtrare meruerunt: exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex neceſſitate ad

M.E.C.D. 2017

alias ecclesias migrauerunt. Si verò quicunque episcopus post diffinitionẽ istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit: placuit sanctæ synodo & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est, tandiu excõmunicatos manere, quandiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Epist. 11. siue cap. 3. lib. 5.

ITEM Gregorius Fortunato episcopo Neopolitano.

Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valet ordinari. 5

FRaternitatem tuam à nobis petiisse recolimus vt Gratianũ ecclesiæ Venefranæ diaconum tuæ concederemus ecclesiæ ordinandum: & quoniam nec episcopum cui obsecundare debeat, propria ecclesia habeat (hoste scilicet prohibẽte) quo suũ debeat ministerium exhibere: petitionem tuã nõ præuidimus differendam. iccirco tibi scriptis præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habiturus licentiam illum diaconum nostra interuenientе auctoritate ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere cardinalem. ITEM ex concil. Carthag. j.

Cap. 5. concil. Carthag. pri.

Sine literis episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. 6

†Primatus

P†Rimatus episcopus Begesselitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ vt statuatis nõ licere clericum alienum ab aliquo episcopo suscipi sine literis episcopi sui: neq; apud se retinere, neque laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat sine conscientia eius episcopi de plebe cuius est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruantia pacẽ custodit. Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi similiter statutũ, vt nemo alterius plebis hominem sibi vsurpet: sed si fortè erit necessarius petat à collega suo, & per consensum sui episcopi habeat.

cap. 15. actionis 5.

ITEM ex concilio Chalcedonensi.

Sine literis commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret. 7

EXtraneo clerico & lectori extra suam ciuitatem sine commendatitiis literis proprij episcopi nusquam penitus liceat ministrare. ITEM ex sermone sancti Augustini ad populum.

De eodem. 8

HOrtamur Christianitatem vestrã iuxta sanctorum canonum instituta, vt in ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi à vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur.

cap. 7.

ITEM ex concilio Antiocheno.

Absque formata clerici peregrini non suscipiantur.

NVllum absque formata (quam Græci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi oportet.

EPI.

M.E.C.D. 2017

EPISCOPVS DIMISSORIAS NISI ROGATVS TRIBVAT. DISTINCTIO LXXII.

» DImissorias verò literas episcopus nisi rogatus non tri- GRATIAN.
» buat: sicut statutum est in synodo habita Romæ.

VNDE Leo papa ait.

Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ literæ præstentur. 1

EPiscopus subiecto sibi sacerdoti vel alij clerico nisi ab ipso postulatus dimissorias non faciat: ne ouis quasi perdita aut errans inueniatur. ITEM ex concil. Carthaginen. iiij.

De eodem. 2

CLericum alienum (nisi concedente eius episcopo) nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autẽ nomẽ etiam lectores & psalmistæ & ostiarij retinent. ITEM ex concilio Mileuitano. *cap. 21. concil. Carth. 3. habetur.* *cap. 15.*

In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur. 3

PLacuit vt quicunque in vna ecclesia semel eligitur, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

LITERAE DIMISSORIAE QVOMODO FIANT. DISTINCT. LXXIII.

» QValiter verò commẽdatitia vel dimissoria seu forma- GRATIAN.
» ta epistola facienda sit, videndum est. debent nanque
» literæ Græcæ interponi in ea epistola, & non sine cau-
» sa. Græca enim elementa literarum numeros etiam exprime-
» re, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ig-
» norat. Ne igitur in faciẽdis epistolis canonicis (quas mos La-
» tinus formatas vocat) aliqua fraus falsitatis temerè præsume-
» retur, hoc à patribus cccxviij. Nicenæ congregatis salubertri-
» mè inuentum est & constitutum, vt formatæ epistolæ hanc
» calculationis seu supputationis habeant rationem, vt assumã-
» tur in supputationem prima Græca elementa patris & filij &
» spiritus sancti. hoc est ϖ. υ. α. quæ elementa octogenarium
» quadringentesimum & primum significant numeros. Petri
» quoque apostoli prima litera, id est, π. quæ numerum [a]lxxx.
» significat. eius qui scribit episcopi prima litera: cui scribitur
» secunda, accipientes tertia litera: ciuitatis quoque de qua scri-
» bitur, quarta: & indictionis quæcũque est id tẽporis, id est, qui
» fuerit numerus, assumatur: atq; ita his omnibus Græcis literis
» quæ (vt diximus) numeros exprimũt, in vnũ ductis: vnũ quæ-
» cunque collecta fuerit summã epistola teneat. hanc qui susci-
» pit, cum omni cautela requirat expresse: addat prętereа separa-
» tim in epistola etiã nonagenarium & nonum numerum, qui
» secundum Græca elementa [significat Amen.]

[a] *al. qui numerus.*

b c. 20. Mileuit. concil. videt diẽ quoque Paschæ apponi infra de consecra. dist. 3. cap. 3.

legendum. significatur, υ. θ. ex vet. lib. ex canonib. exceptorũ, quem habeo. Nam hæc duo elementa nonagenarium & nonum significat numerũ. De epistola formata vi de Sidoniũ, Apollinarem, lib. 7. epi. 2. Cont.

Exem-

M.E.C.D. 2017

Hoc translatum est ex Burchardo.

Exemplar formatæ epistolæ quæ in Nicena synodo à cccxviij. patribus facta est. I

IN nomine patris. ϖ. & filij. υ. & spiritus sancti. α. Vvalterio Spirensis ecclesiæ episcopo ego Brocardus sanctæ Vvarmaciensis ecclesiæ deuotus gregis Christi famulus in deo summæ fœlicitatis beatitudinem. Cùm sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta euangelica quæ dicunt. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet, &c. Et Apostolus iubeat hospitalitatē sectari, & necessitatibus virorum sanctorum communicare: tamē propter eos qūi cauteriatam habent suam conscientiam, dicētes se esse simplices, cùm sint astutia diaboli repleti, & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cùm sint fugitiui sua malitia faciēte: & dicunt se esse ministerio sacro insertos: cùm non sint: statutum est à patribus sanctis, neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo episcopo, & inthronizari in sua ecclesia nisi habeat à proprio episcopo epistolā, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestræ, quòd præsens frater noster harum literarum portitor, nomine Hermannus, non pro sua nequitia expulsus est à nobis: sed postulantibus fratribus, eo quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus: fecimus ei libertatem receptā in cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradū presbyterij. cui etiam has dimissorias siue commendatitias literas facimus: & eum ad vestram dilectam fraternitatē dirigimus: vt in vestra parœcia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego inquam Brocardus humilis episcopus, in nomine patris. ϖ. & filij. υ. & spiritus sancti. α. & in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi atque soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vvarmaciensi indictione x. & licentiā do vobis inthronizandi eū in quacunq; ecclesia vultis vestræ parœciæ. Hanc ergo epistolam Græcis literis hincinde munire decreuimus, & anulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumen conseruet. [ἀμήν] Data Vvarmaciæ idibus Martij, anno dominicæ incarnationis. M. ij. mense xij. indictione x.

Matth. 10.

Roman. 12.

pro hoc incluso legitur in manuscript. & Burchardo, π. υ. α. π ß. s. ß ξ. κ. η. θ.

Incipit epistola formata à cccxviij. episcopis & abbatibus Constantinopolitanæ vrbis episcopo edita. 2

SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis episcopo. Y. illius ecclesiæ præsul, perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. ϖ. υ. α. π. β. β. ξ. κ. η θ. De cætero nouerit sancta fraternitas vestra, quòd iste clericus, Hermānus nomine, nostra in parœcia instructus ac

M.E.C.D. 2017

ac detonſus paruitatem noſtrã rogauit, quatenus illi commendatias literas ſcriberemus,quibus veſtri celſitudini commẽdatus,ſub tuitione veſtri regiminis degere poſſet : cuius voluntati conſentientes ſecundum canonicam auctoritatẽ literas ei dimiſſorias dedimus,per quas ipſi concedimus,vt ſub veſtro magiſterio diuinæ ſeruituti inſiſtẽs, ſuæ ſeruiat vtilitati:& vobis licentiã tribuimus,vt ſi dignũ eum iudicaueritis,ad ſacros ordines promoueatis. commendatum ergo eum curæ veſtræ ſuſcipite:& noſtris ex partibus abſolutum in veſtrarum ouiũ numero cuſtodite. Quas literas vt vigore veritatis firmatę indubitanter à vobis ſuſcipiãtur,literis Grẹcis(vt canonica docet auctoritas)confirmare ſatagimus.Sancta trinitas veſtram beatitudinẽ ad regimẽ ſanctæ ſuæ eccleſiæ perpetualiter bene valere concedat. * vel ſic, * quòd eandem ſummã exprimunt. Indictione x.Continet hæc formata epiſtola ſummã numeri. M. cccxv. Y. Græcam in nomine illius primã ponimus: quia Græci eam in quibuſdam locis pro,u,cõſonante ponunt:ſicut eſt *ἀπουσία. id eſt abſentia.

*In exemplari quodã noſtro antiquo legitur,ſicut eſt ἀωιδ, ἐυαγγελιον.

INVITVS NEMO ORDINETVR.

DISTINCTIO LXXIIII.

GRATIAN.

QVæritur de his clericis qui ab epiſcopis ſuis promoueri contemnunt,an inuiti ſint ſublimandi, an non.

DE his ita ſtatutum eſt in conci. Aurelianenſi.

Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat epiſcopus, qui inuitũ ordinare præſumit. 1

Ca.7.conc.Aurel.tertij.

EPiſcopus qui inuitum aut reclamantem ordinare præſumpſerit: annali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non præſumat. ITEM Gregorius in regeſto Natali epiſcopo, in primo libro.

epiſt.19.lib.1.

Nullus promoueatur inuitus. 2

GEſta quæ nobis concilij veſtri confecta ſecretario direxiſtis: in quibus archidiaconus Honoratus adducitur:plena eſſe cognouimus ſemine iurgiorũ: cum vno eodemq; tẽpore vna perſona nolens ad ſacerdotij ordinẽ,prouehitur: quæ tanquã immerita à diaconatus officio remoueatur : & ſicut iuſtũ eſt vt nemo creſcere cõpellatur inuitus, ita cẽſendum puto ne quiſquã inſons ab ordinis ſui miniſterio deiiciatur iniuſtè.

CONTRA inuenitur in concilio Carthaginenſi.

Qui ab epiſcopis ſuis promoueri contemnunt:à locis ſuis deiciantur. 3

SI qui clerici ab epiſcopis ſuis promoueri contẽpſerint : nec illic maneant vnde recedere noluerunt. ITEM.

De eodem. 4

PLacuit vt quicunque clerici vel diaconi pro neceſſitatibus eccleſiaſticarum rerum non obtẽperauerint epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorẽ in eccleſia ſua promo-

ucre:

M.E.C.D. 2017

uere : nec illi miniſtrent in ſuo gradu, vnde noluerunt recedere.

Cap. 23. Item ex concilio Agathen.

Poſteriores prioribus epiſcopi non præponant. 5

EPiſcoporum etiam quorum vita non reprehenditur poſteriorem priori nullus præponat : niſi forte ſuperbia elatus, quod pro neceſſitate eccleſiæ epiſcopus iuſſerit, implere con-

2. *pars.* temnat. Sanè ſi officium archidiaconus, aut propter ſimpli-

Ibidē continuò. ciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit: ille loci ſui nomen teneat, & ordinationem eccleſiæ quem elegerit epiſcopus præponendum.

epiſt. 34. li. 11. Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano.

A loco quo quiſque ordinatus eſt, inuitus teneri non debet. 6

QVorundam ad nos relatione peruenit Coſmã, qui ex monacho monaſterij ſanctæ Luciæ, à deceſſore tuo venerandæ memorię Maximiano in eccleſia Syracuſana ſubdiaconus eſt factus, atque à te poſtea in poſſeſſione quæ Iuliana vocatur, presbyter dicitur ordinatus : ita nimia triſtitia, & loci qualitate vehementer afflictum, vt vitam ſibi pœnam exiſtimet, & cõtritionis ſuæ fugæ quærat auxilium. Et ideo quia tales erga ſubiectos noſtros debemus exiſtere, quales nos ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros vellemus eſſe præpoſitos: magnæ benignitatis eſt ſi eum in eccleſiam vbi ſubdiaconi functus eſt officio, ſanctitas tua reducere, atque illic ſtuduerit conſtituere cardinalem: quod etiam facere (quantum arbitramur) debes, ſi nihil eſt quod iuſtè contra eum animum tuum exaſperet. Si verò aliqua culpa eſt, ſuis nobis epiſtolis hoc veſtra fraternitas (vt ſcire poſſimus) inſinuet.

GRATIAN. Verum illud Greg. de his intelligendum eſt, qui non cauſa « neceſſitatis, ſed cauſa ingratitudinis callidè ab epiſcopis ſuis « promoueri queruntur. Illud autem Carthaginenſis conci. de « his intelligitur, qui nolunt obtẽperare epiſcopis ſuis, propter « neceſſitatem eccleſiæ volentibus eos ad altiora promouere. «

Epiſt. 2. Hanc diſtinctionem ex decreto Simplicij papæ quilibet corroborare valet : qui ſcribẽs Ioanni Archiepiſcopo Ravennati ait inter cætera.

Non eſt aliquis inuitus ad epiſcopatum pertrahendus, 7

VBi iſta didiciſti quæ in epiſcopum & fratrẽ noſtrũ Greg. non dilectione ſed inuidia perpetraſti : quem inexcuſabili violentia pertrahi à te paſſus es atque vexari, vt ei tantum honorem non per animi trãquillitatem, ſed per amentiam (ſicut dictum eſt) irrogares ? Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilij. Nolumus exaggerare quod geſtum eſt: ne cogamur iudicare quod dignum eſt. Nam priuilegium dignitatis meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Denunciamus autem quod ſi poſt hoc tale aliquid præſumpſeris, &

aliquem

M.E.C.D. 2017

aliquem talem seu episcopum vel presbyterum vel diaconum inuitum facere posse credideris, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ vel Aemilienſis noueris auferendas.

ITEM Gregorius Antonio subdiacono. Lib.2.epist.16

De eodem. 8

HOnoratus archidiaconus Salonitanę ecclesię à sanctę memoriæ prędecessore meo missa supplicatione poposcerat, vt ab antistite suo prouehi inuitus ad fortioris gradus ordinẽ contra morem nullo modo cogeretur. hoc enim sibi fieri nõ causa prouehendi, sed ingratitudinis perhibebat. pro qua re tunc etiam sanctæ memoriæ prædecessor noster scriptis suis Natali fratri & coepiscopo nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, néve dolorem conceptæ ingratitudinis in corde retineret. Cumq; etiã à me hæc summopere fuerant interdicta: non solum mandata Dei negligens, sed etiam scripturam meam contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorẽ honorem prouehens, conatus est callidè degradare. Vnde actum est vt eodem archidiaconatus submoto loco, alium adscisceret qui eius obtemperare moribus posset: quẽ Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere nõ posse, nisi quòd eum sacra vasa suis parentibus dare prohibuerat, quã causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ prædecessor meus (& nunc ego, indagatione perquirere: sed sui suorũq; actuum conscius) personã suam ad iudicium postposuit destinare. vnde experientiã tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus veniẽs in Saloniam, Natalẽ fratrem nostrum & coepiscopum saltem tot scriptis admonitum studeas adhortari, vt supra memoratum archidiaconum in statu suo suscipiat. Quòd si facere hoc contumaciter (vt consueuit) fortè distulerit: vsum ei pallij (qui ab hac sede cõcessus sibi fuerat) ex auctoritate sedis apostolicæ contradices: quem si etiam in eadem pertinacia (amisso pallio) adhuc perseuerare perspexeris, dominici corporis & sanguinis eundem antistitem participatione priuabis.

» Adhibenda est etiam disciplina qua nolentes promoueri ad GRATIAN.
» sacros ordines, ad obediendum episcopis prouocentur. In mi-
» noribus siquidem ordinibus cõstituti, paulatim per singulos
» gradus sunt promouendi: vt alij contemnentes suis obedire
» episcopis, doleant sibi illos esse prælatos quos habebant sub-
» iectos. VNDE Gelasius scribit Victori episcopo. Ex mag.Iuo.p.6

Cùm maiores ordinari contemserint, de minoribus promoueantur ordinibus. 9

COnsuluit dilectio tua de suorum promotione clericorũ, perhibens quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo ecclesiam

M.E.C.D. 2017

ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectãt. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauitasq; non patitur, vt ex nolentibus [a] fiant volentes, ordinatio illa potest [b] proficere: *Quia scilicet* si quos habes in acolytis vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promouere: vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus: post minores ipsa commoda presbyteri propensius quàm diaconi consequantur, vt hac saltem ratione constricti, & honorem quem fugerent, appetere nitantur & quæstum.

a al. fint
b al. perficere

DE TEMPORE ORDINVM CONFERENDORVM.

DISTINCT. LXXV.

GRATIAN. TEmpus autem consecrationis (sicut in ordine Romano habetur) ad episcopi benedictionem non eligitur. omni enim tempore benedicuntur, dummodo ieiuni in hora tertia benedictionem accipiant.

Epist. 2. ad episcopos Italiæ. VNDE Anaclet. papa scribit omnib. episcopis.

Ordinationes episcoporum, qua hora fieri debeant. 1

ORdinationes episcoporũ auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem prouincia fuerint episcopis, sunt celebrandæ: qui simul conuenientes scrutinium cum precibus celebrent, manus cum sanctis euangeliis imponentes dominica die, hora tertia, orantes: sacraque vnctione, prophetarum exẽplo regum capita perungentium, eos more apostolorum & Moysi vngentes, quia omnis sanctificatio constat esse in spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis sancto est chrismati permixta, & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

2. pars. GRATIAN. Tempus autem cõsecrationis, trium mensium spatio clauditur: vltra quod (nisi necessitate cogente) episcoporum consecrationes post electionem differri non licet.

Cap. 25. VNDE in Chalcedon. concilio legitur.

Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio. 2

QVoniam quidã Metropolitanorum (sicut ad nos perlatũ est) negligunt sibi greges creditos, & differũt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctę synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum: nisi fortè inexcusabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis episcoporum hoc nõ obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere: reditus verò eiusdẽ viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ censemus.

3. pars. GRATIAN. Cæterorum verò clericorum ordinationes non nisi in temporibus certis & diebus maximè sacerdotum & leuitarũ fieri debent,

M.E.C.D. 2017

» debẽt, veſpera videlicet ſabbati, vel mane diei dominicæ con-
» tinuato ieiunio.

VNDE Zepherinus papa ſcribit omnibus epiſcopis. Epiſt. 2. ad epi-
Ordinationes presbyterorum & leuitarum, qua hora fieri debeant. 3 ſcopos Aegypti.

ORdinationes presbyterorum leuitarumque tempore congruo multis coram aſtantibus ſolenniter agite: & probabiles ac doctos viros ad hoc opus prouehite: vt de eorum ſocietate & adiumento plurimum gaudeatis.

ITEM Leo epiſcopus Dioſcoro Alexandrino epiſcopo. Leo pa. 1. epi-
Presbyteri & leuitæ qua hora ordinandi ſunt. 4 ſtola 79.

QVod à patribus noſtris propenſiori cura nouimus eſſe ſeruatum, à nobis quoque volumus cuſtodiri: vt non paſſim diebus omnibus ſacerdotalis vel leuitica ordinatio celebretur: ſed poſt diem ſabbati eiuſdẽ noctis quæ luceſcit in prima ſabbati, exordia conſecrandi eligantur: in quibus his qui conſecrandi ſunt, ieiunis & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur, quod eiuſdem obſeruantiæ erit, ſi mane ipſo die dominico continuato ieiunio ſabbati ordinatio celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quod ad diẽ reſurrectionis (ſicut in paſcha Domini declaratur) pertinere non dubium eſt. IDEM. Leo in eadem

Quare die dominico ſacerdotum ordinationes celebrentur. 5 epiſt. 79.

QVòd die dominico ordinationes ſacerdotum celebrentur: non tantùm ex cõſuetudine, ſed etiam ex apoſtolica nouimus venire doctrina: ſcriptura manifeſtante quòd cum apoſtoli Paulum & Barnabã ex ſpiritus ſancti præcepto, ad euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus, vt intelligamus quãta & dantium & accipientium deuotione curandũ ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum: & ideo piè & laudabiliter apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formã per eccleſias quibus dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſeruaueris: vt his qui conſecrandi ſunt, nunquã benedictio niſi in die dominicæ reſurrectionis tribuatur, cui à veſpere ſabbati initium conſtat aſſcribi: quæ tantis diuinarum diſpenſationum myſteriis conſecrata eſt, vt quicquid à domino eſt inſigne conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac die mundus ſumpſit exordiũ. In hac per reſurrectionem ‖&‖ mors interitum, & vita accepit principium. Ex ordine Romano.

De eodem. *Palea.

» QVando & vbi libitum fuerit vſque ad ſubdiaconatus offi- a deeſt in meo
» cium ordinantur clerici, diaconi verò & presbyteri nun- manuſcr. Grat.
» quam, niſi in publica ordinatione. *Gela. pa. 1. ca. 13. epiſt. ad epiſco. per Lucaniã*

ITEM *Gelaſius omnibus epiſcopis.

Q De

M.E.C.D. 2017

De *temporibus ordinationis*. 6

a id est, Iunii. Nam à Martio primum mẽsem Christiani numerant. Contius.

ORdinationes presbyterorum & diaconorum nisi certis tẽporibus & diebus exerceri nõ debent, id est, quarti [a] mensis ieiunio, & [b] septimi, & [c] decimi, sed etiam quadragesimalis initij ac medianæ hebdomadæ & sabbati ieiunio circa vesperam ‖ipsas‖ ordinationes nouerint celebrandas, nec cuiuslibet vtilitatis causa seu presbyterum, seu diaconũ his præferre audeant, qui ante ipsos fuerint ordinati.

b id est, Septembris.

c id est, Decembris.

5. *pars*.

QVIBVS TEMPORIBVS IEIVNIA SINT SERVANDA.

DISTINCTIO LXXVI.

GRATIAN.

QVIBVS temporibus ieiunia celebranda sint, Calixtus papa determinat scribens Benedicto episcopo. "

Epist. I.

Quibus temporibus ieiunia celebrentur. 1

IEiunium quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tẽpora fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternũ solenne agamus ieiunium per quatuor anni tempora.

cap. 34. *concilij Maguntiæ*.

ITEM ex concilio Magunt.

De eodem. 2

CONstituimus vt quatuor tẽpora anni ab omnibus hominibus cõmuni ieiunio obseruentur, id est, in Martio hebdomada prima, in Iunio secunda, in [d] Septembri tertia, in Decembri quarta. ITEM ex concilio [e] Saleguſtæ habito.

d al. Septẽbrio & Decembrio.

e al. Sagunti.

De eodem. 3

Iuo Carn lib. 2. *de ieiunio refert ex eodem*.

DE ieiunio autem quatuor temporum hanc certitudinem statuimus, vt si calendæ Martij in quarta feria siue antea euenerint: eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem calendæ Martij in quintam feriam, aut in sextam, aut in sabbatum distendantur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo si calendæ Iunij in quarta feria aut ante euenerint, in subsequenti hebdomada ieiunium celebretur, & si in quinta aut in sexta feria, aut in sabbato cõtigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur. Et hoc sciẽdum est, quòd si quãdo ieiuniũ mensis Iunij in vigilia pentecostes secundũ prædictã regulã euenerit, non ibi celebrandũ erit: sed in ipsa hebdomada solenni pentecostes: quia vigilia simul & ieiunium celebrari nõ debẽt, & tunc propter solennitatem sancti spiritus diaconi dalmaticis induantur, & alleluia decantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de septimi mensis ieiunio cõstitutum est, vt si calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea: in tertia hebdomada ieiuniũ celebretur: & si in quinta aut sexta aut in sabbato contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri

verò

M.E.C.D. 2017

verò illud obſeruandum erit, vt in proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium, quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrari non conuenit. CONTRA Vrbanus.

De eodem.

4 STatuimus etiam vt ieiunia quatuor temporũ hoc ordine celebrẽtur. Primũ in initio quadrageſimę, Secundũ, in hebdomoda pentecoſtes. Tertiũ verò in Septẽbri. Quartũ in Decẽbri more ſolito fiat. ITEM ex ſermone Leonis papæ.

De eodem.

5 IGitur poſt ſanctæ Lætitiæ dies, quos in honorẽ Domini à morte reſurgentis ac deinde aſcendẽtis exegimus, poſtque acceptũ ſancti ſpiritus donũ ſalubriter & neceſſariè cõſuetudo eſt ordinata ieiunij: vt ſi quid fortè inter ipſa feſtiuitatis gaudia negligens libertas & licentia immoderata præſumpſerit, hoc religiosè abſtinentiæ cenſura caſtiget. ITEM.

De eodem.

6 HVius obſeruantiæ vtilitas fratres dilectiſſimi in eccleſiaſticis præcipuè eſt cõſtituta ieiuniis, quę ex doctrina ſancti ſpiritus ita per totius anni circulum diſtributa ſunt, vt lex abſtinentiæ omnibus ſit aſſcripta temporibus. Siquidem ieiunium vernum in quadrageſima, æſtiuũ in pentecoſte, autumnale in menſe ſeptimo, hyemale in hoc qui eſt decimus celebremus, intelligentes diuinis nihil vacuum eſſe præceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elementa ſeruire, dum per ipſius mundi cardines quaſi per quatuor euãgelia inceſſabili tuba diſcimus quod & prædicamus & agimus,

„ Primum verò menſem, quartum, ſeptimum, & decimũ, non
„ Hebræorũ ratione, ſed noſtra[a] debemus accipere. Primus enĩ
„ menſis apud illos eſt Aprilis: quartus, Iulius: ſeptimus Octo-
„ ber: decimus, Ianuarius: in quibus etiã ieiunabant. Prętерea in
„ quinto menſe (qui eſt Auguſtus) quæ fuerit eius cauſa ieiunij.

Hieronym. ſuper Zachariam exponit dicens.

Quare in ſupraſcriptis temporibus ieiunia lex imperauit.

7 I[Eiunium quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiunium decimi, *ſubauditur menſis*, domui Iudæ & Hieruſalẽ in dies feſtos vertetur & gaudiũ.] Hoc loco noſtrorũ multi multa dixere, & inter ſe diſſonantia. Cogimur itaque ad Hebræos recurrere, & ſcientiæ veritatẽ de fonte magis quàm de riuulis quærere. Ieiuniũ quarti menſis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die vij. & x. eiuſdẽ menſis illud[b] arbitrantur: quãdo deſcendẽs Moyſes de monte Sina, tabulas legis abiecerit atq; confregerit: & iuxta Hieremiã muri primum rupti ſint ciuitatis. In v. verò menſe, qui apud nos appellatur Auguſtus: cùm propter exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo:

2. *pars.* GRATIAN.

a Chriſtianorũ.

Hieron. ad c. 8. Zachariæ in cõmentarijs.

Verba Zachariæ

b arbitramur:

M.E.C.D. 2017

Hierem. 5[illegible].b. Nume. 14.c 4 Reg. 14.c. iussi sunt *in* montem non ascendere: sed per xl. annos longis à terra sancta circuire dispendiis: vt (exceptis duobus Caleph & Iosue) omnes in solitudine caderent. In hoc mense ‖ & ‖ à Nabuchodonosor, & multa post secula à Tito & Vespasiano tẽplum Hierosolymis incensum est atq; destructum: capta vrbe Bethel, ad quam multa milia cõfugerant Iudæorum: Aratum templum in ignominiã gentis oppressæ à Tito Annio Rufo. In septimo verò, qui apud nos appellatur October: occisus est Ezech. 39. Godolias: & Iudę tribus, ac Hierusalẽ reliquię dissipatę ‖ sunt ‖. Mense x. qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua sit anni atque principium. Ezechiel in captiuitate positus, audiuit & cunctus populus captiuorum, quinto mense templum esse subuersum, quòd plenissimè in eodẽ propheta cognoscimus. Hoc igitur est omne quod dicitur: Dies planctus & ieiuniorum quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui vt beneficiam Hierusalem & domui Iuda) in lætitiam & gaudium & solennitates esse vertendos: ita duntaxat, si veritatem diligatis & pacem. Iuxta Anagogem, quia tunc ieiunamus quando sponsus aufertur à nobis, & nõ meremur eius habere præsentiam. Cùm reuersus fuerit ad nos Dominus, & cogitauerit vt benefaciat nobis: omnis tristitia vertetur in gaudium: & fames pristina sermonis Dei, presentia doctrinarum eius, & cælestis panis saturitate compensabitur.

Ioan. 16.

3. pars. Non autem videntur ieiunia quarti mensis posse celebrari « ante diem pentecostes, à die enim dominicę resurrectionis vs- « que in diem pentecostes nõ indicuntur obseruanda ieiunia. «

Ambr. serm. 61. VNDE Ambr. in eiusdem diei sermone, qui sic incipit. «

De eodem. 8

SCire debet sanctitas vestra, Per hos quinquaginta dies nobis est iugis & continuata festiuitas, ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum dominum genibus [a] succidamus. & infrà. Ad instar ergo dominicæ resurrectionis tota l. dierũ curricula celebrantur: & omnes isti dies velut dominici reputantur. resurrectio enim dominica ‖ dies ‖ est. in dominica enim resurgens saluator reuersus est ad homines: & post resurrectionẽ tota quinquagesima cum hominibus commoratus est. æqualis ergo eorum dierum necessarium est, vt sit festiuitas, quorum æqualis est & sanctitas. Nõ ergo ieiunamus in ‖ hac ‖ quinquagesima, quia in his diebus nobiscũ Dñs [b] commoratus est. Item in Apologia Dauid: Hunc numerum, quinquagesimum videlicet, lęti celebramus: & post domini passionẽ remisso culpæ totius debito, chirographoq́; euacuato, ab omni nexu liberi suscipimus aduenientem in nos gratiã spiritus sancti. In die pentecostes vacant ieiunia: laus dicitur deo, & oratio, & alleluia cantatur.

a In manuscr. succedamus. Contius. *Ibi paulò inferius.* *al. non habetur dies.*

b conuersatur *Ambr. c. 8. libr. Apologiæ Dauid*

Necessariò

M.E.C.D. 2017

» Necessariò ergo ecclesia constituit, vt post diem pentecos-
» tes ieiunia celebrẽtur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus
» ieiunandum esse negatur, ex obseruantiæ necessitate intelli-
» gitur. VNDE in eiusdem diei sermone qui sic incipit.

De eodem.

Ambros. de festo pentecostes, sermone 60.

9 NOsse credo vos fratres: Non minore lætitia celebramus diẽ pentecostes, quàm diẽ sanctũ paschæ celebrare curauimus. tunc enim (sicut modò fecimus) ieiunauimus: sabbato vigilias celebrauimus, oratiõibus pernoctãtes institimus: vnde necesse est vt similẽ obseruantiã similis lætitia subsequatur.

» Obseruantia verò similis dicitur quo ad factum, nõ quo ad
» necessitatem. ITEM Isidorus. GRATIAN.

De eodem.

Isidor. ca. 40. li. 1. de eccle. offic.

10 POst pascha autem vsque ad pentecosten, licèt traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandiis relaxauerit, tamen si quis monachorum vel clericorum ieiunare cupit, non sunt prohibendi: quia & Antonius & Paulus & cæteri patres antiqui, etiam his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neq; soluisse abstinentiam, nisi tantum die dominico.

ITEM Hieronymus ad Lucinum.

Hier. ad Lucin.

11 VTinam omni tempore ieiunare possemus, quod in actibus Apostolorum diebus pentecostes & die dominico apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec hoc dico quòd festiuis diebus ieiunandum esse putem, & cõtextas quinquaginta diebus ferias & solennitates auferam: sed vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorũ, leges apostolicas arbitremur.

Ibidem paulò inferius.

ITEM Pelagius papa Petro episcopo Pontino.

Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari.

12 DIlectionis tuæ scripta suscepimus, quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconũ ad episcopatũ Marcellianeñ. ecclesiæ siue Clusitanæ ab omnibus fuisse electum: quod iam ante hoc tempus retulisti: & iussimus vt veniret, credentes eos de persona eiusdẽ ab episcopo suo dimissorias accepisse. quod si modò fecerunt, facite eum velociter ad vrbẽ Romam occurrere: vt si deus iusserit, in sabbato magno post horã baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratũ diẽ nõ occurrerit, cogetur vsque ad quarti mensis ieiunia sustinere.

ORDINES SACRI PER INTERVALLA CONFERANTVR.

DISTINCTIO LXXVII.

» HIs tẽporibus secundũ Anacletum & Zepherinũ, Ge-
» lasium & Pelagium, episcopi, presbyteri, diaconi sunt
» ordinandi. Metropolitanus autẽ iuxta Leonẽ papam GRATIAN. *Leo pa. 1. epist. 82. ad Anastas.*

M.E.C.D. 2017

ex presbyteris eiusdem ecclesiæ vel ex diaconis optimus ordi « netur. Ex monachis autem vel laicis nullus nisi per gradus ec- « clesiæ debet ad summum sacerdotium peruenire. «

VNDE Gelasius papa.

Non nisi per distinctos gradus quisquã ad sacerdotium aspiret. 1

ILlud nos statuentes vobis & omnibus seruare mandamus, vt omnes ad ecclesiasticos ordines si accedant in ecclesia qui ordinari merentur, id est, si quis episcopus esse meretur, sit primum ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolytus, deinde verò subdiacon⁹, deinde diaconus, & postea presbyter: exinde (si meretur) episcopus consecretur.

VNDE Zozimus episcopus vrbis Romæ ait.

Epist. I. ad Isychium episcopũ.

Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. 2

IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruãda, si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomẽ dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolytus vel subdiaconus xiiij. annis fiat: & sic ad benedictionẽ diaconatus (si meretur) accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpatè se gesserit, adhærere debebit. Exinde suffragantibus sibi meritis, stipendiis per tot gradus datis, propriæ fidei documentis poterit sacerdotium promereri: de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum pontificatum sperare debebit. Defensores autẽ ecclesiæ etiã qui ex laicis fiunt, supradicta obseruãtione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus.

Sirytius epist. I. ad Himerlũ Tarraconẽ. epis. c. 9

ITEM Syricius papa.

De eodem. 3

QVicunque itaq; se vouerit obsequiis ecclesiæ à sua infantia: ante pubertatis annos baptizari, & delectorũ debet ministerio sociari: qui ab accessu adolescẽtiæ vsq; ad [a] xx. suæ ætatis annum si probabiliter vixerit: vna tantùm, & ea quam virginem benedictione communi per sacerdotẽ percepit vxore contentus, acolytus, & subdiaconus esse debebit: posteaq; ad diaconij gradum (si seipse primitus continentia præeunte dignum probauerit) accedat: vbi si [b] infra quinq; annos laudabiliter ministrauerit, congruè [c] presbyteriũ cõsequatur: exinde post decennium episcopalẽ cathedram poterit adipisci. Si tamen per hæc tẽpora integritas suæ vitæ ac fidei eius fuerit approbata. Qui verò iam ætate grãdæuus melioris propositi cõuersatione prouocatus, ex laico ad sacrã militiam peruenire festinat, desiderij sui fructũ non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizetur tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen eum vnã habuisse vel habere, & hanc virginem accepisse cõstet vxorem: qui tum initiatus fuerit, expleto biẽnio per quinquennũ aliud acolytus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per hæc tẽpora dignus iudicatus fuerit)

a In vet. xxx.

b vltra

c presbyteratũ

Cap. 10. eiusdẽ continuò.

proue

M.E.C.D. 2017

prouehatur: exinde iam acceſſu tẽporum presbyterio vel epiſcopatui (ſi eum plebis aut cleri euocauerit electio) non immerito ſocietur. ITEM ex ſexta ſynodo. Cap. 15. ſynodi ſextæ, in Trullo

De eodem. 4

SVbdiaconus non minor xx. annorum ordinetur. Si quis verò in aliquo ſacro ordine ſacerdotali præter conſtituta tẽpora ordinatus fuerit, deponatur. ITEM ex conci. Carth. *ca. 4. cõ. Carth. 3*

De eodem. 5

PLacuit vt ante xxv. annos ætatis nec diaconi ordinẽtur, nec virgines conſecrentur, & vt lectores populũ non ſalutent. ITEM ex concilio Agathenſi. *Cap. 16*

Minoribus xxv. annis leuitica non præſtetur benedictio, 6

EPiſcopus benedictionẽ diaconatus minoribus xxv. annorum penitus non committat. Sanè ſi coniugati iuuenes ſe cõſenſerint ordinari: etiã vxorum voluntas ita requirenda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſteaquam pariter conuerſi fuerint, ordinentur. Presbyterum verò vel epiſcopum ante xxx. annos, id eſt, antequã ad perfecti viri ætatem perueniant, nullus Metropolitanorum ordinare præſumat, ne per ætatem (quod aliquotiens euenit) alíquo errore culpentur. ITEM ex concilio Toletano iiij. *Cap. 19.*

De eodem. 7

IN veteri lege ab anno vigeſimoquinto leuitæ tabernaculo ſeruire iubentur: cuius auctoritatem in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt: nos & diuinæ legis & præceptorum canonum immemores, & infantes & pueros leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideóq; ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege & canonicis admonemur ſentẽtiis, vt à xxv. anno ſuæ ætatis leuitæ conſecrentur, & à xxx. preſbyteri ordinentur. ITEM Gelaſis papa. *Gelaſ. pa. 1. epi. ad epiſc. per Lucaniam. cap. 3.*

Per quæ interualla tẽporũ ordinetur qui de monachis in clericatũ eligitur. 8

SI quis de religioſo propoſito & de monaſterialibus diſciplinis eruditus, ad clericale munus accedit: in primis eius vita anteacta temporibus requiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus: ſi ſecundam fortè non habuerit vxorem: neque à marito relictam fortitus oſtendatur. ITEM. *Idem Gelaſ. ibidem continuò*

De eodem. 9

MOnachus verò nouitius morum honeſtate fulcitus, continuò lector vel notarius aut certè defenſor effectus, poſt tres menſes exiſtat acolytus: maximè ſi huic ætas ſuffragatur: ſexto mẽſe ſubdiaconi nomẽ accipiat. At ſi modeſtę cõuerſationis, honeſtęq; voluntatis exiſtat: nono menſe diaconus, cõpletoque anno ſit presbyter, cui tamen quod annorum fuerãt interſtitia collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio. Si verò laicus quiſpiam eccleſiaſticis *cap. 4. einſdem.*

M.E.C.D. 2017

est aggregandus officiis: tanto solicitius in singulis quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinare personã: quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia ecclesię ministeria sunt deputanda, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoq; magis quod sacris aptum possit esse seruitiis, in eorũ quærendum est institutis: quantum de tempore quo fuerint hæc assequenda, decerpitur, vt morum hoc doceatur habere probitas, quod prolixior consuetudo non contulit: ne per occasionem supplendæ penuriæ clericatus vitia potius diuinis cultibus intulisse, non legitimæ familiæ domini computemur procurasse compendia, quorum promotionibus super anni metas nihilominus sex menses subrogamus: quoniã (sicut dictum est) distare debet inter personam diuino cultui dedicatam, & de laicorum conuersatione venientem. quæ tamen eatenus indulgenda credimus, vt ecclesiis ab hac occasione cessantibus canonum paternorum vetus forma seruetur.

IN QVA AETATE ECCLESIASTICI SINT ORDINANDI.

DISTINCT. LXXXVIII.

Iuo Carn. lib. 3. de ætate ordi. id refert ex Fabiani decret.

QVA verò ætate sacerdotes ordinari debeãt, Bonifacius papa diffiniuit dicens. «

Ante annnos xxx. presbyter non ordinetur. 1

SI quis xxx. ætatis suæ annum non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus. «

ITEM in nouellis.

De eodem. *Palea.*

deest in meo manuscrip.

NEmo presbyter consecretur qui minor xxx. annis sit. Nemo diaconus vel subdiaconus fiat qui minor xxv. annis sit. Nemo lectoribus cõnumeretur qui minor xviij. annis fuerit. Nemo inter diaconissas consecretur sacrosanctæ ecclesiæ, quæ minor sit xl. annis, vel ad secundum matrimonium peruenerit. «

Leo pa. 1. epist. 85. ad episcopos Aphricanos.

ITEM Leo papa. «

Non est ordinandus sacerdos, nisi longo sit probatus examine. 2

QVid est manus citò imponere, nisi ante ætatis maturitatẽ, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccato alieno, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est qui non meruit ordinari?

ITEM ex concilio Neocæsarieñ.

Cap. 11.

Ante xxx. annorum ætatem presbyter non ordinetur. 3

PResbyter ante xxx. annorũ ætatẽ non ordinetur, quanuis sit probabilis vitæ, sed obseruetur vsq; ad præfinitũ tẽpus. Dominus enim xxx. anno baptizatus est: & tunc prædicauit.

Hoc

M.E.C.D. 2017

» Hoc regulare est: vnde & Christus & Ioannes baptista, & GRATIAN.
» & Ezechiel & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc *Hiere.1.b*
» tempus prophetasse vel prædicasse. verum quia Hieremias &
» Daniel ante iuuenilem ætatem spiritum prophetiæ accepisse *Dan.1.d*
» leguntur: Dauid quoque & Salomon in adolescentia vncti in-
» ueniuntur: & Ioannes euangelista cùm adhuc esset adolescēs, *Matth.4.*
» à domino in apostolum electus, & cum alijs ad prædicandum
» missus inuenitur. Paulus quoque apostolus in adolescentia à *Acto.7.g.*
» domino electus, & ad prædicandum missus asseritur: ecclesia
» similiter necessitate exigēte nōnullos ante xxx. annos ordinare
» consueuit. VNDE Zacharias papa Bonifacio episcopo.

Necessitate exigente. xxv annorum presbyteri ordinentur. 4

SI triginta annorum non reperiuntur, & necessitas exposcit, à vigintiquinque annis sacerdotes ordinentur.

A QVIBVS SVMMVS PONTIFEX SIT ELIGENDVS.

DISTINCTIO LXXIX.

» APostolicus autem non nisi à cardinalibus & religiosis GRATIAN.
» clericis est inthronizādus. VNDE Nicolaus pap. ait. *Nicolaus pa. 2.*

De eo qui sine concordi cardinalium electione inthronizatur. 1

SI quis apostolicæ sedi sine concordi & canonica electione cardinalium eius ecclesiæ ac deinde sequentiū clericorū religiosorum inthronizatur: nō papa vel apostolicus, sed apostaticus habeatur. ITEM Symmachus papa. *In synodo cap.3*

Papa superstite, eo inconsulto de electione futuri pontificis nemo audeat loqui. 2

SI quis papa superstite pro Romano pōtificatu cuiquā quolibet modo fauorem præstare conuincitur, loci sui honore priuetur: & infrà. Si quis presbyter aut diaconus, aut clericus papa incolumi, & eo inconsulto, aut sub scriptionē pro Romano pontificatu accommodare, aut pictatia promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragiū polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare aliquid atque decernere præsumpserit: loci sui dignitate vel cōmunione priuetur, & infra. Propter occultas fraudes & coniurationum secretas insidias quas sententia huius districtionis persequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum qui contra hanc synodū de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit particeps huiusmodi actionis: non solùm purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione quæ non indigna sit subleuetur.

ITEM ex concilio Stephani papæ. *Stephanus pa. 3*

In apostolatus culmen nullus nisi ex cardinalibus promoueatur. 3

OPortebat vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod à beato Petro & eius successoribus institu-

M.E.C.D. 2017

tum est) ritè ordinaretur: & in apostolatus culmẽ vnus de cardinalibus presbyteris aut diaconis consecraretur.

ITEM ex eodem.

De eodem. 4

NVllus vnquã laicorum neque ex alio ordine pręsumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sacrũ pontificatus ordinẽ promoueri.

ITEM ex eodem.

Anathematizetur episcopus monachus vel laicus Romanam ecclesiam inuadens, & in gradum filiorum eius prorumpens. 5

SI quis ex episcopis vel monachis vel laicis cõtra canonum & sanctorum patrum instituta prorumpens, in gradũ filiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est, presbyterorum cardinalium & diaconorũ ire præsumpserit, & hanc apostolicã sedem inuadere quilibet ex supradictis tentauerit, & ad summũ pontificalem honorem ascendere voluerit: ipsi & sibi fauentibus fiat perpetuum anathema. & infrà. Si quis resistere præsumserit sacerdotibus atque primatibus ecclesiæ vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum pontificem, secundum canonicam tradionẽ anathema sit. ITEM ex conci. Leonis papæ quarti.

Anathema sit qui canonicæ electioni Romani pontificis contradicere præsumpserit. 6

SI quis ex sacerdotibus seu primatibus nobilibus, seu cũcto clero huius sanctæ Romanæ ecclesiæ electioni Romani põtificis contradicere præsumpserit: sicut in concilio beatissimi papæ Bonifacij & Stephani legitur statutum, anathema sit.

ITEM ex concilio Bonifacij papę tertij.

Nullius episcopi fiat electio nisi post diem tertium depositionis alterius. 7

2. Pars. NVllus põtifice Romano viuẽte aut episcopo ciuitatis suæ
præsumat loqui, aut partem sibi facere, nisi tertio die depo
3. pars. sitionis eius adunato clero & filiis ecclesiæ: & tũc electio fiat.
GRATIAN. Sed quæritur si duo concertantium temeritate electi fue- "
rint, quis eorum alteri præferendus sit? "

Honorius imperator ad Bonifac. pap I. De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifaciũ papã. "

Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. 8

SI duo fortè contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus: sed illum in sede apostolica permansurum censemus, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerit.

4. pars. GRATIAN. Hoc autem capitulum non de eo intelligendum est qui vno "
per apostasiã ordinato, à cardinalibus & religiosis clericis apo "
stolicæ sedis inthronizatur: etiam si ille apostaticus ita cathe- "
dram beati Petri violẽter tenuerit vt canonica & catholica ec- "
clesiæ

M.E.C.D. 2017

cleſiæ electio intra vrbem fieri non valeat.

VNDE Nicolaus papa ſtatuit dicens. *Nicolaus papa ſecundus.*

De eo qui per pecuniam vel populari tumultu non canonica electione ordinatur. 9

SI quis pecunia, vel gratia humana, aut populari ſeu militari tumultu, ſine concordi & canonica electione & cardinaliū & ſequẽtium religioſorum clericorum fuerit apoſtolicæ ſedi inthronizatus: nō apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur: liceatque cardinalibus & aliis clericis deum timẽtibus & laicis inuaſorem illū anathematizare: & humano auxilio à ſede apoſtolica pellere. Quòd ſi hoc intra vrbẽ perficere nequiuerint, apoſtolica auctoritate extra vrbem congregati loco quo eis placuerit electionem faciant: conceſſa electo auctoritate regẽdi & diſponendi, res in vtilitatẽ Romanæ eccleſiæ iuxta qualitatem temporis, quaſi inthronizatus ſit.

5. pars. GRATIAN.

» Electio verò Romani pontificis etiam cum deliberatione
» prædeceſſoris fieri debet.

VNDE Symmachus papa ait.

Si papa de electione ſui ſucceſſoris antè decernere non potuerit. 10 *Cap. 4. in ſynodo præſidens Symmachus.*

SI trãſitus papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris antè decernere non poſſit, vt ſuprà placuit: ſi quidẽ totius in vnum conuenerit eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus epiſcopus. Si verò (vt fieri ſolet) ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum de* quibus certamen emerſerit, conuincat ſententia plurimorũ: ſic tamen, vt ſacerdotio careat qui captus promiſſione non recto iudicio de electione decreuerit.

*eorum quibus.

6. pars. GRATIAN.

» Sicut ſuprà monſtratum eſt, electio ſummorũ ſacerdotũ à
» cardinalibus religioſis clericis fieri debet: electio verò eorum
» iudicio diuino reſeruata eſt. VNDE Anacletus papa ait.

Anacletus epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ.

Summorum pontificum electionem ſibi dominus reſeruauit. 11

ELectionem verò ſummorum põtificum vel ſacerdotum ſibi dominus reſeruauit, licet electionẽ eorum bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.

QVIBVS LOCIS PRAELATI ECCLESIAE PRAEFICIANTVR.

DISTINCTIO LXXX.

» LOca verò in quibus primates patriarchæ, archiepiſco-
» pi, epiſcopi, presbyteri ſint ordinandi, hæc ſunt ſecun-
» dum Lucinum papam & Clementem atq; Anacletum.
» AIT enim Lucinus papa.

GRATIAN.

Steph. pap. 1. epi. 2. id habet.

In quibus locis primates vel patriarchæ debeant ordinari. 1

VRbes & loca in quibus primates præſidere debent: non à modernis, ſed multis ante aduentum Chriſti ſtatutæ ſunt tem-

M.E.C.D. 2017

temporibus: quarum primates gentiles etiam pro maioribus: negociis appellabant. In ipsis verò vrbibus post aduentũ Christi apostoli, & eorum successores patriarchas & primates posuerunt ad quas episcoporũ negocia (salua tamẽ in omnibus apostolica auctoritate) & maiores causæ post apostolicam sedem sunt referendæ. ITEM Clemens papa.

Epist. 1. ad Iacobum fratrem domini.

De eodem. 2

IN illis verò ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorũ atq; primi legis doctores erant, episcoporum primates vel patriarchas beatus Petrus poni præcepit: qui reliquorum causas episcoporũ & maiora negocia in fide agitarẽt. in illis autẽ in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum archiflamines, quos tamen minores esse tenebãt quàm memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit. in singulis verò reliquis ciuitatibus singulos, & nõ plures episcopos constitui præcepit: qui episcoporũ tãtum vocabula sortirentur: quoniam nec inter ipsos apostolos par fuit institutio: sed vnus præfuit omnibus. ITEM Anacletus.

Epist. 3.

De eodem. 3

EPiscopi non in castellis, neque in modicis ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni: singuli tamen per singulos titulos suos: episcopus verò non ab vno, sed à pluribus episcopis debet ordinari. Et (vt dictum est) non ad modicam ciuitatem, (ne vilescat nomen episcopi, sed ad honorabilem locum titulandus est & denominandus: presbyter verò ad qualemcunque locum in eo constitutæ ecclesiæ præficiendus est. ITEM Leo papa.

Leo pap. 1. epist. 85. ad episcopos Aphricanos.

De eodem. 4

ILlud sanè quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt nõ in quibuslibet locis, neque quibuscunq; castellis, & vbi antè non fuerunt, episcopi consecrentur, cùm vbi minores sint plebes, minoresq; conuentus: presbyterorum cura sufficiat. Episcopalia autẽ gubernacula non nisi in maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oportet præsidere: ne (quod sanctorũ diuinitus patrum inspirata decreta vetuerunt) viculis & possessionibus, vel obscuris & solitarijs municipiis tribuatur sacerdotale fastigiũ.

Cap. 57.

ITEM ex concilio Laodicensi.

De eodem. 5

NOn debere in vicis & in castellis episcopos ordinari, [a sed visitatores, id est qui circumeant] constitui: hos autẽ qui antè ad hoc ordinati sunt, nihil agere cẽsemus sine cõscientia episcopi ciuitatis. Similiter autem presbyteri nihil sine præcepto & consilio episcopi agant.

a pro inclusis legitur in Græco. ἃ περιοδευτας. Itaque videtur hîc legendũ seu visitatores. i. qui circumeant, &c.

Sedes

M.E.C.D. 2017

„ Sedes autẽ episcoporũ non longo interuallo debẽt disiũgi:
„ vt ad consecrationẽ sui cõprouincialis sine difficultate possint
„ occurrere. VNDE Gregorius Augustino Anglorũ episcopo.

Episcopales sedes non longo interuallo à se debent disiungi. 6

FRaternitatem tuã ita volumus ordinare episcopos, vt sibi-ipsi longo interuallo minimè disiungantur: quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione episcopi conuenire non possint. nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus aut quatuor episcopis fieri nullatenus debet.

2. pars. GRATIAN. Greg. c. 8. responsionum ad Augustinũ Cantuariẽ-archiepiscopũ.

CRIMINOSI NON ORDINENTVR, ORDINATI DEPONANTVR.

DISTINCTIO. LXXXI.

„ HAcc de ordinandis & ordinatoribus, atque de singulo-
„ rum graduum distinctionibus & officijs dixisse nos
„ sufficiat. verùm quia aliquantulum diffusius in his im
„ morati sumus: præcedentibus cohærentia quædam sub epilo-
„ go ad memoriam subijciamus.

GRATIAN.

Debet ordinandus in episcopum (vt Apostolus scribit) esse, sine crimine, id est sine peccato mortali: quod non solũ de episcopo, sed etiã de quolibet electo ad aliquã præpositurã ecclesiæ oportet intelligi.

Ad Tit. 1.

VNDE Augustinus scribit super Ioannem.

Sine crimine & graui peccato debet esse qui ordinatur episcopus. 1

APostolus Paulus quando elegit ordinandos vel presbyteros vel diaconos: & quicunq; ordinandus est ad præposituram ecclesiæ, non ait: Si quis sine peccato est. hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, & nullus ordinaretur. sed ait, sine crimine est: sicuti est homicidium, adulteriũ, aut aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cętera huiusmodi. Crimẽ autem est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum.

Aug. tra. 41. ad cap. 8. Ioannis.

„ Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet: vel
„ si iam ordinatus ante tempus, vel si post tempus suæ ordina-
„ tionis aliquod eorum admisisse conuincitur: susceptI gra-
„ dus officio priuabitur. VNDE Symmachus papa ait.

2. pars. GRATIAN.

Monitoris personam non rectè suscipit qui verbis nõ operibus docet. 2

NEmo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat: & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat. ITEM Cælestinus papa.

Ennodius id habet in libro defensionis synodorũ Romanarũ. Cælesti. 1. epist. 2 ad episc. Gall.

Careat ordine quem præstat, qui indignum sublimare non metuit. 3

TAntis Daniel grauatus testimonijs facinorum, tanta accusatione pulsatus, sacratum (vt dicitur) virginũ pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus: & vt in nostri libellis scrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus

in

M.E.C.D. 2017

in pontificij dignitatem hoc tempore quo ad cauſam dicendam miſſis à nobis literis vocabatur: obrepſit: ſacro nomini abſit iniuria. facilius eſt enim vt hanc dignitatē tali dādo amiſerit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus: cui cōuicto ſociabitur, qui eum ſibi credidit largiendo pontificium ſociandum qualis enim ſit ipſe quiſquis tales ordinauerit oſtendit.

Cap. 9. ITEM ex concilio Niceno.

Non recipit ordo eccleſiaſticus eum qui ſine examinatione vel poſtea confeſſus ordinatur. 4

SI qui ſine examinatione promoti presbyteri ſunt: & poſtea examinati, ſunt cōfeſſi peccata ſua: & cùm confeſſi fuiſſent, venientes homines contra regulam eis manus impoſuerunt: hos eccleſiaſticus ordo non recipit. in omnibus enim quod irreprehenſibile eſt ſancta defendit eccleſia.

Cap. 10. conc. Nicen. ITEM eiuſdem conſilij.

Lapſi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium tonſurati deĳciantur. 5

QVicunque ex his qui lapſi ſunt, per ignorantiam iam ordinati ſunt: vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt: hoc non præiudicat regulæ eccleſiaſticæ. cùm enim compertum fuerit, deponentur. ITEM Innocentius.

Inn. pap. 1. epiſt. epiſt. 5. ad Maximium. †Maximinus. *Alienus fiat à miniſterio, qui illud viuendo illicitè polluit.* 6

M†Aximianus filius noſter qualem detulerit quærelam, libelli, eius ſeries annexa declarat: qui. zelo fidei atque diſciplinæ ductus non patitur eccleſiam pollui ab indignis preſbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe: & ideo fratres libelli huius qui ſubiectus eſt tenore perſpecto: eos qui talia perpetraſſe dicuntur, debetis in medio collocare: diſcuſſiſq; obiectionibus quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuincī potuerint, à ſacerdotali remoueantur officio: quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare nō poſſunt: atq; alieni efficiantur à miniſterio quod viuendo illicitè polluerunt.

ITEM Eugenius papa.

Cuilibet ab ordine deponendo, epiſcopi prouidentia locus pœnitentiæ deputetur. 7

SAcerdos aut quiuis alius in ordine eccleſiaſtico prouectus ſi in eo ſcelere inuenitur quo abiiciendus comprobetur, depoſitus prouidentia epiſcopi bene prouiſo loco conſtituatur vbi peccata lugeat: & vlterius non committat.

ITEM ex concilio Maguntienſi.

Retruduntur in monaſterium presbyteri qui pœnitentiam agere contemnunt. 8

DIctum eſt nobis presbyteros propter ſuam negligentiam canonicè degradatos & ſeculariter gradu amiſſo viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde ſtatuimus vt gra-

M.E.C.D. 2017

gradu amisso, agendæ pœnitẽtiæ gratia in monasteriũ, aut in canoniam regularem mittantur. Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit: vbicunq; sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autẽ amisso gradu secularitèr viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint: ab ecclesiæ communione separentur. ITEM Isidorus.

Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. 9

VAlet interdum conuersis pro salute suæ animæ mutatio loci. plerunq; enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum est ergo inde etiam corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisque prauè vixerit, in aspectu mentis apponit quod sæpe ibi quisq; cogitauit vel gessit. ITEM ex vj. synodo Aurelianensi. *Cap. 7. conc. Aurel. 3.*

Clericus adulterasse conuictus vel confessus, in monasterio retrudatur. 10

SI quis clericus adulterasse, aut confessus, aut conuictus fuerit: depositus ab officio communione concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudatur.

ITEM Pelagius papa Constantino defensori.

De eodem. 11

ROmanus ecclesiæ Thianensis clericus pro crimine adulterij quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus in monasterio hic in vrbe Romana ad agendã pœnitentiã ex nostra iussione detrusus est. ITEM ex canone apostolorũ. *Cap. 25.*

In crimine captus presbyter vel diaconus deponatur, sed non communione priuetur. 12

PResbyter aut diaconus, qui in fornicatione aut periurio aut furto, aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communione priuetur si paruerit sententiæ. dicit enim scriptura: Non iudicat Deus bis in idipsum. ITEM. *Nah. 1. secundũ aliam literam.*

De eodem. 13

SI quis episcopus aut presbyter aut diaconus post diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus aut mœchatus, deponatur: & ab ecclesia proiectus, inter laicos agat pœnitentiam.

ITEM ex consilio Aurelianensi. *Cap. 11. conc. Aurel. 1.*

De eodem. 14

SI diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio & à communione pellatur. Si verò pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submouerit: his quoq; si alij defuerint, & causa certa necessitatis exoritur: poscentem baptisma liceat baptizare.

VNDE Grego. omnibus per regnũ Italicũ & Theutonicorũ. *Ino lib. 3. de lapsis refert ex eodem.*

Non ingrediantur ecclesiam presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. 15

SI qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, qui in crimine

nc

M.E.C.D. 2017

ne fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte Dei patris omnipotentis, & sancti Petri auctoritate ecclesiæ introitum vsque dum pœniteant & emendent. Si qui verò in peccato suo perseuerare maluerint, nullus vestrũ eorum præsumat audire officiũ: quia benedictio eorũ verteturin maledictionẽ, & oratio in peccatum: testante domino per prophetam. Maledicam (inquit) benedictionibus vestris. Qui verò huic saluberrimo præcepto obedire noluerint: idololatriæ peccatũ incurrent, Samuele testante, & beato Grego. instruente: Peccatũ ariolandi est non obedire, & scelus idololatrię non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dũ Christianum se esse asserit, sedi apostolicæ obedire contemnit.

Mala. 2. a.
1. Reg. 15. c.

ITEM Alexand. ij. episcopus regi Dalmaticorum.

Officio & beneficio priuetur episcopus presbyter vel diaconus vxorem suscipiens, vel susceptam retinens. 16

Iuo Carn. vbi supra refert.

SI quis amodo episcopus presbyter aut diconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit: à proprio gradu decidat vsque dum ad satisfactionẽ veniat: nec in choro psallentium maneat: nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Iuo, Ibidem.

ITEM clero Mediolanensi.

De eodem. 17

SI quis sacerdotum vel diaconorum & subdiaconorũ officium contumaciter deserens, fœminam sibi potius eligit: sicut sponte ob fornicationẽ dimittit officium, ita ob præuaricarionem dimittere cogatur etiam inuitus beneficium.

Iuo vbi supra refert lib. 3.

ITEM populo Mediolanensi.

De eodem. 18

EOs etiam qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt: & à Deo recedentes, diabolo & operibus eius seruiunt: sicut se iustissimè ab officio alienos faciunt, ita beneficio ecclesiarum priuatos esse iudicamus.

Clemens epi. 2. ad Iacobũ fratrẽ domini ita habet.

ITEM Lucius papa.

De eodem. 19

MInistri altaris presbyteri siue diaconi ad dominica tales eligantur officia qui continentiam seruent. Si verò post ordinationem suam ministros contigerit propriæ vxoris inuadere cubile, sacrarij nõ intrent limina: neque sacrarij portitores fiant, neque altare contingant: neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant: neque ad dominici corporis portionem accedant, neq; propinent: neque sine maioris natu auctoritate minora gerant officia: vrceum sanè ad altare, vel calicem non suggerant. IDEM.

Idem Clemens ibid. paulo infe-rius habet.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. 20

CLericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neque properet sine maioris natu sacerdotis iussione: nec solus

M.E.C.D. 2017

lus presbyter cum sola fœmina fabulas miſceat: nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum: aut fortè per clericos aut domeſticos matronæ mandet aliquid ſecretè. ſi agnitum fuerit:& ille deponatur:& illa à liminibus eccleſiæ arceatur.

De eodem. [a] *Palea.*

SEd ſi fortè aliqua interceſſio fuerit, epiſcopo ſuggeratur:& ſi talis eſt ad quam ire debeat,ipſe per interuentum pergat. ſin autem, de latere ſuo dirigat cum duobus aut tribus teſtibus: Nemo tamen cum extranea habitet fœmina: niſi ſoror aut proxima fuerit: & cum magna ſollicitudine fiat,nõ enim ignoro malitias ſathanæ. Ex decreto Eugenij papæ.

De eodem. [b] *Palea.*

SI quiſpiam ſacerdotum, id eſt presbyter vel diaconus vel ſubdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam ſecundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari cum ea, & aliquo modo conuerſari, excommunicetur:fœmina verò canonicè iudicetur.

ITEM Gregorius.

Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. 21

OPortet ſacerdotes (quibus domini populus cõmiſſus eſt) cum magna conſtantia vigilare ſuper dominicas oues,ne lupinis morſibus (id eſt diaboli ſtimulis) lanientur. Neque enim hoc ſilere debeo (quod cum graui animi triſtitia & amaritudine dico) ſacerdotes cum fœminis habitare conſpicio. quod nefarium eſt dicere vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita. vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio,antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt. Ideoque admonendi ſunt,vt non antiqui hoſtis decipiantur fraude:quatenus iuxta apoſtoli vocem,non vituperetur miniſterium noſtrũ. Cauere enim oportet nos fratres ab illicitis,vt mundas valeamus manus ad dominũ leuare. ſcriptum eſt enim:Sancti eſtote:quoniam ſanctus ego ſum. Si quis verò præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendum eſt fratres ne fallamus populum:& illud prophetę dictum impleatur in nobis:Sacerdotes mei cõtaminant ſancta & reprobant legem. quos & alius prophera increpauit dicens: O vos ſacerdotes qui fallitis nomẽ meum: & dixiſtis,in qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt:Offerentes ad altare meum panes pollutos. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit dominus:& ſacrificium non accipiam de manibus veſtris: quia polluti eſtis. ITEM Symmachus.

De eodem. 22

VOlumus vt ſacerdotes prohiberi debeant ne cum mulieribus conuerſentur;excepta duntaxat matre vel ſorore vel

R uxore

[a] extat in meo manuſcripto cõtinenter. *Clemens ibid. continuo habet*

[b] deeſt in meo manuſcripto.

4. pars.

2. Cor. 6.

Leuit. 20. b.

Sopho. 3. a.

Mala. 1. b.

Mala. 1.

M.E.C.D. 2017

vxore:quæ castè regenda est. IDEM in regesto.

De eodem. 23

LEgitur quòd beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit,dicens:quæ cum sorore mea sunt,sorores meę non sunt. Docti ergo viri cautela,magna nobis debet esse instructio. ITEM ex septima synodo.

De eodem. 24

IN omnibus obseruare conuenit,vt certus quis & certo tempore, & certo loco, & certis personis, vel apparere clericus,vel loqui debeat mulieribus: vt excludatur omnis nefanda suspicio: certè solum ad solã accedere nulla religionis ratio permittit.melius est enim duos esse simul quàm vnum. simul enim & fidelius & tutius res geritur. væ enim vni: quia si ceciderit, non est qui erigat eum.

Eccle. 4.

ITEM ex concilio Carthaginensi.iiij.

De eodem. 25

Ca.17.con. Cartha.3.

CVm omnibus omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent:sed solæ matres,auiæ,& materteræ,amitæ,sorores,filiæ fratrum aut sororũ,& quicunq; ex familia domestica necessitate etiam antequam ordinarentur iã cum eis habitabant:vel si filij eorum iam ordinatis parẽtibus vxores acceperunt:aut seruis non habẽtibus in domo quas ducant,aliũde ducere necessitas fuerit. ITEM ex concilio Laodicensi.

Cap.30.

De eodem. 26

NOn oportet ministros altaris vel clericos quoslibet, aut sẽ continentes,& omnino Christianum,cum mulieribus lauacra habere cõmunia. hæc est enim apud Gentiles prima reprehensio. ITEM Greg.Ianuario episcopo Carolitano.

Epist.26.lib.4.

De eodem. 27

ARchidiaconum tuum (vt audio) habitare cum mulieribus prohibuisti: & nunc vsque in ea prohibitione despiceris:qui nisi iussioni tuæ paruerit,eum sacro ordine volumus esse priuatum. ITEM ex concilio Toletano.

Cap.42.con. Toleta.4.

Venundentur ab episcopo quæ appetunt consortia clericorum illicita. 28

QVidam clerici legitimum non habentes coniugium extranearum mulierum,vel ancillarum suarum (quæ interdicta sunt) consortia appetunt. Ideo quæcunque clericis taliter coniunctæ sunt, ab episcopo auferantur, & venundentur: illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt. VNDE Syritius papa Imerio episco.ca.xij.

Siritius epist.1. ad Hymerium. Tarraconem ca. 12.

Non habitent mulieres cum clericis,nisi quas necessitudo excusat. 29

FOeminas nõ alias in domo clericorũ esse patimur, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinũ causas habitare cũ eis synodus Nicena permisit. ITEM ex cõcilio Aphri.iiii.

Cap.5.con.Aphrycani &c. 25.conc. Cart. 3.

Nisi ma-

M.E.C.D. 2017

Nisi maiorum iussione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. 30

CLerici vel continentes ad viduas vel virgines (nisi ex iussu vel permissu episcoporum aut presbyterorum) non accedant, & hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum quibus episcopus aut presbyter iusserit: nec episcopi ipsi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas: sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani.

ISEM ex concilio Cartha. iiij. *Cap.* 102.

Episcopi prouideant ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines socientur. 31

AD reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parœciæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiiciantur. ITEM ex eodem. 32 *Ibidem cõtinuo.*

VIduæ quæ stipendio ecclesiæ sustentantur: tam assiduæ in dei opere esse debent, vt meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent. *Cap.* 103.

EPISCOPVS VIDVIS, PAVPERIBVS SVBVENIRE DEBET.

DISTINCTIO LXXXII.

GRATIA.

» GEneraliter etiam pauperibus & his qui suis manibus
» laborare non possunt: episcopus necessaria prouideat.
» VNDE in Aurelianensi concilio legitur. *Cap.* 18. *cone.*

De eodem. 1 *Aurel.* 1.

EPiscopus pauperibus vel infirmis qui debilitate faciente suis manibus laborare non possunt: victum & vestimentum (inquantum sibi possibile fuerit) largiatur.

ITEM Innocentius Exuperio Tolosano archiepiscopo. *inno pa.* 1. *epi.*

Qui voluptatem officio præposuerit, modis omnibus submoueatur. 2 3. *c.* 1.

PRoposuisti quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio aut in officio presbyterij positos incontinentes esse aut fuisse generati filij prodiderunt. De his etiam manifesta est diuinarum legũ disciplina, & beatæ recordationis Syritij episcopi[a] monita euidentia cõmearunt,* vt incontinẽtes in officiis positi talibus, omni honore ecclesiastico priuarẽtur: nec admittantur ad tale ministeriũ quod sola cõtinẽtia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas iã inde ab initio custodita, quòd in tẽplo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes: vt seruientes sacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos sibi vẽdicent diuina ministeria: neq; eos ad sacra officia fas sit admitti qui exercent etiam cum vxore carnale consortiũ: quia scriptum est: Sancti estote, quoniã ego sanctus sum: dicit dominus deus vester. Qui- 2. *pars.*

[a] Ad Himerium episcopũ Tarraconensem. perperã quida hoc Siritij decretum falsi accusat, cũ & in optimis libris manuscr. veterũ canonũ reperiatur, & ab Innocentio hic laudetur.

**emanarunt.*

Leuiti. 20. *b.*

M.E.C.D. 2017

bus vtique propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus propterea fuerat relaxatus, quia ex aliena tribu ad ſacerdotium nullus fuerat auſus accedere: quo magis ipſi ſacerdotes vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus & ſacerdotium vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt: nec præterit dies qua vel à ſacrificiis diuinis vel baptiſmatis officio vacent.

2. Cor. 7. a. Nam ſic Paulus ad Corinthios ſcribit dicẽs: Abſtinete vos ad tempus, vt expeditius vacetis orationi. & hoc vtiq; laicis præcepit. multo magis igitur ſacerdotes, quibus & ſacrificandi & orandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: quia ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo merito ſe poſſe exaudiri credit, cum dictum ſit:

Tit. 1. b. Omnia munda mundis. coinquinatis autẽ & infidelibus nihil eſt mundum: ſed coinquinata eſt eorũ mens & cõſcientia. ſed fortaſſe hoc ſibi licere credit: quia ſcriptum eſt, vnius vxoris virum. non dixit hoc vt permaneat in concupiſcentia generãdi: ſed propter incontinentiam futuram. quod apertius declarauit dicens:

Roma. 8. b. Qui autẽ ſunt in carne, deo placere non poſſunt. vos autẽ iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. ſed ea planè diſpar & diuerſa ſententia eſt. nam ſi ad aliquos forma eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinę quæ ab epiſcopo Syricio ad oẽs prouincias cõmeauit, non probatur perueniſſe: his ignorantibus venia non negabitur: ita vt de cætero penitus incipiãt abſtinere: & ita gradus ſuos in quibus fuerint inuẽti retentẽt, vt eis non liceat ad potiora conſcendere, quibus in beneficio eſſe debet quòd tunc ipſum locum quem retinent, non amittunt.

Si qui autem ſciſſe formam viuendi miſſam à Syricio detegũtur, neq; ſtatim cupiditatẽ libidinis abieciſſe: illi ſunt modis omnibus ſubmouẽdi, qui poſt admonitionẽ cognitã, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

Epi. 1. ad Hinerium epiſcopum Terraco. cap. 7. ITEM Syricius papa.

De eodem. 3

PLurimos ſacerdotes Chriſti atq; leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora tam de coniugiis propriis, quàm etiam de turpi coitu ſobolẽ didicimus procreaſſe, & crimẽ ſuũ hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generãdi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quiſquis ille eſt ſectator libidinũ, præceptor vitiorum, ſi exiſtimat quòd in lege Moyſi paſſim ſacris ordinibus à deo noſtro relaxata ſunt frena luxuriæ: cur eos quibus cõmittebantur ſancta ſanctorũ, præmonet dicens:

Leui. 20. b. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus deus veſter? cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſuę in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus ſuis poſſint carnale exercere commercium: vt conſcientię integritate fulgentes munus acceptabile deo offerrent, quibus expleto deſeruitionis

tionis ſuæ tempore, vxoris ſuæ vſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus:quia non ex alia niſi ex tribu Leui quiſquam ad dei miniſterium præceptus fuerat admitti.

[a] *Vnde & dominus Ieſus cùm nos ſuo illuſtraſſet aduentu: in euangelio proteſtatur,quia legem venerit implere,non ſoluere. & ideo eccleſiam cuius ſponſus eſt ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare vt in die iudicij,cùm rurſus aduenerit ſine macula & ruga eam poſſit ſicut per apoſtolum ſuum inſtituit,reperire. quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atq; Leuitæ indiſſolubili lege conſtringimur,vt à die ordinationis noſtræ ſobrietati ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora.* ITEM.

a Hæc videntur addenda, vt quæ contineãt præcipuum Syritij mandatum.

Idẽ Syritius ibi. paulo inferius.

De eodem. 4

QVia aliquanti de quibus loquimur (vt tua ſanctitas retulit) ignorantia lapſos ſe eſſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento in hoc quo deiecti ſunt, quandiu vixerint officio perſeuerent, ſi tamen poſt hoc continẽtes ſe ſtuduerint exhibere. hi verò qui illiciti priuilegij excuſatione vtuntur:& ſibi aſſerunt veteri hoc lege cõceſſum:nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore (quo indignè vſi ſunt) apoſtolicæ ſedis auctoritate deiectos,nec vnquã poſſe venerãda tractare myſteria,à quibus ſe ipſi dũ obſcœnis cupiditatibus inhiãt,priuauerũt. Et quia exempla præſentia cauere nos præmonent in futurum,ſi quilibet epiſcopus presbyter aut diaconus (quod nõ optam[9]) fuerit talis inuentus:iam nunc ſibi omnẽ per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum: quia ferro neceſſe eſt vt abſcindantur vulnera quæ fomentotum non ſentiunt medicinam.

[a] Qui autem propter peccata iubentur deponi, poſt condi- [b] gnam pœnitentiam in ſuo ordine poterunt reparari.

3. pars. GRATIAN.

VNDE in Gangrenſi concilio legitur.

Quæ pœnitentia ſit imponenda ſacerdoti qui de fornicatione conuictus fuerit. 5

PResbyter ſi fornicationem fecerit, quanquam ſecundum canones apoſtolorum debeat deponi,tamen iuxta auctoritatem beati Sylueſtri ſi in vitio non perdurauerit,ſi ſua ſponte confeſſus adiecit vt reſurgat,decem annis in hunc modũ pœniteat:tribus quidẽ menſibus à cæteris remotus, pane & aqua à veſpera in veſperam vtatur: tantum autem diebus dominicis & præcipuis feſtis modico vino & piſciculis atque leguminibus recreetur ſine carne & ſagimine. ouis & caſeo vtatur: ſacco indutus humi adhæreat, die ac nocte miſericordiam dei omnipotentis imploret. finitis tribus menſibus continuis exeat,tamen in publicum non procedat:ne grex fidelis in deo ſcandalum patiatur. nec enim debet ſacerdos publicè pœnitere ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper viribus reſumptis,vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis,

M.E.C.D. 2017

nicis diebus & præcipuis festiuitatibus, in quibus vino & sagimine, ouis & caseo iuxta canonicam mensuram vti potegorit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis domini (ne indurescat) particeps fiat: & ad pacem veniat: psalmos cum fratribus in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clemētis vocé, minora gerat officia. Deinde verò vsq; ad expletionem septimi anni omni quidem tempore (exceptis paschalibus diebus) tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimo anni circulo si fratres apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiam laudauerint: episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti papæ auctoritatem eum reuocare poterit. Sanè sciendum quòd secundam feriam vnum psalterium canēdo, aut vnum denarium pauperibus dando (si opus est) redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsq; ad finem decimi anni sextam feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis & criminibus quæ in depositionem eum inducunt, neque hoc cuilibet onerosum videatur si sacerdos post lapsum dignè (vt suprà dictū est) pœnitens ad pristinos redeat honores.

CONSENTIENTES ET PECCATIS FAVENTES NON ORDINENTVR.

DISTINCTIO LXXXIII.

GRATIA. PRouidendum quoque est ne is qui ad ordinandum eligi- »
tur: etsi à proprio vitio videatur alienus, consentien- »
do alienis coinquinetur: vt Symmachus papa ait. Non »
est grandis differentia an lethum inferas, vel admittas. mor- »
tem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cùm »
possit non excludit. HINC Gregorius. vij. ait. »

Ennodius li. pro defensione synodorum Romanarum habet.

Suspendatur episcopus ab officio clericorum suorum fornicationi consentiens 1

SI quis episcopus fornicationem presbyterorū, diaconorū, vel crimen incestus in sua parœcia precio vel precibus interueniente consenserit, vel commissum auctoritate officij sui non impugnauerit, ab officio suspendatur.

ITEM August.

Maximè ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. 2

NEmo quippe nocet in ecclesiá dei amplius, quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Delinquentem nanque hunc redarguere nullus præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque qui ta-

M.E.C.D. 2017

qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quàm episcopus. ITEM Innocentius.

Qui non resistit erroribus, consentit. 3

ERror cui non resistitur, approbatur: & veritas cùm minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe cùm possis perturbare peruersos, nihil est aliud quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. ITEM Pius papa. *epist. prima.*

Non prodest suo errore non pollui, qui alieno consentit. 4

QVid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? ITEM Gregorius.

Qui non occurrit, consentit erranti. 5

CONsentire videtur erranti qui ad resecanda quæ corrigi debent, non occurrit. Sicut autem quis aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

VNDE Anacletus papa cunctis fidelibus. *Epist. prima.*

Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. 6

NIhil illo pastore miserius qui gloriatur luporum laudibus: quibus si placere voluerit, arq; ab his amari elegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus igitur pastor placere lupis & gregibus ouiũ potest. perdit enim memoriam labiorũ mens terrenis obligata carceribus. Sicut autem artium in suo quoque opere inuenitur mater instãtia, ita nouerca eruditionis est negligentia. Quanquam sacerdotem tam à suis quàm ab alienis criminibus oportet esse immunẽ: tamen si aliorsum sese habuerit, non ideo verba suæ prædicationis debent contemni. Sicut enim (vt ait Hier.) lixiuium per cinerẽ humidũ fluens lauat, & non lauatur, ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lauat à sordidis peccatorum. *2. Pars.*

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT VIGILANTES, CASTI, NON DIGAMI.

DISTINCTIO LXXXIIII.

» SOlicitum quoque & vigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. quod si facere neglexerit, asperè est corrigendus. *GRATIAN.*

» VNDE Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ. *epist. 29. li. XI.*

Corripiatur episcopus qui circa officium suum negligens extiterit. 1

PEruenit ad nos fratrem & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem & negligentem in cunctis existere, vt in nullo quia est episcopus cognoscatur, adeò vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij ecclesiæ, vel oppressi, vel pauperes eius erga se dilectionis studium sentiant, nec aliquã

M.E.C.D. 2017

ſupplicantibus ſibi in quibus iuſtũ eſt opem defenſionis accõ modet:& (quod eſt grauius dici) cõſilia ſapientũ & recta ſuadentium nulla ratione patiatur ſuſcipere,vt quod per ſe nequit attendere,ab altero ſaltem poſſit addiſcere. quod ſi ita eſt, nõ ſine tua culpa eſſe cognoſcas,qui eum obiurgare atque coercere vt dignum eſt, diſtuliſti. Volumus itaque vt eum coram aliis ſacerdotibus & quibuſdam de filiis ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas & hortari.Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationẽ veſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit, ad nos eſt omnibus modis tranſmittendus, vt hic poſitus diſcere poſſit quid vel qualiter ſecundum dei timorem agere conueniat ſacerdotem. IDEM ad eundem.

De eodem. 2

Idem Greg. epiſt. 33. lib. vndecimi.

NVnciatum eſt nobis Campaniæ epiſcopos ita negligentes exiſtere, & immemores honoris ſui, vt neque erga eccleſias,neque erga filios paternæ vigilantiæ curam exhibeant,vel monaſteriorum ſolicitudinem gerant ,ſeu in oppreſſorum ſiue pauperum ſe tuitionem impendant. Ideoque hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis ad te conuocatis ex noſtro illos mandato diſtrictè commoneas , quatenus ita in his quæ eos iuſtè ſecundum deum agere conuenit, vigilantes exiſtant, vt nullum nos de his denuo murmur exaſperet. Si quem verò eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris , ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmitte,vt quàm ſit graue nolle ab his quæ reprehenſibilia & valde vituperanda ſunt corrigi, regularum in ſe valeat diſtrictionem ſentire.

2. pars. Quod autem de mũditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, „
GRATIAN. hoc etiam de quibuſlibet altari ſeruientibus intelligendũ eſt. „

VNDE in Carthaginen. conci.ij. cap.ij. Aurelius epiſco- „
pus dixiſſe legitur. „

Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiã in omnibus ſeruẽt. 3

CVm in prætérito concilio de continẽtiæ & caſtitatis moderamine tractaretur : iſti tres gradus conſcriptione quadam caſtitati per conſecrationem annexi ſunt. Epiſcopos inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit (vt condecet ſanctos antiſtites,ac dei ſacerdotes,necnon Leuitas,vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt) continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter quod à domino poſtulant impetrare , vt quod apoſtoli docuerunt exemplo,& ipſa ſeruauit antiquitas: nos quoque cuſtodiamus. Ab vniuerſis epiſcopis eſt dictum : Omnibus placet vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, & qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt : Placet vt in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur qui altario deſeruiunt.

Cap. 3. conc. Carth. 5.

ITEM ex concilio Carthaginen. vj.

De eo-

M.E.C.D. 2017

De eodem. 4

CVm de quorundam clericorum, quãuis erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit episcopos, presbyteros, & diaconos secundum priora statuta etiam ab vxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio, cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

„ Contrà Martinus papa. Si lector viduam duxerit, vt supra GRATIA.
„ legitur, sed illud vbi necessitas, hoc vbi nulla necessitas vrget. 3. *pars.*
„ Similiter quòd monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad
„ reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.

„ VNDE Syricius papa scribit Imerio Terraconen. episcopo. *Syritius epist.*
Laica sit tantum communione contentus clericus viduam ducens, aut 1. *ad Himerium.*
secundam vxorem. 5 *cap.* II.

QVisquis clericus aut viduam aut secundam duxerit vxorem, omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox denudetur, laica sibi tantum communione concessa: quam ita demum poterit possidere, si nihil postea propter quod hac carere debeat, admittat.

„ Presbyterorum verò nomen quanquam à senectute sit GRATIA.
„ sumptum, magis tamen maturitatem indicat sapientiæ, 4. *pars.*
„ quàm caniciem corporis. VNDE Anacletus.

Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate quàm sapientiæ. 6 *Epist.* 2. *ad episcop. Italiæ.*

PORrò Moysi præcipitur vt eligat presbyteros, id est seniores. Vnde & in Prouerbiis dicitur: Gloria senum est canicies. hîc verò canicies sapientiam designat: de qua scriptum est: Canicies hominum prudentia est. Cumq; non gentis & amplius annis ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legamus: nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham: qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ætatem vel senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. *Nume.* II. *Prou.* 20. *Sapien.* 4.

EPISCOPI SINT HOSPITALES.

DISTINCTIO LXXXV.

„ HOspitalitas verò vsqueadeo episcopis est necessaria, vt GRATIA.
„ si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeãtur ordinari. *Epi.* 6. *libr.* 12.
„ VNDE Gregorius scribit Ioanni episcopo.

Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus. 1

ARchidiaconum Florentinum ecclesiæ Anconitanæ qui ad episcopatum fuerat electus, scripturę quidem sacræ scientiam habere: sed ita ætatis senio iam cõfectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adiicientes etiam illum ita tenacẽ existere: vt in domo eius amicus nunquã ad charitatem introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem eccle

M.E.C.D. 2017

siæ qui similiter electus fuerat, vigilãs quidem homo dicitur: sed (quantum asseritur) psalmos ignorat. Florentinum verò diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus electus memoratur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino nescimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre nostro & episcopo Armenio suprascriptæ ecclesiæ Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de vita ac moribus singulorũ requirere, si nullo crimine sint conscij quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est hoc quod de præfato archidiacono dictum est, quia nunquam amicus eius domum ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacitate talis sit: aut si ita est senex, vt ad regendum non possit assurgere, vel si tactis sanctis euangeliis (sicut nobis nunciatum est) iusiurandum præbuerit, nunquam se ad episcoparum accedere. Sed & de Rustico diacono quantos psalmos minus tenet, scrutandum est. Florentino autem diacono Rauennati si nullum (sicut diximus) crimen est quod obsistat: apud episcopum eius necesse est agere vt ei debeat cessionem concedere: non tamẽ ex nostro mandato vel edicto, ne contra suam voluntatem eum concedere videatur.

EPISCOPI DOCEANT, ET CORRIPIANT, ET LIBERALES SINT.

DISTINCTIO LXXXVI.

GRATIA.

DOctorem autem episcopum oportet esse: ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit vel negligit.

VNDE Leo episcopus scribit Aquileiensi episcopo.

Leo papa. 1. epist. 3.

Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum. 2

INferiorum culpæ ordinum ad nullos magis referẽdæ sunt, quàm ad desides negligentesq; rectores, qui multã sæpe nutriunt pestilentiã, dum austeriorẽ dissimulant adhibere medicinam. ITEM Leo episcopus Rustico Narbonen. episcop.

Idem epist. 90. ad Rusticum.

Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. 3

ODio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi: tolerentur infirmi, & quod seuerius castigare necesse est, non sæuientis plectatur animo, sed medentis.

ITEM Ioannes viij.

Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. 4

FAcientis culpam proculdubio habet qui quod potest corrigere, negligit emendare. scriptum quippe est: Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes iudicantur. Et libat domino prospera qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere cùm possis perturbare peruersos, nihil est aliud quàm fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultę, qui ma-

M.E.C.D. 2017

qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia qui condẽnat errantes. Neq; reliquit sibi locum deuiandi qui nõ pepercit erranti: Et primus innocẽtiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est de alieno peccato. γνώμη.

„ Si aũt in corripiẽdo quis modũ excesserit, nõ à subditis, sed
„ à domino veniam petat. VNDE Aug. de vita clericorum. 2. pars. Augustin. epist. 109. ad monachas.

Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit. 5

QVando necessitas disciplinæ in motibus coercendis dicere vos dura verba compellit: si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur vt vos à subditis veniã postuleris: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, & tamen petenda est venia ab omniũ domino qui nouit eos, quos plus iusto fortè corripitis quanta benevolentia diligatis.

„ In doctrina verò sacræ scripturæ auctoritatem debent epi- GRATIA.
„ scopi præferre, non secularium literarum peritiam ostentare. 3. pars.
„ Non enim est episcopalis officij grammaticam exponere: nec
„ laudes Iouis personent in ore pontificis.
„ VNDE Gregor. scribit Desiderio episcopo. Epist. 48. lib. 9.

Sacram scripturam non grammaticam debet episcopus exponere. 6

CVm multa nobis de vestris studiis fuissent nunciata: ita nostro cordi est innata lætitia, vt negare ea quæ sibi vestra fraternitas concedenda deposcit, minimè valeremus. Sed post hoc peruenit ad nos (quod sine verecũdia memorare nõ possumus) fraternitatem vestram grammaticam quibusdam exponere, quam rem ita molestè suscepimus, ac sumus vehementer aspernati, vt ea quæ prius dicta fuerant, in gemitum & tristitiam verteremus: quia in vno ore secum laudibus Iouis Christi laudes non capiunt. Et quàm graue nefandumq; sit episcopis canere quod nec religioso conueniat, considera. Supr. distin. 37. cap. 9.

Liberalem quoque necessitatem patientibus sacerdotem GRATIA.
„ esse oportet, aliàs autem vacuum portabit nomen episcopi. 4. pars.
„ VNDE Grego. scribit Secundo seruo dei inter cætera. Gregor. Secundino epist. 29.

Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. 7 sine c. 129. li. 5.

FRatrem nostrum Marianum episcopum verbis quibus vales excita, quia eum obdormisse suspicor. dic ergo illi vt cum loco & mentem mutet, nec sibi credat solam lectionem & orationem sufficere, vt remotus nihil studeat de manu fructificare: sed largam manum habeat: necessitatem patientibus concurrat.* alienam inopiam suam credat: quia si hoc non habet, vacuum nomen episcopi tenet. *al. succurrat.

„ In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum & GRATIAN.
„ personarum. Rerum, vt nõ omnia vni; sed singulis quædã præ- 5. pars.

stentur,

M.E.C.D. 2017

Psal. 111. ſtentur,vt pluribus prodeſſe poſſimus: iuxta illud prophetæ: » Diſperſit,dedit pauperibus. Perſonarum: vt primùm iuſtis,de- » inde peccatoribus:quibus tamen dare prohibemur, non quia » homines ſunt, ſed quia peccatores. »

Tractatu 100. ad c.16.Ioan. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem parte ſecunda. »

Immane peccatum eſt res ſuas donare hiſtrionibus. 8

Psal.9. DOnare res ſuas hiſtrionibus vitiũ eſt immane,non virtus, & ſcitis de talibus quàm ſit frequens fama cũ laude: quia laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. ITEM in pſalmo. cij.

Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. 9

Auguſt ad verſiculum: Faciens miſericordias. Psal.102. QVi venatoribus donant,quare donant? dicant mihi,quare dant venatori? hoc in illo amant in quo nequiſſimus eſt:hoc in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt, ipſam nequitiam publicant ſpectaculis hominum. Qui dant hiſtrionibus, qui donant meretricibus, quare donant?nunquid non & ipſa hominibus donantur? non tantum naturam ibi attendunt operis dei, ſed nequitiam operis humani. ITEM.

Idem Auguſt.in eodẽ Pſal. paulo inferius.

De eodem. 10

QVi venatoribus donant, non hominibus donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantum eſſet,& venator nõ eſſet,non ei donares. honoras in eo vitium,non naturam.

Auguſt.ad Pſal. 147. ITEM in Pſal. cxlvij.

De eodem. 11

VIdent homines venatores, & delectantur. væ miſeris ſi ſe non correxerint. qui enim venatorem vident,& delectantur: videbunt ſaluatorem, & triſtabuntur.

Hieron. ad verſum Pſal. 90. Sperabo in domino. ITEM Hieronymus in Pſalmo lxxxij.

De eodem. 12

ESau venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem. piſcatores inuenimus ſanctos.

Ambroſ. ſermone 33. ITEM Ambroſius in homilia de quadrageſima.

De eodem. 13

Idem Amb. ibid. paulo inferius. QVid prodeſt ieiunare viſceribus, & luxuriari venatibus? abſtinere à cibis,& errare peccatis? ITEM.

De eodem. 14

Amb. cap.30. lib.1.officiorũ. AN putatis illum ieiunare fratres qui primo diluculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum ſancta loca perquirit, ſed ſurgens congregat ſeruulos: diſponit retia, canes producit, ſaltus ſyluasque perluſtrat? ſeruulos inquam ſecum pertrahit fortaſſe magis ad eccleſiam feſtinantes,& voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena,neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto,quàm de perditione ſeruorum. ITEM Ambroſius in lib. de officiis.

Que

M.E.C.D. 2017

Quæ sint in liberalitate seruanda. 15

NOn satis est bene velle, nisi studeas etiam benefacere: neque satis est iterum benefacere, nisi id ex bono fonte procedat: hoc est, ex bona volũtate proficiscatur. Item perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commẽdatur: vt primum operetur circa domesticos fidei. Grandis culpa est si sciente te fidelis egeat: si scias eum sine sumptu esse, & famem tolerare: ærumnam perpeti: qui præsertim egere erubescit. si in causa ceciderit, aut captiuitatis suæ vel suorum filiorum, aut calumniæ, & non adiuues. si sit in carcere positus, & pœnis & suppliciis propter debitum aliquod iustus aliquis excrucietur. Nã etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius. Si tempore afflictionis suæ à te nihil impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri: non est leue peccatum. ITEM. *Ambr. ibidẽ ca. 30. lib. 1. Offic.*

De eodem. 16

DOminus non vult simul effundi opes, sed dispensari: nisi forte vt Helisæ⁹ qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinã se propheticam daret. ITEM. *3. Reg. 19.* *Ambros. ibidem continuo.*

De eodem. 17

ESt probanda & alia liberalitas, vt proximos seminis tui nõ despicias si egere cognoscas: melius est enim vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis: non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre inopibus, causam enim natura præstat, non gratia: neque enim propterea te deo dedicasti, vt illos diuites facias: sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miserationis peccata tua redimas. Putant se parum poscere, præmium quærũt tuum, vitæ tuæ adimere contendunt fructum, & accusant quòd eos diuites non feceris: cùm te velint illi æternæ vitæ fraudare mercede. ITEM. *Ambro. ibidem.*

De eodem. 18

COnsiderãda est in largiendo, ætas atque debilitas: non nunquam & verecundia, quæ ingenuos prodit natales: vt senibus plus largiaris, qui sibi iam nequeunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis promptius est adiuuanda, tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem, & maxime si sine suo vitio sed aut latrociniis, aut proscriptione, aut calumniis quæ habebat amisit. ITEM. *Ambr. cap. 21. lib. 2. officiorũ.*

De eodem. 19

PVlchra etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, vt abundes pluribus, nec conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. quicquid enim ex affectu puro

M.E.C.D. 2017

puro ac syncero promitur, hoc est, decorum: non superfluas ædificationes aggredi: nec prætermittere necessarias. Et maximè sacerdotibus hoc conuenit, ornare dei templum honore congruo, vt etiam cultu aula dei resplendeat: misericordię impensas frequentare quantum oporteat: largiri peregrinis non superfluas, sed competētes. Item. Compatiamur itaq; alienis calamitatibus: necessitates aliorum quantū possumus iuuemus, & plus interdū quàm possumus. melius est enim causas præstare pro misericordia, & inuidiā perpeti, quàm prætendere inclementiam: & nos aliquando in inuidiam incidimus, quòd confregerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus.

Ambr. cap. 28. eiusdem.

Ad ca. 3. Lucæ. Generatio viperarum.

IDEM super Lucam.

De eodem. 20

IN singulis quoque generibus hominum conueniēs tribuit sanctus Ioannes Baptista responsum vnum omnibus, ita: publicanis, ne vltra præscriptum exigant militibus, ne calumnias faciant, ne prædam requirant: docens idcirco stipendia constituta militiæ, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. sed hæc & alia officiorum præcepta propria sunt singulorum: misericordiæ est communis vsus: ideo commune præceptum est, omnibus ætatibus, omnibus officiis necessaria, & ab omnibus deferenda. non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel vrbanus, diues & pauper, omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti. misericordia enim plenitudo virtutum est: & ideo omnibus est præposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis alimentisq; suis parcant: misericordiæ tamē ipsius pro possibilitate cōditionis humanę mensura seruetur: vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere patiatur. IDEM.

Ambr. ad c. 18. Luc.

De eodem. 21

CAeterūm dei traditio est vt prius pascas parentes. nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ multo grauior est? quo loco insolentem dominus infrenat iactantiam.

Matt. 15. a.

IDEM in lib. de officiis.

PAsce fame morientem, quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti.

ITEM Hierony.

De eodem. 22

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ & lachrymarum: quamuis spiritualis sit, non adimplet legem Christi.

GRATIAN. Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem, „ id est, ad vindictam facilem. „

Greg. epist. 49. li. 11. ad Ioannē Panor. episcopū.

VNDE Gregorius scribit Ioanni episcopo Corinthiorū. „

Ad vin-

M.E.C.D. 2017

Ad vindictam facilis episcopus esse non debet. 23

SI quid verò ad aures tuas de quocunque clerico peruenerit quod te iustè possit offendere, facilè non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus ecclesiæ tuæ senioribus diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. IDEM Ianuario episcopo.

Epi. 1. lib. 7. ad Ianuarium episcopum Caralitanum.

De quodam episcopo qui antequam missarũ solennia celebraret, die dominico ad exarandam messem cuiusdam profectus est. 24

TAnta nequitia ad aures nostras de senectute tua peruenit, vt eam nisi humanitus pẽsaremus, fixa iam maledictione feriremus. dictum quippe est mihi quòd dominico die priusquam missarum solennia celebrares, ad exarandã messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius missarũ solennia celebrasti, post missarũ solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minimè timuisti. quod factũ quẽ debeat pœna sequi, omnes qui audiunt, sciunt. dubij autẽ de tãta peruersitate fueramus: sed filius noster Cyriacus abbas à nobis requisitus ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur vt aliquando resipiscas miser senex, atq; à tanta leuitate morum, & operum peruersitate cõpescere: & quanto morti vicinior efficeris, tanto solicitior atq; timidior esse debes. & quidẽ pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatẽ tuam cum senectute cognouimus, interim tacemus: eos verò quorũ consilio hoc egisti, in duobus mensibus excõmunicatos esse decernimus: ita vt si quid eis intra duorum mensium spatiũ humanitatis aduenerit, benedictione viatici non priuentur: deinceps autẽ ab eorũ consiliis cautus existe. Te quoque solicitè custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti: neque simplicitati tuæ, neque vlterius senectuti parcamus.

» Vel* percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cædat. VNDE in Agathen. concilio legitur.

**item percussor. 7. pars.*

Non licet episcopo propriis manibus aliquem cædere. 25

GRATIA.

NOn liceat episcopo manibus suis aliquem cædere. hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

Exod. 21.

» Prohibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus: ne » aliquo etiam inhonesto negocio victũ vel cætera sibi necessaria quęrat. quod generaliter etiam de omnibus diuino cultui » mancipatis, id est clericis vel monachis intelligere oportet.

8. pars. GRATIA.

» VNDE in Chalcedonensi concilio legitur.

Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. 26

cap. 3.

PEruenit ad sanctam synodum quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam aliorum possessionum cõductiones & causas secularium negotiorum suscipiunt,

M.E.C.D. 2017

ſuſcipiunt, & à ſacris officiis ſe per deſidiam ſeparant, ad domos autem ſecularium concurrunt: & ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ cauſſa ſuſcipiũt. Decreuit igitur ſancta & vniuerſalis & magna ſynodus neminem horum deinceps, hoc eſt epiſcopum ſiue clericum aut monachum conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſecularibus poſſeſſionibus poſſe, niſi fortè qui legibus ad minorum ætatis tutelas ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur: aut cui ipſius ciuitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, & orphanorum ac viduarum quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum maximè quæ eccleſiaſtico indigent adminiculo, propter dei timorem. Si quis verò trãſgreſſus fuerit hæc præcepta, eccleſiaſticæ correctioni ſubiaceat.

EPISCOPI SINT VIDVARVM, ORPHANORVM, PAVPERVM PROTECTORES.

DISTINCTIO LXXXVII.

GRATIA. VIduis autem & orphanis eccleſiæ præſidium implorantibus epiſcopi debent adeſſe: & contra improborum violentias protectionis patrocinium eis negare non debent.

* Geruntino. VNDE Gelaſius Geruntio* & Petro epiſcopis.

Implorantibus patrocinia epiſcopi debent adeſſe. 2

LIcet omnibus de nobis ſperantibus non debeamus inquãtum poſſumus nos denegare, plus tamen viduarum & orphanorum cauſas & impenſius ducimus exequẽdas: quas tueri à nobis vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio.

ITEM Anaſtaſio epiſcopo.

De eodem. 3

DEfenſionis propriæ deſolatis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe pro ætatis infirmitate non poſſunt exoratum pontificem decet ſubuenire. quia pupillis & viduis tuitionẽ etiam diuinitas iuſſit impendi. Et ideo Maximo & Ianuario, clericalis officij, qui ſe ſolatio parentum vel propinquorum aſſerunt deſtitutos, auxilium ex noſtra delegatione præſtabis, vt aduerſus improbitates aduerſariorum ſuorum protecti, tuæ executionis anniſu noxia commenta non ſentiant.

ITEM Leontio & Petro epiſcopis.

De eodem. 4

QVisquis in negociis ſuis noſtri nominis interceſſione ſperat ſibi remedia poſſe cõferri, prona nos conuenit animoſitate præſtare. ITEM Honorio epiſcopo.

De eodem. 5

DIuinæ retributionis memor ad pontificalem cõſcientiam non ambigas pertinere, agentium commodis piam ſolicitudinem non negare. ITEM Fortunato epiſcopo.

M.E.C.D. 2017

Tueatur ecclesia quos in sui defensione suscepit. 6

IRreligiosum prorsus & execrabile iudicamus si quisquã clericos vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuæ Felicis atque Olympij suggeratur auunculus: eiusq; paruulos tutelæ vice susceperit nutriendos: vltra latrocinium esse iudicamus, quod eos bonisculis parentum (sicut asserunt) reliquit extorres: alia retinendo, alia contra leges & iura vendendo. ITEM ex concilio Aurasicco.

Cap. 5. concilij Aurasicē primi.

Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. 7

EOs qui ad ecclesiam confugiunt, tradi non oportet: sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi. Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiã confugientibus crediderit occupanda: per omnes accclesias districtissima damnatione feriatur. In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur.

Cap. 6. eiusdem.

Cap. 7. eiusdē.

ITEM ex concilio Agathensi.

Cap. 29.

In libertate ecclesia turatur libertos. 8

LIbertos legitimè à dominis suis factos ecclesia (si necessitas exegerit) tueatur: quos si quis ante audientiam, aut peruadere aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

2. pars.

ITEM ex concilio Toletano quarto.

Cap. 71. con. Toleta. 4.

A sacerdotibus defendantur liberti ne in seruitutem reuocentur. 9

LIberti qui à quibuscunque manumissi sunt, atq; ecclesiæ patrocinio commẽdati existunt: sicut regulæ antiquorum patrum constituerunt sacerdotali defensione à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorũ, seu in peculio quod habere noscuntur. ITEM ex concilio Toletano.

Expositos defendat ecclesia si quis eorum calumniator extiterit. 10

SI expositus ante ecclesiam cuiuscunq; sit miseratione collectus, contestationis ponatur epistola: vt si is qui collectus est intra decem dies quæsitus agnitusq; non fuerit: securus habeat qui collegit. Sanè qui post prædictum tempus caiumniator extiterit, vt homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit autoritas.

VERSVS.

Sit pius & mitis, nec auarus in ordine cleri.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SECVLARIA NEGOCIA NON CVRENT.

DISTINCTIO LXXXVIII.

PRohibentur ergo clerici cupiditatis negocia suscipere, non pietatis curam viduis & orphanis impendere.

VNDE Melchiades papa.

GRATIA. *Id habetur in priuilegio Constantini imper.*

S De eo-

M.E.C.D. 2017

De eodem. 1

DEcreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negociis ſecularibus ſe immiſcere niſi propter curam, aut pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi fortè epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem eum habere præcipiat.

GRATIA. Vbi patet quòd alia ſunt negocia ſecularia, & alia eccleſiaſtica. Nónne Moyſes in ſeculo erat cùm crebro intraret tabernaculum & exiret qui intus contemplatione rapiebatur, foris infirmantium negocio vrgebatur? Sed & Iacob aſcendentes & deſcendentes angelos vidit: quia rectores eccleſiarū non ſolum contemplando aſcendunt, ſed deorſum quoq; ad membra illius miſerando deſcendunt: & dum ſacerdotes corū facta imitantur, & ſe cuſtodiūt, & ſubditorum onera portant.

Exod. 32. b.

Gene. 28. c.

ITEM Gelaſius papa.

De eodem. 2

Gela. 1. epiſt. ad epiſcopos, per Lucaniam.

CONſequens eſt, vt illa quoq; quæ de Picenis partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit. non prætereunda putaremus, id eſt plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis & turpibus lucris inhiare, nullo pudore cenſentes euangelicam lectionem, qua ipſe dominus negociatores ex templo verberatos aſſeritur expuliſſe, nec apoſtolica verba recolentes quibus ait: Nemo militans deo, implicat ſe negociis ſecularibus: Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure cantantem: Quoniam non cognoui negociationes. introibo in potentias domini. Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negociationis ingenio cupiditateq; ceſſandum: aut in quocūque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officiis cogantur abſtinere, quoniam domus dei, domus orationis & eſſe & dici debet: ne per officia negociationis potius ſit latronū ſpelunca.

Ioan. 2. c.

2. Tim. 3. a.

Pſal. 70.

Hiere. 7.

Matth. 21. b.

ITEM ex canone apoſtolorum. *Cap. 7.*

In ſacris ordinibus conſtitutus ſeculares curas aſſumere non debet. 3

EPiſcopus, aut ſacerdos, aut diaconus nequaquam ſeculi curas aſſumant: ſin aliter, deiiciantur.

ITEM Gregorius Romano defenſori.

Epiſt. 11. lib. 11.

Epiſcopus ſecularibus cauſis occupari non debet. 4

PErlatum† eſt ad nos reuerendiſſimū fratrem noſtrum Baſilium epiſcopum velut vnū de laicis in cauſis ſecularibus occupari, & prætoriis inutiliter deſeruire: quæ res quoniã ipſum vilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalem annihilat: ſtatim vt experientia tua hoc præceptum ſuſceperit, ad reuertendū cum diſtricta executione compellat: quatenus ei illic te inſiſtente quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari nõ liceat: ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius morã habere permiſeris,

†, al. Relatum.

M.E.C.D. 2017

miſeris,cum ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

ITEM ex concilio Carthaginen.iiij.In ma. *Cap.18. conc. Cartha.4.*

Teſtamentorum tuitionem, & curam rei familiaris epiſcopus non ſuſcipiat. 5

EPiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.

ITEM ex eodem. *Cap.20. eiuſdem.*

De eodem.

EPiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet:ſed lectioni & orationi & verbo prædicationis tantummodo vacet. ITEM ex eodem. *Cap.17.eiuſdem.*

De eodem. 6

EPiſcopus gubernationē viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum aut archidiaconum agat. ITEM Gregor.Quarrano prefecto. *Epiſtol.30. lib.10.ad Quarrinum.*

Ratiociniorum cauſas clericus ſuſcipere non debet. 7

INutile & valde laborioſum eſt hominem literatum ratiociniorum cauſas aſſumere: & in eis (quod non expedit) ſe obligare. ITEM Hieronymus. *Hierony.ad Nepotianum de vita cleri.*

Fugiendus eſt clericus negociator. 8

NEgociatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge.

ITEM Auguſt.in libro quæſtionum vet.& no. teſtamēti.

Clerico negociari non licet. 9

FOrnicari hominibus ſemper non licet,negociari verò aliquando licet, aliquando non licet. antequam enim eccleſiaſticus quis ſit,licet ei negociari:facto iam non licet.

ITEM Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum. *Chryſoſt.homil.38.ad cap. Matth.21.*

De eodem. [a] *Palea.*

ELiciens dominus vendentes & emendes de templo,ſignificauit quia mercator nunquam poteſt deo placere, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, proiiciatur de eccleſia, dicente propheta. Quia non cognoui negociationes,introibo in potentias domini.Quemadmodū enim qui ambulat inter duos inimicos, volēs ambobus placere,ſine alloquio mali eſſe nō poteſt:ſed neceſſe eſt vt iſti malè loquatur de illo,& illi malè de iſto:ſic mercator ſine mēdacio & periurio eſſe nō poteſt.Sed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe nō poteſt:neque ad bonum proficit quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum aut aliud tale cernas in cribro:dum huc & illuc iactatur,omnia grana paulatim deorſum cadunt,& tandē in cribro nihil remanet niſi ſtercus:ſic de ſubſtantia negociatorū nouiſſimè nil remanet niſi ſolū peccatū. Sed omnes vidētur eſſe mercatores. Oſtendā ergo quis nō eſt negociator,vt qui talis nō fuerit,eum intelligas eſſe negociatorem. Quicunque rem comparat non vt ita integram & im-

[a] deeſt in manuſcr. quidam tamen ait has paleas eſſe meliores granis. *Pſal.70.*

M.E.C.D. 2017

mutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi: ille non eſt negociator. Qui verò rem comparat vt integrā & immutatam vendendo lucretur: ille eſt mecator qui de tēplo dei eiicitur. Vnde ſuper omnes mercatores maledictus plus eſt vſurarius. ipſe nanq; rem datam à deo vendit, non comparatam vt mercator. poſt fœnus rem ſuam repetit, tollens aliena cum ſuis: mercator autem non repetit rem venditam. Dicit aliquis: qui agrum locat vt agrariam* accipiat, aut domum vt penſionem recipiat: nónne eſt ſimilis ei qui pecuniam dat ad vſuram? Abſit. Primò quidem, quoniā pecunia non eſt diſpoſita niſi ad emendum. Secundò, quoniā agrum habens arando accipit ex eo fructum: habens domum, vſum manſionis capit ex ea: & ideo qui locat domum vel agrum, ſuū vſum dare videtur, & quodammodo videtur mutare cum lucro lucrū. ex pecunia repoſita nullū vſum capis. Tertiò ager vel domus veteraſcit. Pecunia ſpiritualiter intelligūtur homines: quia ſicut nummus habet charagma Cæſaris, ita homo charagma dei: & ſicut nummus qui non habet charagma Cæſaris, reprobus eſt: ita homo qui non oſtendit imaginē dei. vnde Eſaias ad Hieruſalem: Caupones tui miſcent vinum cum aqua. Ideo ergo menſas nummulariorum euertit, ſignificans quia in templo dei non debent eſſe nūmi niſi ſpirituales, id eſt, qui dei imaginem non diaboli portāt. aut certè mēſas nummulariorū, id eſt ſacerdotum dicit ſcripturas. nouo enim teſtamento ſuccedente priori, euerſæ ſunt ſcripturæ illorum. ITEM Auguſt.

* GRANUM

Eſaiæ 1.

Matth. 21. b. Ioan. 2. c.

Auguſt. ad pſal. 70. verſu. Quoniam non cognoui.

Palea.

QVoniam non cognoui literaturam, aliqui codices habent negociationes: in quo diuerſitas interpretum ſenſum oſtendit, non errorem inducit. Si ergo iſte propter aſſiduam laudem dei dicit, quia non cognoui negociationes: non negocientur Chriſtiani. Sed ait ipſe negociator: Affero ex longinquo merces: mercedem laboris mei vnde viuam pero. dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. De mendacio & de periutio agitur: non de negocio. Ego enim mentior, non negocior. Nam poſſum dicere, tanto emi, ſed tanto vendam: ſi placet, eme. quomodo ergo reuocas me à negociatione? omnes artifices mentiuntur, ſutores, agricolæ. Vis vt optem cārum tempus, vt poſſim vendere annonam quam ſeruaui. ſed hoc non faciunt boni agricolæ (inquit) neq; illa boni negociatores. Eſt peccatū habere filios: quia quādo eis dolet caput, matres infideles quærunt eis ligaturas ſacrilegas, & incātationes. omnia iſta ſunt peccata hominū, non rerum. quæro ergo (ipſe dicit mihi negociator) quomodo Pſalmiſtā intelligas: & noli me prohibere à negociatione. negociatio enim me non facit malū: ſed iniquitas mea, & mendaciū meum. Quæramus ergo

M.E.C.D. 2017

ergo negociatores qui præsumunt gloriari ex suis operibus, si sunt cõtra illam gratiã, quàm hic Psalmista cõmendat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut cõtra medicos superbè pollicitantes salutẽ, vigilat hoc quod dictũ est: Tota die salutare tuum: sic contra negociatores operibus suis gloriantes vigilat hoc quod dictũ est: Os meũ annunciabit laudẽ tuam. Vnde & dominus eiecit eos de templo volentes suam iustitiã statuere: & ignorantes iustitiã dei. Meritò dictum est negociũ quia negat ocium quod malum est: neq; quærit verã quietem, quæ est deus. ITEM Cassiodorus in eodem Psalmo. *Psal. 70.* *Psal. 50.*

De eodem. *Palea.*

QVid est aliud negocium nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere? Negociatores verò illi abominabiles existimantur, qui iustitiam dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas plus periuriis onerando quàm preciis. tales eiecit dominus de templo, dicens: Nolite facere domum patris mei, domum negociationis. ITEM Cyprianus. *Cassio ad. Psal. 70. versu Quoniam non cognoui.* *Ioan. 2. b.* *Cypria. epist. 9. lib. 1. ad Furnitenses.*

Nomine sacerdotis careat, qui dei ministros suis euocat officiis. 10

NEque apud altare dei merentur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros volunt auocare, & ideo Victor cùm contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, Geminum Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere: ob dormitionem eius apud vos non fiat oblatio: neque aliqua deprecatio pro nomine eius frequẽtetur in ecclesia. vt sacerdotum decretum religiosè aut necessariè factum obseruetur à nobis. *2. Pars.*

VERSVS.

Hunc puto prodesse qui nouit iure præesse.

EPISCOPI NVLLI DVO OFFICIA TRADANT, NEC SECVLARIBVS ECCLESIASTICA. DISTINCT. LXXXIX.

„ DOmui quoque suæ oportet episcopum esse bene præ-
„ positum: vt quædam inde quodãmodo futuræ dispen-
„ sationis argumenta sumantur. In dispositione verò
„ ecclesiæ hanc regulam abseruandam nouerit, vt nulli quan-
„ tumlibet exercitatæ personæ duo simul officia committat:
„ neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas com-
„ mittat. VNDE Gregor. scribit omnibus episcopis. *1. Tim. 3. a.* GRATIAN.

Vni personæ duo non committantur officia. 1

SIngula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusq; personis singillatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesiæ corpore multa mẽbra sunt secũdum veridicam Pauli sententiam, in vno eodemque spirituali *Roma. 12.*

M.E.C.D. 2017

corpore conferendum est hoc officium vni: alij committendum est illud. neq; enim quantumlibet exercitatæ vni personæ vno tempore duarum rerũ officia cõmittenda sunt: quia si totum corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat, & pulchritudinẽ repræsentat, ita varietas personarũ per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem & venustatem sanctæ ecclesię dei manifestat. Et sicut indecorũ est in corpore humano vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium simulque turpissimum est si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

Greg. epist. 66. lib. 9. 2. Pars.

ITEM Gregorius Anthemio subdiacono.

Quilibet episcopus vicedominum & œconomum habeat. 2

VOlumus vt frater noster Paschasius & vicedominum sibi & maiorem ordinet domus: quatenus possit vel hospitibus superuenientibus, vel causis quæ eueniunt, idoneus & paratus existere. Si verò negligentem eum perspicis: vel ea quæ dicimus implere differentem: omnis clerus eius abhiberi debet: vt communi consilio episcopi eligantur quorum personæ ad ea quæ prædiximus valeant ordinari.

GRATIAN. Hinc colligi potest archidiaconi electionem á cuncto clero si episcopus negligens vel differens fuerit, canonicè fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum disponere. ,, ,, ,, ,,

Grego. epist. 11. lib. 1.

VNDE Gregorius Clementinæ patriciæ post alia.

Quod sit officium vicedomini. 3

DIaconum verò Anatolium quem ad vos dirigi popposcistis, hoc nos facere non posse, causæ magis modus quàm rigoris auctoritas facit. vicedominum enim eum constituimus: cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum.

Cap. 26.

ITEM ex conci. Chalcedonensi.

De eodem. 4

QVia in quibusdam ecclesiis (sicut ad nos peruenit) sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit omnes ecclesias habentes episcopos etiam œconomos habere de proprio clero qui gubernẽt res ecclesiæ cum arbitrio sui episcopi: vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum: neque ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiæ dispergi: & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. si verò quis hoc non obseruauerit: diuinis subiacebit regulis.

Epist. 66. li. 7. ad Ianuarium Caralitanum.

ITEM Gregorius Ioanni Carolitano episcopo.

Secularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. 5

INdicatum est nobis quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis: qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus atque fatigationibus fuerint deprehensi. Quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit: atque

M.E.C.D. 2017

atque inter eos ecclesiæq; vestræ rusticos causam examinare subtilius: & quicquid fraudis inuentum fuerit, cum pœna legibus statuta reddere compellantur. De cætero verò cauendum est à fraternitate vestra ne secularibus viris, atque sub regula vestra non degentibus, cuiuslibet res ecclesiæ cõmittantur, sed probatis de officio vestro clericis: in quibus si quid reperiri poterit prauitatis, vt in subditis emendare quod illicitè gestum fuerit valeatis: quo videlicet apud vos habitus sui officij magis conucnienter administrent quàm accusent.

» Propinquis etiam vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica 3. pars.
» officia episcopus committere non audeat. VNDE in To- GRATIA.
» letano concilio. x. legitur. cap. iij.

Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis. 6

DEcenter omnibus placet in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Quicunque igitur pontificum deinceps aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscunque sibi [a]coniunctis talia lucra *commen-dare[b] tentauerit ‖ad suũ[c]‖ nefandę præsumptionis ‖excidiũ‖: & quod iussum fuerit, reuocetur in irritum: & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi subiaceat. quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulerit reddantur in duplum.

a deuinctis
* *loca*
b commodare
c ausu

» Porrò ipsa officia quare sint ita distinguenda, & non vni GRATIA.
» personæ omnia committenda: ex auctoritate †Gregorij & †Grego. epi. 52. siue ca. 96. lib. 4. ad episcopos Galliarum.
» Bonificij papæ datur intelligi, qui ait. Bonifac. pa. 2. epis. Eulalio scribens.

Graduum & ordinum distributio ecclesiasticã vnitatem conseruat. 7

AD hoc dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerẽtiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionẽ impenderent: vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio: & rectè officiorũ gereretur administratio singulorum. neq; enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret, quia verò quæq; creatura in vna eademq; qualitate gubernari vel viuere non potest: cœlestium militiarum exẽplar nos instruit: quia dum sunt angeli, & sunt archangeli: liquet quia non sunt æquales: sed in potestate & ordine (sicut nostis) differunt alter ab altero.

VERSVS.

Sit pius & mitis fugiendo iurgia litis.

EPISCOPI NON SINT LITIGIOSI, ET DISCORDES CONCORDENT.

DISTINCTIO XC.

» LItigiosus quoq; prohibetur ordinari: quia qui sua pote- GRATIAN.
» state discordantes ad concordiã debet attrahere: qui ob-
» lationes dissidentium prohibetur recipere: nequaquam

M.E.C.D. 2017

litigandi facilitate alios ad diſſidium debet prouocare.

Cap. 55 VNDE in concilio Carthaginenſi. iiij. legitur.

Clerici diſcordes deiiciantur, vel reuocentur ad concordiam. 1

DIſcordantes clericos epiſcopus, vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat: Inobedientes ſynodus per audientiam damnet.

Ex eodem conci. ITEM ex eodem.

Cart. 4. ca. 93. *Diſſidentium fratrum, in eccleſia oblationum dona non recipiantur.* 2

OBlationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario neque in gazophylacio recipiantur: ſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt, à ſacerdotibus refutanda ſunt.

Tracta. 3. de ſimplicitate prælatorum. ITEM Cyprianus.

Extra eccleſiam eſſe probatur, qui pacem cum proximo non habet. 3

Gene. 4. c. NEque ad Cain neque ad munera eius reſpexit deus, neque enim habere placatum deum poterat, qui cum fratre non pacem, ſed zeli diſcordiã habebat. quam ſibi igitur pacẽ promittunt inimici fratrũ? quæ ſacrificia ſe celebrare credũt æmuli ſacerdotum? ſecum eſſe Chriſtum cùm collecti fuerint, opinantur hi qui extra eccleſiam Chriſti colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in cõfeſſione nominis Chriſti fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur. inexpiabilis enim & grauis culpa diſcordiæ neque paſſione purgatur. ITEM ex. viij. ſynodo.

Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. 4

ALienus ſit à fratrum vnitate qui murmurat: & opus eius abiiciatur qui murmurans extiterit: ne pœnam murmurantium incurrat; de qua Apoſtolus ſcribit: neq; enim murmuraueritis ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore: iuxta menſuram itaque operis peccator (quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declaratur) ſacerdotis iudicio pœniteat. ITEM ex eodem.

1. Cor. 10. b.

Corripiantur qui rixas & contentiones amant. 5

SI quis monachus contentiones vel rixas amauerit, vel manifeſtum conuitium fratri intulerit: iuxta arbitrium rectoris, modumq; peccati, diuturna expietur pœnitentia. Item qui contentioſus aut murmurans extiterit: ſecundũ arbitrium prioris tam diu pœniteat quàm diu culpæ qualitas extat.

Cap. 26. eiuſdẽ continuo. ITEM ex concilio Carthagiñ. iiij. cap. 25.

Diſſidentes epiſcopi ad concordiam redire cogantur. 6

DIſſidentes epiſcopos ſi non timor dei, ſynodus recõciliet.

ITEM ex eodem.

De eodem. 7

STudendum eſt epiſcopis vt diſſidentes fratres ſiue clericos ſiue laicos ad pacem magis quàm ad iudicium coerceant.

ITEM ex eodem cap. 94.

Non recipiantur dona eorum qui pauperes opprimunt. 8

EOrum qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus ſunt refutan-

M.E.C.D. 2017

refutanda. ITEM ex concilio Agathensi, cap.xxxj.

A cœtu alienentur fidelium qui ad concordiam redire contemnunt. 9

PLacuit etiam vt (sicut plerunque fit) quicunq; odio aut lõginqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocati diuturna obstinatione nequiuerint : à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur:qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint,de ecclesię cœtu iustissima excommunicatione pellantur. ITEM Fabianus papa.

Inediis maceretur acerrimis qui fratri suo reconciliari non vult. 10

SI quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo , satisfaciente eo qui contristauit, acerrimis maceretur inediis vsq; dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

ITEM Innocentius secundus.

Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi concilium & auxilium præstent. 11

PRæcipimus enim vt episcopi ad solum deum & salutẽ populi habẽtes respectum, omni tepiditate sepositа ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium & auxiliũ impendant:neque hoc alicuius amore vel odio prætermittãt. Quòd si quis in hoc dei opere tepidus inuentus fuerit:dammum propriæ dignitatis incurrat. ITEM Victor papa. 2. pars. *Epist. 2. ad Ajros*

Expellendi sunt à communione fidelium qui sibi inuicem reconciliari noluerint. 12

PErlatum est ad sedem apostolicam aliquos vestrum nocere fratribus velle:& vt cadant,decertare:similiter in sacramentis discrepare: & ob id contentiones & æmulationes fieri inter vos: à quibus dissensionibus vos auertere,& in his omnibus concordare , & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis , & vicissim reconciliari non studueritis : ab apostolicæ sedis & totius ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis.

VERSVS.

Arte petat victum cui res non est & amictum.

ECCLESIASTICI ITA LABORENT, VT CVLTVM DIVINVM NON DESERANT.

DISTINCTIO XCI.

» QVi autem turpi lucro vel inhonesto negocio victum sibi quærere prohibetur, de oblationibus ecclesiæ stipendia consequatur. Quòd si ecclesia ei sufficere non potuerit:proprio artificio vel agricultura (exemplo Apostoli, qui de labore manuum viuebat) sibi necessaria inueniat : ita tamen,vt occasione sui operis, ecclesiæ vigiliis nõ desit:quod absque inæqualitate sui corporis nulli impunè conceditur. GRATIAN.

» VNDE Pelagius papa.

M.E.C.D. 2017

Corripiantur clerici qui officiis matutinis vel vespertinis se subtrahunt. 1

ELeutherius frater & coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbire: & id quod nobis iubẽtibus facta in scrinio cautione promisit, vt quotidianis diebus vigiliæ in eius celebrarẽtur ecclesia, illis contemnentibus implere non posse: sed magis vnumquemq; suis (postposito ecclesiæ seruitio) vacare negociis. Et ideo experientia tua eos quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione compesce: & modis omnibus vigiliis vacare compelle.

ITEM ex concilio Ananethensi.

De eodem. [a] *Palea.*

a deest in meo manuscrip.

PResbyter mane matutinali officio expleto: pensum seruitutis suæ canendo, primam, tertiam, sextam, nonam, vesperamq; persoluat: ita tamen, vt horis competentibus & signis designantibus iuxta possibilitatẽ aut à se aut à scholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit ad opus rurale exeat ieiunus: vt iterum necessitatibus peregrinorum & hospitum, siue diuersorum cõmeantium, infirmorum quoque atque defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horam, pro qualitate temporis & opportunitatis,

Psal. 118. Item ex dictis sancti Benedicti, propheta dicẽte: Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus à nobis sic impletur, si matutini, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperi, completorij tempore nostræ seruitutis officia persoluamus:

Psal. 118. quia de his dixit propheta: Septies in die laudẽ dixi tibi. nam de nocturnis vigiliis ipse idem propheta ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi &c. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ.

Cap. 52. *conc.* VNDE in Carthaginensi concilio legitur.

Cartha. 4. *Sine officij detrimento, artificiolo sibi clericus necessaria quærat.* 2

Cap. 49. *eiusdem.* CLericus victum & vestitum sibi artificiolo vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimẽto parat. clericus enim qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio priuatus excommunicetur. ITEM ex eodem.

De eodem. 3

Cap. 51. *eiusdẽ. ca.* 53. *eiusdem concil. Cartha.* 48. *cap.* 50. CLericus quilibet verbo dei eruditus, artificiolo victum quærat. Item omnes clerici qui ad operãdum validi sunt: & artificiola & literas discant. Qui verò non pro emendo aliquid in nundinis vel foro deambulant: ab officio suo degradentur. †[b] ‖Interemptores‖ autem ab officio declinãtes, vel negligentius agentes, ab officio remoueantur.

† *tentationes.* b Interẽptiones

Cap. 30. *conci. Aure. prt.* ITEM ex concilio Aurelianen.

De eodem. 4

CLerici verò qui ad opus sanctum adesse contempserint: secundum

M.E.C.D. 2017

secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

ECCLESIASTICI QVOMODO, ET QVID CANTARE DEBEANT.

DISTINCTIO XCII.

CVm autem ad ecclesiam venerint, corde magis quàm voce Deo cantandum meminerint. GRATIA.

ITEM Hieron. in epistola ad Ephesios. *Ephes. 5. ad ea.*

Corde, non voce, deum laudare debemus. 25. *epi. ad Ephe.* 2

CAntantes & psallentes in cordibus vestris domino. Audiant hæc adolescentuli, audiant hi quibus in ecclesia est psallendi officium: deo non voce, sed corde cantandum, nec in Tragœdorũ modũ guttur & fauces dulci medicamine colliniendas, *vt in ecclesia theatrales moduli audiãtur & cantica. *al. liniendæ sunt.*

,, Ab officio autem cantandi & psallendi diaconi inueniun- GRATIA.
,, tur exempti: ne dum vocis modulationi studeant, altaris mini- *Epist. 44. seu*
,, steria negligant. VNDE Gregorius. *cap. 88. lib. 4.* 2

Cantandi officium diaconi sibi non vsurpent.

IN sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium constituti cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis officium, & eleemosynarum studia vacare congruebat. vnde fit plærunque vt in sacro ministerio dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur: & cantor minister deum moribus stimulet, cùm populum vocibus delectat. Qua de re præsenti decreto constituo vt in hac sede sancti altaris ministri cantare non debeant: solumq; euangelicæ lectionis officium inter missarum solennia exsoluant: psalmos verò ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel (si necessitas exigit) per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerint: anathema sit.

,, A quibus ordinandos oporteat esse immunes, breuiter 2. *pars.*
,, monstratum est: de quorum verò manibus suos ordines susci- GRATIA.
,, pere debeant, facilè patet. sacerdos enim & cuncti infra ipsum
,, constituti ab episcopis debent ordinari.

,, VNDE in concil. Martini pa. legitur. *Ca. 45. li. Mar-*

Qui non sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallãt neq; legãt. 3 *tini Brach. ex*

NOn liceat in pulpito psallere aut legere nisi qui ab episcopo sunt ordinati lectores. De episcopis autem à quibus vel in quibus locis ordinari debeant, suprà diffinitum est. Nunc autem quæritur de his qui ordinati à parœcia sua non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parœcia episcopale possint officium celebrare. 3. *pars.*

DE his in concil. Martini papæ sic statutum est. *cap. 10. eiusdẽ lib. Marti.*

Sacerdo-

M.E.C.D. 2017

Sacerdotis officium gerat episcopus, quem sua parœcia non recipit. 4

SI quis ordinatus episcopus ad parœciam cuius est electus, pro contentione populi aut pro aliqua ratione non pro sua culpa in parœcia quæ ei fuerit data non ierit, hunc honorem oportet sacerdotij tantummodo contingere: ita vt de rebus ecclesiæ in quam venit, nihil præsumat: sustineat autem quid de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

Cap. 18. IDEM ex concil. Antiocheno.

De episcopo ordinato quem sua parœcia non recipit. 5

SI quis episcopus ordinatus ad parœciam cuius est electus, minimè accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus vetet, aut propter aliam causam, non tamen eius vitio perpetratam: hic & honoris sit & ministerij particeps, dummodo rebus ecclesię vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat, quem etiam obseruare conuenit, quicquid synodus prouinciæ perfectè iudicando decreuerit.

Cap. 17. ITEM ex concilio Ancyritano.

A sua parœcia non recepti, aliis molestiam non inferant. 6

SI qui episcopi ordinati sunt, neq; recepti ab illa parœcia in qua fuerant denominati, voluerintq; alias occupare parœcias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando: eos abiici placuit. Quòd si voluerint in presbyterij ordine (vbi prius fuerãt) vt presbyteri residere, non abiiciãtur à propria dignitate. si autẽ seditiones cõmouerint ibidem cõstitutis episcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur: fiantq; dãnatione notabiles. Cap. 17. ITEM ex conci. Antiocheno.

Communione priuetur episcopus, qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit. 7

SI quis episcopus per manus impositionẽ episcopatum acceperit, & sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad ecclesiam sibi cõmissam, hunc oportet communione priuari donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum. Cap. 16. *eiusdem.* ITEM ex eodem.

Sine concilio integri ordinis vacantem episcopus ecclesiam non adeat. 8

SI quis episcopus vacans in ecclesiam non habẽtem episcopum surripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiã si populus quem seduxit, desideret illum, alienũ tamẽ eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autẽ & perfectũ concilium dicimus illud cui Metropolitanus episcopus interfuit. 4. *pars.*

Quòd autem suprà clerici se vigiliis subtrahentes excommunicari iubentur: de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti, negligentiam suam corrigere contemnunt. Cap. 64. *lib. Martini Bracharen. ex synodis Græcorum.* VNDE in concilio Martini papæ legitur. »

Excommu-

M.E.C.D. 2017

Excommunicetur clericus qui ab episcopo commonitus matutinis vel vespertinis horis adesse neglexerit. 9

SI quis presbyter aut diaconus vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus in quolibet loco fuerit in quo ecclesia est, & ad quotidianum psallendi officium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit: deponatur à clero, si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

SVMMO PONTIFICI OMNES OBEDIANT, ET SVPERIORIB. INFERIORES.

DISTINCTIO XCIII.

» OBedientiam autem inferiores ex ordine superioribus debent. summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit, nec in ecclesia esse poterit qui eius cathedram deserit. GRATIA.

» VNDE beatus Petrus princeps apostolorum in ordinatione Clementis populum alloquens inter cætera ait. *Clemens epist. ad Iacobum fratrem domini.*

Cui pro actibus suis pravis apostolicus inimicatur, ei communicare non debemus. 1

SI inimicus est iste Clemẽs alicui pro actibus suis prauis: vos nolite expectare vt ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione* obsecundare: & auertere vos ab eo cui ipsum sentitis aduersum: neq; loqui his quibus ipse nõ loquitur. Vnde vnusquisq; qui in culpa est, dum cupit omniũ vestrum amicitias habere: festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest: & per hoc redeat ad salutẽ, cùm obedire cœperit monitis præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his quibus ipse nõ loquitur, vnus est ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt: & quum corpore videatur esse nobiscum, mente tamẽ & animo cõtra nos est: & est multo nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, & ecclesiam dispergit & vastat. Ideoq; huiusmodi apostolicis institutis vos monentes instruimus, vt effecta certior charitas vestra solicitius deinceps agere studeat & cautius, ne peruersi & infideles homines lædendi fideles & beneuolos habeant facultatem. *Communicatione.

ITEM Gregorius.

A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia. 2

MIratus valde sum, quia in tanto Salonitanæ ecclesiæ clero & populo vix duo in sacris ordinibus inuenti fuerũt, frater scilicet & coepiscopus meus Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiæ, qui cõmunicare Maximo sacerdotiũ rapienti minimè consentirent, & se

M.E.C.D. 2017

& se Christianos esse cognoscerent. debuistis enim filij charissimi pensare ordines vestros, & quem sedes apostolica repellebat, repulsum cognoscere vt prius (si posset) ab illatis criminibus mundaretur: & tunc ei vestra dilectio cõmunicaretur, ne particeps obligationis existeret. ITEM Cyprian.

Epist. 9. lib. 4.

Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur. 3

QVi cathedram Petri (supra quam fundata est ecclesia) deserit: in ecclesia se esse non confidat.

GRATIAN. Episcopi verò qui apostolicæ ordinationi subiacent, etiam hanc ei reuerentiam debent, vt singulis annis apostolorum liminibus sese repræsentent. ,,

VNDE Anacletus & Zacharias papa. ,,

Singulis annis apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus apostolicis subiacent. 4

IVxta sanctorum patrum & canonum institutа omnes episcopi qui huius apostolicæ sedis ordinationi subiacent, & qui propinqui sunt annuæ circa idus Maij sanctorum principum Petri & Pauli liminibus præsententur omni occasione sepposita. Qui verò de longinquo sunt, iuxta chirographum suum impleant. Qui autem huiusmodi constitutionis contemptor extiterit (præterquam si ægritudine fuerit detentus) sciat se canonicis subiacere sententiis.

2. pars.

GRATIA. Reliqui verò in ecclesia minores semper debent maioribus subesse, sicut in synodo sancti Siluestri legitur. ,, ,,

Cap. 7. synodi Romanæ sub Siluestro.

Minores maioribus obedientiam exhibeant. 5

ASubdiacono vsq; ad lectores omnes subditi sint diacono cardinali viro reuerendissimo in ecclesia repræsentantes ei honorem. Porrò pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolytus, acolyto exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbati monachus in omni loco repræsentet obsequiũ, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ. ITEM ex epistola Clementis papæ.

Epi. 1. ad Iacobum fratrem domini.

Quod sit officium diaconorum. 6

DIaconi ecclesiæ sint tanquam oculi episcopi oberrãtes & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiæ, perscrutantes diligentius si quem videant fieri vicinũ præcipitio, & proximum esse peccato: vt referant hoc ad episcopũ, & ita episcopo suggerere quæ ad cultum ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis cura sit. ITEM in eodem.

Idem cle. in eadem epi.

De eodem. 7

SAcerdotes verò dicebat beatus Petrus sal terræ, & mundi lumen, docens eos in splendore bonorum operum glorificare deum patrem: de quibus ait dominus: Beati estis cùm maledixerint vobis homines: & reliqua. & iterum: Vos estis sal terræ. ITEM ex concilio Parisien.

Matth. 5. b.

Ibidem.

Ibidem. cap. 10.

Hi non

M.E.C.D. 2017

Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali prouidentia non gubernantur. 8 Ex mag. Iuo.

NVlla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina & prouidentia gubernantur. tales enim ἀκεφάλους, id est, sine capite prisca ecclesiæ consuetudo nuncupauit. ITEM. Iuo.

De eodem. 9

QVi suis episcopis non obediunt, indubitanter reprobi & rei existunt. Porrò ipsi à deo donum summi muneris cõsequuntur qui suis doctoribus (qui rectè episcopi intelliguntur) libenter obediunt. ITEM Anacletus. *Epist. 1. ad omnes epis.*

Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt episcopo. 10

ILle proculdubio scandalizatur in deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem.

ITEM Euaristus omnibus episcopis. *Epi. 1. ad epis.*

Septem esse debent diaconi in vnaquaque ciuitate. 11 *Aphricanos.*

DIaconi qui quasi oculi videntur esse episcopi, in vnaquaq; ciuitate septem debent esse: qui custodiant episcopũ prædicantem, ne ipse episcopus ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis, aut verba diuina detrahendo, aut insidiando polluantur vel despiciantur: sed veritas spirituali redoleat feruore: & pax prædicata labiis, cum voluntate animi concordet. ITEM ex concilio Neocesarien. *Cap. 14.*

De eodem. 12

DIaconi septem debent esse secundum regulam, quamuis non magna sit ciuitas. Regulæ autem auctoritas est ista, quòd & liber actuum apostolorum idem insinuat.

" Vt igitur ex præmissis apparet auctoritatibus, diaconi de- *3. pars.*
" bent obedientiam presbyteris, sicut presbyteri episcopis: sed GRATIA.
" diaconi superbientes sacerdotibus exæquari vel potius præ-
" ferri quærebant: contra quorum insolentiam multorũ aucto-
" ritates emanauerunt eorum supercilium reprimẽtes: atque vt
" sacerdotibus condignam obedientiã exhibeant decernentes.
" VNDE Pelagius papa ait.

Nihil eorum quæ sunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. 13 *Gela. pa. 1. epi. ad episcopos per Lucaniã cap. 9.*

DIaconos propriam constituimus obseruare mẽsuram: neque vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: & nihil horum in suo ministerio penitus applicare quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus fortassis iongius cõstitutis necessitas extrema compellat: quod etiam laicis Christianis facere plerunque conceditur. Sacri corporis erogationem sub cõspectu episcopi seu presbyteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi. ITEM in Niceno concilio legitur. *Cap. 10. einsdẽ.*

Inferio-

M.E.C.D. 2017

Inferiores presbyteris se diaconi cognoscant. 14

Cap. 14. & 18. PEruenit ad sanctum cõcilium quòd in locis quibusdam & ciuitatibus presbyteris sacramenta diaconi porrigant. hoc neque regula neq; consuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiã ante episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur & excidantur, & in sua diaconi mensura permaneant: scientes quòd quia episcoporũ ministri sunt, inferiores à presbyteris habentur. per ordinem ergo post presbyteros sacræ gratiam communionis accipiant, aut episcopo aut presbytero porrigente eis. Sed nec sedere in medio presbyterorum diacono liceat: quia si fiat hoc, præter regulam probatur existere. Si quis autem post has diffinitiones obedire noluerit, à ministerio cessare debebit. ITEM ex concilio Laodicensi.

Cap. 20. *Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur.* 15

NOn oportet diaconum coram presbytero sedere: sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem diaconus honorem habeat à sequentibus, id est à subdiaconis & ab omnibus

Cap. 25. eiusdem. clericis. ITEM ex eodem.

Calicem benedicere, & panem dare diacono non licet. 16

NOn oportet diaconos panẽ dare, nec calicem benedicere.

Cap. 37. ITEM ex concilio Carthaginensi. iiij. cui papa Zozimus interfuit per vicarios.

Sicut episcopis, ita & presbytetis diaconi ministrent. 17

DIaconi ita se presbyteri sicut episcopi ministros esse cognoscant. ITEM ex eodem.

Cap. 38. eiusdẽ conc. Carth. 4. *De eodem.* 18

PRæsente presbytero diaconus eucharistiam corporis Christi populo (si necessitas cogit) iussus eroget.

Cap. 39. eiusdẽ ITEM ex eodem.

ca. 40. eiusdem. *De eodem.* 19

DIaconus sedeat iubente presbytero in quolibet loco. Itẽ diaconus in cõuentu presbyterorum interrogatus loquatur. alba verò tantum tempore oblationis & lectionis vtatur.

Cap. 38. ITEM ex concilio Toleta. iiij.

Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant. 20

NOnnulli diaconi in tantam prorumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro & ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. ergo vt sublimiores se presbyteros agnoscant, tam illi quàm hi in vtroque ordine consistant.

3. pars. GRATIA. Compagis verò calciari absq; apostolica licentia diaconis non permittitur: sicut nec mappulis vti absque eius auctoritate

M.E.C.D. 2017

" tate quibuslibet clericis conceditur.

VNDE Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. *Epist. 38. lib. 7*

Absque apostolica licentia diaconi cõpagis vti non præsumant. 21

PEruenit ad nos quòd diaconus ecclesiæ Catien. calciatus cõpagis procedere præsumpsisset, quod quia hactenus nulli per totam Siciliam licuit nisi tantùmodo diaconis Messanẽsis ecclesiæ, quibus olim à prędecessoribus nostris nõ dubitatur esse cõcessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus leuiter non est attendendus: * cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat, vt an per se, vel alicuius hoc auctoritate prędsumpserit, nobis subtiliter innotescat. Nã si negligenter ea quæ malè vsurpantur omittimus, excessus viam alijs aperimus. * attentandum.

ITEM Io. Rauennati episcopo. *Greg. epi. 93. lib. 2.*

Mappulis clerici sine apostolica licentia vti non debent. 22

ILlud autem quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris clericis fortiter est obuiatum, dicẽtibus nulli hoc vnquam alij cuilibet concessum fuisse ecclesiæ: nec Rauennates clericos vel illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse: nec si tentatũ esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari: sed etiam si in aliqua ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emẽdandum, quod non concessione Rom. ponti. sed sola vsurpatione vel surreptione præsumitur.

ITEM Hieronymus ad Rusticum episcopum Narboñ. *Hiero. de septem ordinibus eccles.*

Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non viuat. 23

DIaconi sunt quos in Apocalypsi legimus, septem angeli ecclesiarum, hi sunt septem cãdelabra aurea. hi sunt voces tonitruorum virtutum operatione præclari, humilitate prædiri, quieti, humiles, euãgelizantes pacẽ, annunciantes bona, dissensiones & rixas & scandala resecantes: docentes: soli deo colloquentes in tẽplo, nihil penitus de mundo cogitantes: dicentes patri & matri, Non noui vos: & filios suos nõ agnoscẽtes. Sine his sacerdos nomen non habet, ortũ non habet, officiũ non habet. hic minister dei dicitur: quia scriptũ est: Maior est qui ministrat, quàm cui ministratur. & sicut est in sacerdote ministratio, * ita in ministro sacramenti dispensatio. Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensa domini calicem tollere, nisi eis traditus fuerit à diaconis. ita enim dominus noster omnipotens vniuersa disposuit, vt qui maiorem se esse crediderit, minor esset: & qui minor videretur, maior existeret. Denique quàm hoc verum sit, tuipse perpende. leuitæ componunt mensam domini: leuitæ sacerdotibus cum sacramenta benedicunt, assistunt, leuitæ ante sacerdotes orãt: vt si distinctio locorum creditur in mundo, etiã in *5. pars. Apoc. 1. b.* * *al. consecratio.* *Mar. 10. g*

M.E.C.D. 2017

altari dei videant ſibi epiſcopi qui ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. ſi humilitatem diligunt,&*diaconi maiores ſe eſſe in eo quòd ſunt humiles recognoſcant. tunc demum vt aures habeamus ad deum,diaconus acclamat,ipſe prædicat,ipſe hortatur,ipſe etiam commonet aſtãtibus ſacerdotibus,ne leuiter hanc vocem qua loquitur hæc, & pacem annunciat, audiant, aut negligenter aſpiciant. Sufficit huic ordini tantũ fuiſſe per deum conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo dei totum agere & implere videatur. & infrà. Nunc autem ex quo in eccleſijs,ſicut in Romano imperio creuit auaritia: periit lex de ſacerdote, & viſio de propheta. Singuli quique per potẽtiam epiſcopalis nominis quam ſibi ipſi illicitè abſq; eccleſia vendicauerunt: totum quod leuitarum eſt,in ſuos vſus redigunt: nec hoc ſolum quod ſibi aſſcriptum eſt vendicant,ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infœlix in plateis clericus:& ſeruili operi mancipatus,publicam à quolibet poſcit eleemoſynam:*qui ex eo magis deſpicitur à cũctis,quo miſer & deſolatus iuſtè putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. Solus epiſcopus incubat bonis, ſolus vtitur miniſterio, ſolus vniuerſa ſibi vendicat,ſolus partes inuadit alienas,ſolus occidit vniuerſos. Hinc propter auaritiam ſacerdotum ſæpe odia conſurgũt: hinc epiſcopi accuſantur à clericis:hinc principum lites, hinc detractionis* cauſa,hinc origo fit criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc mundo viſibili aliquid poſſidere iubetur,vt ſua tantum poſſeſſione ſit contentus: ac res non inuadat alienas: non agrum pauperi tollat,non vineam, non ſubiectorum aliquod,non famulos,non fructum, quanto magis qui eccleſiæ dei præeſt,debet ita ſeruare in omnibus iuſtitiam, vt ſolum ſibi vendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit, aliena non rapiat,aliena non contingat,æqualem ſe cæteris faciat:& ſicut ſine his in miniſterio non viuit,ita in diſpenſatione non viuat. Certè(vt ipſe noſti) qui viſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum,accuſatur à paupere, damnatur à iudice: ita & in eccleſia dei dum quiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad dominum,& exauditur à Chriſto, nec differtur vltionis ſententia,ſi non reddantur vniuerſa. Moderatio enim dei ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit:ac nos cupit longa bonitate ſua ſaluari. Si non conuertimur, ſi duri colli ſumus: ſi in peccatis vſque ad mortem illicitè perduramus: aſſiduè peccantium non miſeretur deus.

in edit. Hieron. apud Frobenium non habetur hoc loco, et diaconi.

Ezec.7.g

** alimoniam.*

** al. deſolationeanſæ.*

Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas ſiue officium cõmendatur. Sed quia(vt ſuprà dictum eſt) diaconi inſoleſcentes etiam presbyteris se præferendos arbitrati ſunt: contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagtium epiſcopum.

6. pars. GRATIANI

Hieron.to.2.

M.E.C.D. 2017

Diaconi presbyteris debent subesse. 24

LEgimus in Esaia: Fatuus fatua loquitur. Audio quendam in tantam erupisse vecordiam: vt diaconos presbyteris, id est episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicuè doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos: quid patitur mensarum & viduarum minister, vt supra eos tumidus se efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi testimonium. Paulus & Timotheus serui Christi Iesu, omnibus sanctis qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis. Vis & aliud exemplum? In Actibus apostolorum, ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos fratres spiritussanctus posuit episcopos, vt regatis ecclesiã dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiosè in vna ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audiat & aliud testimonium, in quo manifestissimè comprobatur eundem esse episcopum atque presbyterum: Propter hoc reliqui te in Creta, vt quæ deerant corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut ego tibi mandaui: si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi dei dispensatorem. Et ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ tibi data est * per prophetiã, & per impositionem manuum presbyterij. Sed & Petrus in prima epistola: Presbyteros, inquit, qui in vobis sunt, precor ego compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ quæ reuelanda est gloriæ particeps, regite gregem Christi, & inspicite non ex necessitate, sed voluntariè iuxta deum. Quod quidem Græcè significantius dicitur, ἐπισκοποῦντες, id est superintendentes: vnde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quem Iesus plurimum amauit, qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit: Presbyter, Electe domine, & filijs eius: quos ego in veritate diligo. Et in alia epistola: Presbyter Caio charissimo, quem ego in veritate diligo. Quòd autem postea vnus electus est qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexander à Marco euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium episcopos presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus sibi imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se quem industrium nouerint, & archidiaconum nuncupent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera

Esa. 2.b

Philip. 1.a

Act. 20.f

Ad Tit. 1.b.

1. Tim. 4. b

** al. quæ tibi data est prophetiæ.*

1. Pet. 5. b

Mat. 3. b

2. Ioan. a

3. Ioan. 5. a

M.E.C.D. 2017

Romanæ vrbis ecclesia,altera totius orbis existimãda est. Et Galliæ,& Britanniæ,& Africa,& Persis, & Oriens, & India, & omnes Barbarę nationes vnum Christũ adorant, vnam obseruant regulã veritatis. Si auctoritas quęritur, orbis maior est vrbe. Vbicunque fuerit episcopus,siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli,siue Rhegij,siue Alexandriæ,siue Thebis,*siue Guarmatiæ:*eiusdem meriti, eiusdẽ est & sacerdotij. Potẽtia diuitiarũ,& paupertatis humilitas, vel sublimiorẽ vel inferiorem episcopũ non facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt. Sed dices: quomodo Romæ ad testimoniũ diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers vni" vrbis cõsuetudinem? Quid paucitatẽ de qua ortũ est supercilium,in leges ecclesiæ vendicas? Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diaconos paucitas honorabiles,presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiã in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi:licet paulatim increbrescẽtibus vitiis inter presbyteros absente episcopo diaconos sedere videamus,& in domesticis conuiuijs benedictionem coram* presbyteris dare. Discãt qui hoc faciũt,non se rectè facere: & audiãt Apostolos:Non est dignũ vt nos relinquentes verbum dei, ministremus mensis. Sciant diaconi quare constituti sunt. Legãt acta apostolorũ,& recordẽtur cõditionis suæ. Presbyter & episcopus,aliud ætatis,aliud dignitatis est nomen: Vnde & ad Titũ & ad Timotheũ de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur:quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur,de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus,vt presbytero*maior cõprobetur,in quem concrescit ex paruo, aut si ex diacono ordinatur presbyter,nouerit se laicis maiorem sacerdotibus esse minorem. ITEM Cyprianus.

*al.thanis.
*al. non habetur, siue Guarmatiæ.
*al. non habetur coram.
Act.6.a
*aliàs,vt presbyter minor diacono comprobetur.

De eodem. 25

Epi.9.li.3.ad Roguianum.

DOminus noster Iesus Christus rex & iudex & deus noster vsque ad passionis diem seruauit honorem põtificibus & sacerdotibus: quanuis illi nec timorem dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cùm leprosum mundasset, dixit illi: Matt.8.a Vade & ostende te sacerdotibus:& offer donum:humilitatem nos Christus humilis docuit:sacerdotẽ adhuc appellãs quem sciebat esse sacrilegum. Item subditus passioni cùm alapam accepisset,& ei diceretur: Sic respondes põtifici? nihil illi contumeliosè locutus est in personam pontificis: sed sic magis innocentiam suam tutatus est dicens: Si malè locutus sum,exprobra de malo:si autem bene,quid me cædis? Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atq; patienter, vt nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum.docuit enim Ioan.18 sacer-

M.E.C.D. 2017

sacerdotes veros legitimè & plenè honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent quoniam apostolos, id est episcopos & presbyteros dominus elegit: diaconos autem post ascensum domini in cælum Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui & ecclesiæ ministros. quod si nos aliquid audere cõtra deum possumus, qui episcopos facit: possunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt.

» Hoc autem quod de diaconorum minoritate dicitur, vbi- 7. pars
» que seruandum est, nisi cùm locum diaconus habuerit aut GRATIANI
» proprij patriarchæ, aut sui metropolitani.

» VNDE in sexta synodo legitur.

Diaconus sacerdotibus non præferatur, nisi locum metropolitani sui obtineat. cap. 7.

26

PRæcipimus ne diaconus (quanuis etiam in dignitate, hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterum sedeat, nisi cùm locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani sui in alia ciuitate addi in Græc. pro aliquo capitulo. tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis verò præsumpserit hoc tyrannicè facere: à proprio gradu repulsus, vltimus omnium fiat in ordine suo.

INFERIORES NONNVNQVAM EX PRIVILEGIO SVPERIORIBVS PRAEFERVNTVR. DISTIN. XCIIII.

» SVdiacono etiam summus patriarcha vices suas commit- GRATIANI
» tere valet. VNDE Symmachus papa ait. Greg. epist. 1. lib. 1. ad episco. Siciliæ.

Etiam subdiaconus vices suas apostolica committit ecclesia. 1

VAlde necessarium prospeximus esse, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni eidemque personæ omnia cõmittamus: & vbi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum cui præcipimus repręsentetur auctoritas. quãobrem Petro subdiacono sedis nostræ intra prouinciam Siciliam vices nostras (auxiliante deo) commisimus. nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui deo auxiliante totum nostræ ecclesiæ noscimur †patrocinium commisisse. † patrimonium.

» Legatũ verò apostolicæ sedis quicunque impedierit, vsque 2 pars.
» ad satisfactionẽ excõmunicetur. VNDE Alexander papa. GRATIANI

Excommunicetur qui legatum sedis apostolicæ impedire tentauerit. 2 Epist. 10. episcopis omnibus.

SI quis autem legationem impedit, non vnius, sed multorum profectum † auertit. & sicut multis nocet, ita à multis arguendus est: & bonorum societate priuandus. Er quia dei causam impedit, & statum conturbat ecclesiæ: ideo ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus itaque talis est cauendus: & non in communionem fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus. † euertit.

M.E.C.D. 2017

3. pars. GRATIANI

Archidiaconus quoque quanuis ex officio ſuo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit epiſcopo nunciare: tamen dominationem ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur.

VNDE in Cabilonenſi concilio legitur.

Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. 3

DIctum eſt quòd in pleriſq; locis archidiaconis ſuper preſbyteros parœcianos quandã exercent dominationẽ, & ab eis cenſum exigũt, quod magis ad tyrannidẽ quàm ad rectitudinis pertinet formã. Si enim (iuxta apoſtoli ſententiã) epiſcopi non debẽt eſſe dominãtes in clero, ſed forma facti gregis ex animo: multo minus facere hoc iſti debent. Sint itaq; contenti regularibus diſciplinis: & teneant propriam menſuram: & quod ab epiſcopis eis iniungitur, hoc per parœcias ſuas exercere ſtudeãt: nihil per cupiditatem & auaritiã præſumẽtes.

I. Pet. 5. 4

AN LICEAT PRESBYTERIS CHRISMATE ET OLEO SANCTO LINIRE.

DISTINCTIO XCV.

GRATIANI

QVod autem ſacerdotes ſuprà iubentur epiſcopis tanquam ſubditi obedire: non ita intelligendũ eſt quaſi non liceat eis præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare: ſicut epiſcopali ſupercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere, ſed quia presbyteri pontificibus tanquam filij parentibus debent obedire. & baptizatos etiam chriſmate eis tangere conceditur.

VNDE Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Carolitano,

Epiſtol. 26. li. 3

Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. 1

PEruenit quoque ad nos quoſdam ſcãdalizatos fuiſſe quòd presbyteros tangere chriſmate eos qui baptizati ſunt prohibuimus. Et nos quidem ſecundum veterem vſum eccleſiæ noſtræ fecimus: ſed ſi omnino de hac re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant, concedimus.

Supra Leo epiſcopus contra, quanuis chorepiſcopi.

GRATIANI Leo epiſt. 86. Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam.

ITEM Gelaſius papa.

Vltra ſuum modum presbyteri contendere non præſumant. 2

PResbyteros vltra ſuum modum contendere prohibemus: nec epiſcopali faſtidio debita ſibimet audacter aſſumere: non conficiendi chriſmatis, non conſignationis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

GRITIANI

Sed iſtud Gregor. pro ſcãdalo ſedãdo ſemel cõceſſum legitur. illud autẽ Leonis papæ & Gelaſij vſu approbãte præualuit: niſi fortè vbi aliquorũ cõſuetudo hoc admiſit, vt in abſentia epiſcopi extrema neceſſitate cogente, & ex conceſſione Grego-

M.E.C.D. 2017

,, Gregorij presbyteri baptizatos in frontibus liniant. Prohi-
,, bitio verò Leonis & Gelasij in eo casu intelligatur, cùm epis-
,, copi præsentes sunt vel cùm non cogit vltima necessitas. oleo
,, verò sanctificato permittitur eis vngere infirmos. Vnde Ia- *Iaco. 2*
,, cobus ait: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ec-
,, clesiæ, qui orent super eum, vngentes eum oleo in nomine
,, domini: & oratio fidei saluabit infirmum.

,, Sed quæritur an episcopis liceat eodem oleo vngere infir- *2. pars.*
,, mos: vel si impœnitẽtibus huiusmodi vnctio sit concedẽda.

,, DE his verò ita scribit Innocentius papa. *Inno. pa. 1.*

Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere. *3 epist. 1. ad Decentium Eugubinum episcopũ*

ILlud superfluum videmus esse adiectum, vt de episcopo am bigatur quod presbyteris licere non dubium est. nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi præoccupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cęterũ si episcopus aut potest aut dignũ ducit aliquẽ à se visitandũ & benedicere, & tangere chrismate: sine cũctatione potest, cuius est ipsum chrisma cõficere, nã non pœnitẽtibus istud fundi non potest: quia genus est sacramẽti. nam quibus reliqua sacramẽta negãtur: quomodo hoc vnũ genus putatur posse concedi? His igitur frater chariſſime omnibus quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus respõdere curauimus.

Chrisma verò à suis episcopis ad baptismi sanctificatio- *3. pars.*
nem presbyteri petant.

VNDE in concilio Carthaginensi. iiij. *Cap. 36.*

De eodem. 4

PResbyteri qui per diœceses ecclesias regũt, non à quibuslibet episcopis, sed à suis: nec per minorem clericũ, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, & ante paschæ solennitatem chrisma petant.

ITEM Hieronymus super epistolam ad Titum. *Ad cap. 1 Et cõstituas per.*

Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris. 5.

OLim idem erat presbyter, qui & episcopus: & antequam diaboli instinctu studia vel schismata in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autẽ Cephæ: cõmuni presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam autem vnusquisque eos quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi: in toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris superponeretur omnibus, & schismatum semina tollerentur & paulo post. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine quàm dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores: & in communi debere ecclesiam regere. *1. Cor. 1.*

M.E.C.D. 2017

De sepit gradi bus ecclesiæ.

IDEM ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Coram episcopis, presbyteris docere licet. 6

† Nec ego. 1. Tim. 5. c.

†ECce ego dico præsentibus episcopis suis atque astantibus in altario presbyteros posse sacramenta cõficere: sed quia scriptum est: Presbyteri duplici honore honorentur, maximè qui laborant verbo dei: prædicare eos decet, vtile enim est benedicere, congruum est confirmare: & conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia dei sacramenta complere. nemo hinc episcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iratscatur si plebem interdum presbyteri exhortentur, si in ecclesijs prædicent, si plebi (vt dictum est) benedicant. Etenim abnuentibus mihi ista, sic dicam. Qui non vult presbyteros facere quæ iubentur à deo dicat, quid magis est Christo: aut quid poterit corpori & sanguini eius anteponi? Si presbyter Christum consecrat cùm in altari dei sacramenta benedicit, benedicere populum non debet, qui Christum consecrare non metuit? Circa laicos ac mulieres, iubentibus vobis ô iniustissimi sacerdotes, presbyter dei benedictionis perdit officia, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, & truncatus est omni parte virtutum, solùm presbyteri habet nomen, plenitudinem ac perfectionem quæ consecrationi eius competit, non retẽtat. Quis igitur hic rogo sacerdotes honor vester est, vt damnum gibbi inferatis? quoniam quum pastoribus per potentiam aufertur deo digna diligentia, contagium quoddam & calamitas crescit in gregibus: ac dominici patrimonij damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesijs potentari. Presbyteri verò ab initio iudices negotiorum esse mandati sunt: presbyteri sacerdotum interesse debent concilijs: quoniam & ipsi presbyteri (vt legimus) episcopi nominantur, secundum

2. Tim. 3. d quod dictum est ad episcopum. Noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. &

Act. 20. f alibi ad maiores natu. Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam suam. Sed oderunt hoc superbi sacerdotes in presbyterij nomine, qui nolunt hoc esse quod Christus, qui discipulorum pedes lauit, qui batizatus à Ioanne est, licet bap-

Ioan. 13. a Matt. 3. d tizandum à domino se esse ille proclamaret. Quod propterea scribo vobis, vt si præteriti temporis error iam non potest reuocari, vel ad præsens in ecclesijs faciant quod Romæ fit, quod in Africa, quod in Oriente, quod in Hispania, quod in Gallia, quod in Britannia, quod in omnibus locis vbi humilitas perseuerat: quod etiam in cælis fit (quod maius est) vbi sedes angelorum legitur disposita.

Idẽ Hier. de vita clericorum. ITEM ad Nepotianum.

Episcopi

M.E.C.D. 2017

Episcopi & clerici inuicem sibi honorem exhibeant. 7

ESto subiectus pontifici tuo,& quasi parentem animę ama. Sed episcopi sacerdotes sciant se esse, non dominos. Honorent clericos quasi clericos, vt ipsis episcopis à clericis quasi episcopis honor deferatur.

,, Scitum est illud oratoris Domitij: Cur ego, inquit,te ha- Idem ferè de Phi
,, beam vt principem, cùm tu me non habeas vt senatorem? lippo narrat Ci-
,, Quod autem Aaron & filios eius hoc esse episcopum & pres- cero. libro 3. de
byteros noucrimus. Vnus dominus, vnus baptismus, vnum templum,vnum sit ministerium. Recordemur semper quod apostolus Petrus præcipit sacerdotibus: Pascite eũ qui in vo- 1.Pet.5.a.
bis est gregem domini: præuidentes non coactè, sed sponte nec secundum domini præceptum, neque turpis lucri causa, sed voluntariè:neque vt dominantes in clero,sed forma facti gregis ex animo, vt cùm apparuerit princeps pastorum,percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam. Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros,& præsentibus episcopis non loqui, quasi eis inuideant, aut eos dedignentur audire. Sed si aliquid (vt inquit Apostolus Paulus) 1.Cor.14.
fuerit reuelatũ sedenti,prior taceat. Gloria patris est filius sa- Prou.10.
piens.Gaudeat episcopus in iudicio suo,cùm tales elegerit sa- 4.& 13.
cerdotes. ITEM ex concilio Laodicensi. cap.56.

Presbyteri episcopos non præcedant,sed comitentur vel subsequantur. 8

NOn oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi & sedere in tribunalibus,sed cũ episcopo ingredi:nisi fortè aut ægrotet episcopus,aut in peregrinationis*cõmodo esse *in peregrinatio-
cum constiterit. ITEM ex concilio Carthaginensi. 4.ca.34. *ne modo cum*
Episcopus non dominum sed collegam se presbyterorum cognoscat. 9 *esse,&c.*

EPiscopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur. ITEM ex eodem. *Cap. 35. eiusdẽ*

De eodem. 10 *continuo.*

EPiscopus in ecclesia in concessu presbyterorum sublimior sedeat.intra domum verò collegam presbyterorum se esse cognoscat. ITEM ex concilio Martini papæ. *Cap.52.li. Mar*

Sine præcepto episcopi presbyter non signat infantes. *tini Bracharen.*

PResbyter præsente episcopo non signet infantes, nisi ab *episcopi.*
episcopo fuerit illi præceptum.

ITEM ex concilio Genuen. cap.iiij.

De eodem. *Palea.*

,, PResbyteri ruris in ecclesia ciuitatis episcopo præsente vel Deest in manusc.
,, presbyteris ipsius vrbis offerre non possunt:nec panem sa-
,, crificatum dare,calicemque porrigere.si verò absentes hi fuerint,& ad dandam orationem vocentur,soli dare debent.

VERSVS

Princeps nundinas,res non regat ecclesiarum.

M.E.C.D. 2017

NVLLI LAICI QVIDPIAM DE REBVS ECCLESIASTICIS STATVANT. DISTINCTIO XCVI.

Verba Gratiani.

ILlud autem Honorij Augusti quòd de electione summi pontificis suprà constituisse legitur, nullius esse momenti probatur, cùm non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis laicis legatur aliquando attributa disponendi facultas. vnde quæcunque à principibus in ordinibus vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniũtur, auctoritatis nullius esse monstrantur. Vnde Symmachus Simplicius episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ in synodo residens dixit.

Cap. 1. Romane synodi 3.

De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas attribuitur. 1

BEne quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus assueta, sub diuini timore iudicij quæ erant statuenda diffiniuit, & ad iustitiæ cumulũ peruenit, cùm sufficienter omnia amplectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maximè de clericis quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere: quorũ excessus enarrare difficile est: vnum tamen quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Inter alia scripturam quãdam illustris memoriæ Basilium quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ conscripsisse refero, in qua nullus Romanæ ecclesiæ interfuit vel subscripsit antistes, per quẽ potuisset firmitatẽ legitimã sortiri. Ne ergo inde disputem, vnde potest vestrum iudicare concilium: requiratur & referatur in medium, vt ex lectione cognoscatis cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta Synodus respondit: Deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Hoc cùm diceret, Hormisda diaconus recitauit. Cũ in Mausoleo quod est apud beatũ Paulũ apostolum, resideret sublimis & eminentissimus vir præfectus prætorio, atq; Patricius: agens etiam vices præcellẽtissimi regis Odoacris Basilius, dixit: Quanquam studij vestri & religionis interfit vt in episcopatus electione, concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen per electionis occasionem status ciuitatis reuocetur in dubiũ: admonitione beatissimi viri papæ nostri Symmachi Simplicij, quã ante oculos semper habere deberemus: hoc nobis sub obtestatione meministis fuisse mandatum, vt propter illum strepitum & venerabilis ecclesię detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit: non sine nostra cõsultatione cuiusliber celebretur electio. Hæc cùm legerẽtur, Cresconius Tudertinæ ecclesiæ episcopus surgens de conuentu dixit: Hoc perpendat sancta synodus, vtrùm prętermissis religiosis personis quibus maxime cura est de tanto pontifice: laici electionem eius in suam possint redigere potestatem: quod contra canones esse manifestissimum est. Item Hordisma diaconus legit. Ac ne

Hic erat præfectus vrbi Romę.

confu-

M.E.C.D. 2017

confusionis atque dispendij aliquid venerabilis ecclesia sustineret,miramur prætermissis nobis quicquam de rebus ecclesiç fuisse tentatum: cum sacerdote nostro superstite nihil debuisset assumi.quare si amplitudini vestræ & sanctitati placet, incolumia omnia quæ ad futuri antistitis electionẽ respiciunt, religiosa veneratione seruemus:hanc legem specialiter præferentes,quam nobis hæredibúsq; nostris Christianæ mẽtis deuotione sancimus,ne vnquam prædium, siue rusticũ,siue vrbanum, vel ornamenta aut ministeria ecclesiarum quæ nunc sunt,vel quæ ex quibuslibet titulis ad ecclesiarum iura peruenerint, ab eo qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus,& illis qui futuris seculis sequuntur, quocunq; titulo atque commento alienari liceat: & quicunque hoc facere voluerit,inefficax atq; in irritum reuocetur: sitque facienti & consentienti, danti accipientique anathema. Maximus episcopus Bletanæ ecclesiæ dixit: Modò sancta synodus dignetur edicere si licuerit laico homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere: & contra canones quod ei non competebat cõstituere. dicite quid vobis videtur:de me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit, Non licuit:& adiecit Lege sequentia.Hormisda diaconus legit: Et is qui prædium siue rusticum siue vrbanum iuris ecclesiastici fuerit cõsecutus, nouerit se nulla lege vel præscriptione munitum:sed siue is qui alienauerit, siue qui eũ sequens voluntate contraria prædiũ huiusmodi alienatum, retinere voluerit: id cum fructibus restituat quos illic cõsecutus fuerit.Hæc cũ legeret, Stephanus Venusinæ ecclesiæ episcopus,surgens ex cõcessu dixit,Perlegatur. Hormisda diaconus legit. Qua pœna placuit accipientis etiam hæredes afficere: in qua re cuilibet clericorum nulla contradicendi,libera sit facultas. Iniquũ est enim, & sacrilegij instar,vt quæ pro salute & requie animarũ suarum vnusquisq; venerabili ecclesiæ pauperum causa cõtulerit,aut certè reliquerit: ab his quos maximè seruare conuenerat:in alterũ trãsferantur.Planè quæcunq; in gemmis vel auro atque argento,necnon & vestibus,minus apta vsibus vel ornatui videbuntur ecclesiæ,quę seruari ac diu manere non possunt,sub iusta æstimatione vendantur: & erogatio religioni proficiat.Cumque lecta esset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullũ Romanæ ciuitatis potuit obligare pontificem: quia nõ licuit laicis statuendi in ecclesia præter Romanum pontificem habere aliquam potestatem: quos obsequẽdi manet necessitas,nõ auctoritas imperandi:maximè cùm neq; papa Romanus subscripserit,nec alicuius secundum canones Metropolitani legatur assensus.Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit: Scripturam quæ

al. Byletranæ

M.E.C.D. 2017

ram quæ in noſtra cõgregatione vulgata eſt, nullas vires habere manifeſtũ eſt: quia nec canonibus conuenit, & à laicali perſona cõcepta videtur: maximè quia in ea nullus apoſtolicę ſedis præſul interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione eam firmaſſe mõſtratur. Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: Scripturam quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam, primum quòd contra patrum regulas à laicis quamuis religioſis (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa faculras) facta videtur. Deinde quòd nullius præſulis apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quod ſi cuiuſlibet prouinciæ ſacerdotes intra ſuos terminos concilio habito quicquid ſine Metropolitani ſui auctoritate tractauerint, irritum eſſe debere ſancti patres ſanxerunt: quanto magis quod in apoſtolica ſede nunc extante præſule (qui merito beati Petri apoſtoli per vniuerſum orbem primatum obtinens ſacerdotij, ſtatutis ſynodalibus cõſueuit tribuere firmitatem) à laicis (licet conſentientibus aliquantis epiſcopis, qui tamen pontifici à quo conſecrati probantur, præiudicium inferre nõ potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt: nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri. Sancta ſynodus dixit, Licet ſecundum proſecutionẽ venerabilium fratrum noſtrorum Laurentij, Petri, Eulalij, Creſconij, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momẽti: veruntamẽ etiam ſi aliqua poſſit ratione ſubſiſtere: modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis veſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci, ne in exemplũ remaneret præſumendi quibuſlibet laicis quamuis religioſis vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe à Deo cura commiſſa docetur.

In actione ſexta Chalcedo. concil. habetur.

VNDE in ſeptima actione Chalcedonenſis concilij Marcianus imperator dixit inter cætera.

Imperatores ad fidem confirmandam, non potentiam oſtendendam, ſynodo intereſſe debent. 2

NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtẽdendam, exemplo religioſiſſimi principis Conſtãtini ſynodo intereſſe volumus: vt veritate inuenta non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet. ITEM ex eadem.

In fine actionis ſextæ eiuſdem conci.

De eodem. 3

Nicol. papa ad Mich. imperatorem.

QVædam capitula ſunt quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis reſeruauimus, decorũ eſſe iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodum, quàm noſtra lege ſanciri. ITEM Nicolaus papa.

Syno-

M.E.C.D. 2017

Synodali conuentui imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur. 4

VBinam legistis imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse? nisi fortè in quibusdam vbi de fide tractatum est: quæ vniuersalis est: quæ omnium communis: quæ non solùm ad clericos, verumetiam ad laicos & omnes omnino pertinet Christianos. IDEM. *Nico. paulo infe-*

De præsulibus diuinarum rerum: qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt. 5 *rius ibidem.*

DEnique hi quibus tãtum humanis rebus non diuinis præesse permissum est: quomodo de his per quos diuina ministrantur, iudicare præsumant, penitus ignoramus. IDEM. *Idem Nico. in*

Nec etiam imperator iura pontificis, nec pontifex iura regia vsurpet. 6 *eadem epistola. fe-*

CVm ad verum ventum est, vltra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit: nec pontifex nomen imperatorium vsurpauit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri: non humana superbia rursus in infernum demergi: & vt Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent: & pontifices pro cursu temporaliun tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus: & Deo militans, minimè se negocijs secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur qui esset secularibus negocijs implicatus. IDEM. *Idem Nico. ibi-*

A seculari potestate pontifex prorsus nec solui nec ligari valet. 7 *dem.*

SAtis euidenter ostẽditur à seculari potestate nec solui prorsus nec ligari pontificem: quem constat à Pio principe Constantino (quem longè superius memorauimus) Deum appellatum: cùm nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum sit. Sed & Theodosius minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ primæ dixit. Deputatus ergo est Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum nostram: & in nullo quidem quæ faciẽdæ sunt de pijs dogmatibus quæstiones seu potius expositiones, communicare. Illicitum nanque est eum qui non sit in ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermiscerí tractatibus. & post pauca. His itaque manifestè repertis apparet comministrum nostrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli: in cuius damnatione quia præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa patratum fuisse adulationis, non legitimæ sanctionis. *Idem Nico. ad eũdem Michaelem in eadem epistola.*

IDEM Lodouico imperatori.

Facta

M.E.C.D. 2017

Facta pontificum imperator iudicare non debet. 8

IN scripturis narratur Constantinus imperator dixisse: Verè si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monachali habitu circumamicti sunt, peccātem: chlamidem meā ‖ᵃ expoliarem‖, & cooperirem eū, ne ab aliquo videretur. In quibus desideratissime fili necessario cōmonemini, vt quemadmodū fide & religione ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoq; humilitate atque deuotione æquiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exēpla qui talem se exhibuit ante talia prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupiētes: vt si de domini sacerdotibus (qui iure patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire quod confusionem pijs mentibus ingerat: non infrunitum, sed pudoratos filios Noë imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis: vt affluenti (quemadmodum & illi) benedictione repleti (moderante domino) mereamini.

a explicarem

ITEM ex epistola Greg. ad Hermannū Metēsem episcopū.

Iuo Carn. lib. 5. de sentē. excommuni. refert ex eodem.

Regum & principum patres & magistri sacerdotes esse censentur. 9

QVis dubitet sacerdotes Christi, regum & principum omniumq; fidelium patres & magistros cēseri? Nónne miserabilis insaniæ esse cognoscitur si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere: à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse & solui?

Iuo ibidem refert quæ est Gelasii primi.

ITEM Gelasius papa Anastasio imperatori.

Auctoritas sacra pontificum & regalis potestas huius mundi gubernacula regunt. 10

DVo sunt quippe imperator Auguste quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum: & regalis potestas. In quibus tanto grauius est pōdus sacerdotū, quanto etiam pro ipsis regiminibus *homicum in diuino sunt reddituri examine rationem. & post pauca. Nosti itaq; inter hæc ex illorum te pēdere iudicio, non illos ad tuā posse redigi voluntatem. Talibus igitur institutis, talibúsq; fulti auctoritatibus plærique pontificum alij reges alij imperatores excōmunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principū requiratur exemplum: beatus Innocentius papa Arcadiū imperatorem (quia cōsensit vt sanctus Ioānes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus, pro culpa quæ alijs sacerdotibus non adeò grauis videbatur, Theodosium magnū imperatorem excōmunicans ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit quòd aurum non tā preciosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior ordo sacerdotalis:

**al. regibus, vel legib. &c.*

M.E.C.D. 2017

dotalis:hoc modo circa principium ſui paſtoralis ſcribẽs:Honor fratres & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit cõparationibus adæquari.Si regum fulgori compares,& principum diademati:longè erit inferius quàm ſi plumbi metallũ ad auri fulgorem compares: quippe cùm videas regũ colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum: & oſculata eorũ dextra,orationibus eorum credant ſe communicari, vel mũniri. Item Ioannes papa.

Imperatores debent pontificibus ſubeſſe, & non præeſſe. 11

SI imperator catholicus eſt,(quod ſalua pace ipſius dicimus) filius eſt non præſul eccleſiæ. quod ad religionẽ competit, diſcere ei conuenit, non docere, habet priuilegia ſuæ poteſtatis,quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt:& eius beneficijs non ingratus cõtra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit quæ eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſeculi poteſtates, quas,ſi fideles ſunt,eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas.Non ſibi vindicet alienum ius,& miniſteriũ quod alteri deputatum eſt:ne contra eum contendat abrumpi,à quo omnia conſtituta ſunt,& contra illius beneficia pugnare videatur,à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem, non à legibus publicis,non à poteſtatibus ſeculi, ſed à pontificibus & ſacerdotibus omnipotẽs Deus Chriſtianæ religionis clericos & ſacerdotes voluit ordinari & diſcuti,& recipi de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus,non præferre. IDEM.

De eodem. 12

NVnquam de pontificibus niſi eccleſiam iudicare debere: non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam abſque eccleſiæ principaliter conſtitutis,pontificibus obſequi ſolere principes Chriſtianos,decretis eccleſiæ non ſuam præponere poteſtatem, epiſcopis caput ſubdere principes ſolitum eſt: non de eorum capitibus iudicare. IDEM.

De eodem. Palea. 13

COnſtantinus imperator coronam & omnem regiam dignitatẽ in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus apoſtolico conceſſit. Nam in geſtis beati Silueſtri (quæ beatus papa Gelaſius in conci. lxx. epiſcoporum à catholicis legi cõmemorat,& pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit eccleſias)ita legitur.

Sequentia vſque ad cap. 15. ſunt notata in manuſcri. pro palea. nec gloſsis,aut notis vllis digna viſa.

De eodem. Palea. 14

Ex edicto Conſtantini imperatoris. Iuo. lib. 4. de dig. & præuileg. Ro. eccle.

„ COnſtantinus imperator quarta die ſui baptiſmi priuile-
„ gium Romanæ eccleſiæ pontifici contulit,vt in toto orbe
„ Romani pontifices vel ſacerdotes ita hunc caput habeant, ſi-
„ cut iudices regem. In eo priuilegio ita inter cætera legitur.

Vtilę

M.E.C.D. 2017

[a] Vtile iudicamus vnà cũ omnibus ſatrapis [b] noſtris, & vniuerſo ſenatu, optimatibus, & cuncto populo imperio Romanę eccleſiæ ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris vicarius filij Dei videtur eſſe conſtitutus: ita & pontifices ipſius principis apoſtolorum in terris principatus poteſtatem amplius quàm terrenæ imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere, videtur, conceſſam à nobis noſtroq; imperio obtineant: eligentes nobis ipſum principẽ apoſtolorũ vel eius vicarios firmos apud Deũ eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena imperialis potẽtia: ita eius ſanctã Romanam eccleſiã decernimus venerãter honorari: & amplius quàm noſtrũ imperiũ terrenumq; thronũ, ſedem ſacratiſſimam beati Petri gloriosè exaltari: tribuentes ei poteſtatem & gloriã & dignitatem atq; vigorẽ & honorificentiam imperialem, atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtãtinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei: & pontifex qui per tẽpora ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus totius mũdi exiſtat, & eius iudicio quæ ad cultum Dei, vel fidem Chriſtianorũ, vel ſtabilitatẽ procurãda fuerint, diſponantur [& infra.] Eccleſijs beatorũ apoſtolorum Petri & Pauli pro continuatione luminariorum, poſſeſſionũ prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram imperialem iuſſionẽ ſacram tam in Oriente quàm in Occidente, vel etiam in ſeptentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei conceſſimus, ea prorſus ratione vt per manus beatiſſimi patris noſtri Silueſtri ſummi pontificis ſucceſſorumq; eius omnia diſponantur & infra. Beato Silueſtro & omnibus ſucceſſoribus eius de præſenti tradimus palatium imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri: ſimulque Phrygiũ, necnon & ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale circundare aſſolet collum: verumetiã chlamydem purpuream, atque tunicam coccineã, & omnia imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem imperialem præſidentium equitum: conferentes ei etiam imperialia ſceptra, ſimulq; cuncta ſigna atque banna & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem proceſſionem imperialis culminis, & gloriã poteſtatis noſtræ. Viris etiam diuerſi ordinis reuerẽdiſſimis clericis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus, illud culmẽ ſingularis potẽtiæ & præcellẽtiæ habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt, patricios & conſules effici, necnõ & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialibus extat decorata militia: ita clerum

ſanctæ

a Extat illud edictũ in corpore cano. Maiori ante præfa. Nicæni cõcilij, & Græca lingua extat in Nomocanone Photij ſub tit. 8. de parochiis vti tamen multa aliter quàm hic recitantur, vti etiã Balſamonis ſcolion ſubijcitur. Græcũ quoque eius exemplum hic addere viſum eſt. Ex Nomocanone Photij edito Baſileæ apud Oporinum anno Chriſti 1561. Δεον ἠκρίβωμεν μετὰ πάντων τῶν σεβασμιωτάτων ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, &c. petatur ex libro impreſſo.

b Satrapas non ſolebãt appellare imperatores ſuos magiſtratus. Sed illud nomẽ erat propriũ eorum qui ſub barbaris regiões adminiſtrabant, nondum in prouinciæ formam redactas, vt apparet ex nouella Iuſtiniani de Armenijs. Verba quæ hic deſiderãtur, repeti poſſunt ex Nomocanone Photij.

M.E.C.D. 2017

ſanctæ Romanæ eccleſiæ adornari decernimus. Et quẽadmodum imperialis potẽtia diuerſis officijs cubiculariorũ, necnon & oſtiariorum atq; omnium concubitorum ordinatur: ita & ſanctam Romanam eccleſiã decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decernimus vt clerici eiuſdẽ Romanæ eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore decoratos equos equitent: & ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum idonibus, id eſt, cãdido linteamine illuſtrentur: & ita cœleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus beato Silueſtro & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto, vt quem placatus proprio concilio clericare voluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare: nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere. Decernimus itaq; & hoc, vt ipſe & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona quã ex capite noſtro illi conceſſimus ex auro puriſſimo & gẽmis precioſis, vti debeat pro honore beati Petri. Ipſe verò beatiſſimus papa ſuper coronam clericatus quam gerit, ad gloriam beatiſſimi Petri ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona. Phrygiũ verò candido nitore ſplendidum, reſurrectionem dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus: & tenentes frenum equi ipſius pro reuerentia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem imperij noſtri. Vnde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quã terreni imperij dignitas, gloria & potentia decoretur: ecce tã palatium noſtrum, quàm Romanã vrbem, & omnes Italiæ ſiue occidẽtalium regionum prouincias, loca, ciuitates, beatiſſimo pontifici & vniuerſali papæ Sylueſtro concedimus atq; relinquimus, & ab eo & à ſucceſſoribus eius per pragmaticu cõſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanenda. Vnde congruũ perſpeximus noſtrum imperium, & regni poteſtatem ab orientalibus tranſferri regionibus, & in Byzãtiæ prouinciæ optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrũ illic imperium conſtitui: quoniam vbi principatus ſacerdotum: & Chriſtianæ religionis caput ab imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtũ non eſt vt illic imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia quæ per hanc imperialem ſacram & per alia diualia decreta ſtatuimus & cõfirmamus: vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur omnes noſtros ſucceſſores imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſſimumq; ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nũc & in poſterum nulli

M.E.C.D. 2017

*al.infirmare. *conuellis.

eorũ quoquo modo licere hæc aut infringere,* aut in quoquã conuellere.*Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis cõdemnationibus subiaceat innodatus: & sanctos Dei principes apostoloru Petrum & Paulum sibi in præsenti & in futura vita sentiat contrarios: atque in inferno inferiori cõcrematus cũ diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperialis decreti paginã proprijs manibus roborantes, super venerãdum corpus beati Petri posuimus. Data Romæ tertio Kal. Aprilis Constãtino Augusto. iiij. & Gallicano. iiij. cõsũ. ITEM Gregor. Gelasio.

Gela.pa.1.epi. ad episc. Dardanie.

Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. 15

SIcut quæuis parua ciuitas prærogatiuã præsentis regni non minuit: sic imperialis præsentia mensurã dispensationis religiosæ non mutat. & infra. Semper est effectum in sacerdotali cõcilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam quaslescunq; pontifices sint, etsi errore humanitus accidẽte, non tamẽ contra religionem vllatenus excedentes, nullatenus videntur à seculari potestate posse percelli.

Marcel.epi.2. ad Maxentium tyrannum.

ITEM Marcellus papa Maxentio episcopo.

Ecclesias restaurare contritas, non pontifices persequi, boni principis est. 16

BOni principis est ac religiosi ecclesias contritas atque conscissas restaurare, nouásque ædificare, & Dei sacerdotes honorare ac tueri. Vnde sanctos apostolos eorumque successores sub diuina contestatione constitutos præcepisse legimus non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, nec expelli æterni regis dispensatores. *Versus.*

Non sine signata misso credatur eorum.

IMPERATORVM CONSTITVTIONES DE REBVS ECCLESIASTICIS NISI A PAPA CONFIRMENTVR, IRRITAE SINT.

DISTINCTIO XCVII.

GRATIA. HOc capitulo patenter ostenditur, quod nec imperatori nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione summi pontificis, vel de rebus ecclesiasticis. Quæcunque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij Augusti, vt supradictum est: Vanum esse videtur quod cõtra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi pontificis decernere tentauerit. sed sicut ex eodẽ capitulo habetur, ecclesiæ precibus imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur: ne hæretici aliquid nomine ecclesiæ possiderent. Ab ea autem non inuitati de rebus ecclesiasticis aliquid

M.E.C.D. 2017

» aliquid disponendi non habent facultatem. Honotius verò
» Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplican-
» te ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitio-
nem punire curauit.

VNDE idem Bonifacius episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit dicens. *Bonifac.pa.epis. I.ad Honorium.*

Epistola Bonifacii ad Honorium Augustum.

1 Elegans & pia Bonifacij epistola, & vera.

ECclesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium vobis res humanas regentibus deputauit, nos cura constrinxit, ne causis eius quãuis adhuc corporis incõmoditate[a] detineat, propter conuẽtus qui à sacerdotibus vniuersis & clericis & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi principis existimemur deesse. Si enim secus quã oporteat eueniat, non vos id facere qui cuncta æqua moderatione componitis: sed nos per nostram tacentem desidiam videbimur quod ciuitatis quietem & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. cũ enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas: nostra culpa erit si non id sub vestra gloria (quã certũ est diuinis rebus semper animo promtiore fauisse) firmo & stabili iure custodiatur: quod per tot annorũ seriem sub illis etiã principibus obtinuit quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est, vt licita seruentur: & sub vestræ imperio clementiæ minimè quæ sunt licita formidentur. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam christianissime imperator non meo quidem sermone, sed suo venerabili affectu appellat: quam Christus Deus noster veræ fidei rector, & vestri gubernator imperij sibi vni desponsatam & intactã virginem seruat, ne in eam aliquos patiamini insidiantiũ procellarũ fluctus illidi: & quietam faciẽ tempestatis insolito tumore turbari, glorioßissime & tranquillissime imperator Auguste. ipsa verò quę vni despõsata est, nostra tamẽ ecclesia mater est: pietatem vestram legatione quam suis sacerdotibus cõmisit appellat, præterita præsentiaque auxilia repetit. vobis (inquit) religiosißimè imperantibus modo tutus est populus, tam fidelis Deo, quã tibi principi Christiano. ecce enim inter mysteria, inter preces suas quas ecclesia pro fœlicitate vestri dependit imperij: teste apud quem, & de cuius sede agitur sancto Petro, solicitis pro religionis obseruãtia vocibus clamat ad vos: cum solicita petitione miscetur oratio: ne humanas res solito tẽratore occultè solicitãte semel euulsa discordia distrahat. angeretur plurib⁹ princeps Christianissime mater ecclesia, nisi apud te suarum esset cura causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, & hæreticorũ correctionibus fide tua diuino cultu pariter cum imperio nostro semper florente vicisset. Habet refugiũ pium tuæ mansuetudinis animum cũ suæ religionis ve-

a Vet. detinear.

M.E.C.D. 2017

neratione coniunctum:cùm quicquid huic proficiat ecclesiæ vos agatis & conferatis fratribus & cõsacerdotibus meis probatissimis viris à me,& ab omnibus qui ecclesiam faciũt legatis:quibus prosequentibus precamur sacræ causa religionis,vt in vrbe vestræ mãsuetudinis hoc animo quo postulatis annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

Rescriptum Honorij ad Bonifacium papam. 2

Honorius in rescripto ad Bonifacium.

VIctor Honorius inclytus triumphator semper Augustus, sancto ac venerabili Bonifacio papæ vrbis Romæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerẽtiæ cõgratulatione suscepimus:quibus recensitis egimus omnipotẽti Deo maximas gratias,quòd sanctimoniam tuã post longum incõmodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudiũ nostrum sanctorũ apicum attestatione significamus,ac petimus vt quotidianis orationibus apostulat⁹ tuus studium ac votum suum circa salutem atq; imperiũ nostrum impẽdere dignetur. Illud autem pietati nostræ satis placuisse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarũ ac populi perturbatione solicita est:quæ vt aliqua ratione non possit euenire,satis clementia nostra credidit esse prouisum. deniq; prædicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiã volumus peruenire,vt si quid fortè religioni tuæ(quod nõ optamus) humana sorte contigerit: sciant omnes ab ambitionibus esse cessandũ: ac si duo contra fas, &c. vt supra.& infra. Vnde id seruandũ est vt omnes tranquillam mentẽ & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant:nec aliquid seditionis conspirationibus tẽtare conẽtur: cùm certũ sit nulli partium sua studia profutura. Sine signatis apicibus nõ est mos Romanæ ecclesiæ vndecunque legationem suscipere neque mittere. VNDE Nicolaus papa.

ibidem paulò inferius.

2. pars.

Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecunque suscipere. 3

NObilissimus vir atque strenuus vestræ sublimitatis legatus licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro pontificio detulisset:licet nunquam apostolicæ sedis modus fuerit absq; signatis apicibus vndecunq; legationẽ suscipere: nos tamen vos in illo honorantes,eiusq; grauitatẽ, & eloquiorũ illius veridicas cognoscẽtes assertiões: nihilominus eũ & (sicut decuit) suscepim⁹:& ei(sicut honestũ fuit) credidimus.

PEREGRINVM NVLLVS ORDINET SINE MVLTIS CHIROGRAPHIS.

DISTINCTIO XCVIII.

GRATIA. QVæ circa ordinandos sint obseruanda : quæ in eorum electione diligenter sint considerandæ : multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei non-

nunquam

nunquam obſcuratur mutatione prouinciæ: decretum eſt ſacris canonibus vt peregrini niſi quinq; vel eo amplius ſuorum epiſcoporum fuerint commẽdati chirographis,nõ ordinẽtur.

VNDE Silueſter papa in generali concilio præſidens dixit. *Silueſter in epilogo conci. Roma.*

Niſi quinque epiſcoporum literis deſignatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. 1

NVllus aliqua ratione trãſmarinum hominem penes vos in clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinq; aut eo amplius epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

ITEM Anaſtaſius vrbis Romanæ epiſcopus oĩbus epiſcopis, *Epi. 1. ad Germaniæ & Burgundiæ epiſc.*

De eodem 2

TRanſmarinos homines in clericatus honorem nemo ſuſcipiat niſi quinque, aut eo amplius epiſcoporum chirographis fuerint deſignati:quia per ſurreptionem multa ſolent euenire. ITEM Gregor. Romanæ eccleſiæ præſul Squilitano epiſcopo. *Greg. epi. 25. li. 2. ad Ioannem Squilatinum.*

De eodem. 3

AFros paſſim & ignaros peregrinos ad eccleſiaſticos ordines accedentes nulla ratione ſuſcipias: quia Afrorum alij quidem Manichęi,alij rebaptizati ſunt:peregrini verò plurimi in minoribus ordinibus conſtituti fortiores de ſe prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt. ITEM ex concilio Elibertano. *Cap. 24.*

Non ſunt promouendi ad clerum qui peregre fuerint baptizati. 4

OMnes qui in peregrinatione fuerint baptizati: eo quòd eorum minimè ſit cognita vita,placuit ad clerum nõ eſſe promouendos in alienis prouincijs.

PATRIARCHIS ET PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPI OBEDIANT.

DISTINCTIO XCIX.

» DE primatibus autem (quorum ſuprà mentionem feci- GRATIA.
» mus)quæritur quem gradum in eccleſia obtineant: an
» in aliquo à patriarchis differant: quam obedientiam
» archiepiſcopi eis debeant. Primates & patriarchæ diuerſo-
» rum ſunt nominum, ſed eiuſdem officij. Ab archiepiſcopis
» autem quotiens neceſſe fuerit epiſcopi ad primates appellant:
» ſed à primatibus ad archiepiſcopos appellare non licet. de-
» bent ergo obedientiam primatibus archiepiſcopi in omnibus
» quæ ſibi fuerint ab eis iuſtè imperata.

VNDE Anacletus papa ait,[a] *Epi. 2. ad epi. Italiæ.*

Quæ obedientia ſit exhibenda primatibus & patriarchis. 1

PRrouinciæ multo ante Chriſti aduentũ tẽpore diuiſæ ſunt maxima ex parte: & poſtea ab apoſtolis & beato Clemẽte prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata in capite omniũ prouinciarũ, vbi dudum primates erant legis ſæculi, ac prima iudicaria poteſtas:ad quos qui per reliquas ciuitates cõmora

a Hæc epiſtola falſo effectu eſt Anacleti,vt in præfatione monui. In veteri libro diſcribitur ex vita beati Gregorij Papæ

M.E.C.D. 2017

bantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam imperatorũ vel regũ confugere non poterãt, vel quibus permiſſum non erat: confugiebant pro oppreſſionibus eorum, vel iniuſtitiis ſuis, ipſosq̃ue appellabant quotiens opus erat. ſicut in lege eorum ſcriptũ erat. ipſis quoq; in ciuitatibus vel locis noſtros patriarchas vel primates qui vnam formã tenẽt, licet diuerſa ſint nomina, leges diuinæ & eccleſiaſticæ poni & eſſe iuſſerunt: ad quos epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) confugerẽt, eoſq̃ue appellarẽt: & ipſi nomine primatum fruerẽtur. Reliquę verò metropolitanæ ciuitates quæ minores iudices habebãt, licet maiores comitibus* eſſent: haberent metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſtè obedirẽt primatibus; ſicut in legibus ſæculi olim ordinatũ erat: qui non primatum, ſed aut metropolitanorũ aut archiepiſcoporum nomine fruerentur. ITEM Anitius.

* comitatibus.

Anicetus pa. ad epiſc. Galliæ. 2. pars.

Non vocentur primates, niſi qui primas ſedes tenent. 2

NVlli archiepiſcopi primates vocentur, niſi illi qui primas ſedes tenent: quarum epiſcopos apoſtoli eorumq̃ue ſucceſſores regulariter patriarchas vel primates eſſe conſtituerunt: niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit præ multitudine primatem conſtitui. Reliqui metropolitani nominentur qui alias metropoles tenent.

Ca. 26. con. Cartha. 3.

ITEM ex concilio Africano.

Princeps ſacerdotum vel ſummus ſacerdos non appelletur niſi primæ ſedis epiſcopus. 3

PRimæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotũ, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi: ſed tantùm primæ ſedis epiſcopus. Vniuerſalis autem nec etiam Romanus põtifex appelletur. VNDE Pelagius omnib⁹ epiſcopis.

3. pars. Pela. pa. 2. ad omnes epiſcopos.

Nec etiam Romanus pontifex vniuerſalis eſt appellandus. 4

NVllus patriarcharum vniuerſitatis vocabulo vnquam vtatur: quia ſi vnus patriarcha vniuerſalis dicitur, patriarcharum nomen cętetis derogatur: ſed abſit hoc à fidelibus, hoc ſibi velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Quapropter charitas veſtra neminem vnquam etiam ſuis in epiſtolis vniuerſalẽ nominet: ne ſibi debitũ ſubtrahat: cũ alteri honorẽ infert indębitũ. ITEM Greg. Eulogio patriarchę Alexãdrino.

Greg. epiſt. 30. li. 7. ad Eulogium epiſ.

De eodem. 5

ECce in præfatione epiſtolæ quam ad meipſum qui prohibui direxiſtis: ſuperbæ appellationis verbum vniuerſalem me papam dicẽs imprimere curaſtis: quod (peto) mihi dulciſſima ſanctitas veſtra vltrà non faciat: quia vobis ſubtrahitur quod alteri plus quàm ratio exegit præbetur. Ego non verbis quæro proſperari, ſed moribus: nec honorem eſſe deputo in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus

nanque

M.E.C.D. 2017

nanque est honor, vniuersalis ecclesiæ: meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cùm singulis quibúsq; honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur vniuersum: sed absit hoc: recedant verba quæ vanitatẽ inflant, & charitatem vulnerant.

PALLIVM EPISCOPIS NECESSARIVM. DISTINCTIO C.

EPiscopos autem ordinare ante pallium acceptũ, nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij papæ (licet minus euidẽter) datur intelligi. Ait enim Pelagius papa. *Iuo Carn. li. 3. de consecra. episcoporum. refert.*

Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. 1

QVoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neque expetunt neque percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio viduatis ecclesijs non sine periculo protelatur: placuit vt quisquis metropolitanus vltra tres menses consecrationis suæ ad fidem suã exponendam, palliumque suscipiendum, ad apostolicam sedem non miserit: commissa sibi careat dignitate: sitque metropolitanis alijs licentia post secũdam & tertiam commonitionẽ viduatis ecclesijs cum concilio Romani põtificis ordinãdo episcopum subuenire. Si verò consecrandi episcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menses ecclesia viduata cõsistat: communione priuetur quousq; aut loco cedat, aut se consecrãdum offerre nõ differat. Quòd si vltra quinq; menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque ibi neq; alibi consecrationis donum percipiat, immò metropolitani sui iudicio cedat. ITEM Gregorius papa Brunichildæ reginæ. *Epist. 5. lib. 7.*

Honor pallij non detur nisi meritis exigentibus, & fortiter postulãti. 2

PRisca consuetudo obtinuit, vt honor pallij nisi exigentibus causarum meritis & fortiter postulanti dari non debeat. *2. pars.*

IDEM Ioanni Corinthiorum episcopo. *Idem Greg. epi. 55. siue ca. 99. lib. 4.*

Palea. 3

NOuit sanctitas tua quia prius pallium nisi dato cõmodo non dabatur: quod quia incongruum erat, facto concilio ante corpus Petri apostolorum principis, tam de hoc quàm de eorum ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo vt neque per commodum, neque per gratiam, aut quorundam supplicationibus aliquos ad sacros ordines consentiatis vel permittatis adduci. Causa- *3. pars.*
» rum verò merita accipienda sunt, vt & is qui postulat merea- GRATIA.
» tur accipere, & fidei suæ professionem prius iuramento

M.E.C.D. 2017

confirmet: & apoſtolicis decretis atque ſynodalibus ſtatutis ,, ſe obediturum, nihilominus caueat. Pallio autem non niſi ,, certis temporibus * & intra eccleſiam ad miſſarum ſolennia ,, cuiquam metropolitano vti liceat. ,,

* *diebus.*

VNDE Ioānes epiſcopus Gilberto Agrippinēſi epiſcopo. ,,

Niſi poſt conſuetam fidei profeßionem pallium dari non debet. 4

OPtatum tibi pallium nunc cōferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginam minus quàm oporteat cōtinere reperimus: cum videlicet nullam in ea ſanctarum vniuerſaliuin ſynodorum, in quibus fidei noſtræ ſymbolum continetur, nec decretalium pontificum Romanorū conſtitutorum ſecundū morē feceris mentionem. Sed nec illam propria ſubſcriptione munieras: ne aliquem qui hanc iureiurando firmaret miſeras.

Epiſt. III. lib. 7. ITEM Gregorius Aregio epiſcopo Francorum.

Qui pallium deſiderat accipere, prius à ſe amouere illicita promittat. 5

IN ea ſynodo quam contra ſimoniacam hæreſim per fratrē & coepiſcopum noſtrum Syagrium decreuimus cōgregari ſanctitatem veſtram volumus intereſſe. atque eidem fratri ita pallium quod trāſmiſimus tribui, ſi prius ſe promiſerit illicita quæ prohibuimus per diffinitionē ſynodi, à ſancta eccleſia remouere: de qua ſynodo omnem nobis ſubtiliter ordinē tuam fraternitatem volumus ſcriptis diſcurrēti bus nunciare: vt ipſe cuius nobis ſanctitas valde experta eſt, nos reddat de omnibus certiores. IDEM Vigilio epiſcopo Arelatenſi.

Idem Greg. Virgilio epiſt. 51. lib. 4. 4. pars.

Non niſi ad miſſarum ſolennia archiepiſcopo vti pallio licet. 6

PAllium tibi tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra tuam eccleſiam ad ſola miſſarum ſolennia vtatur.

Idem Greg. epi. 54. ſeu cap. 93. lib. 2.

ITEM Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

De eodem. *Palea.* 7

NOn multum temporis interuallum eſt, quòd quædā nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata: de quibus veniēte illuc Caſtorio notario ſanctæ eccleſiæ, cui deo auctore præſidemus, ſubtiliter nos iudicaſſe meminimus. peruenerat nāque ad nos quædā in eccleſia veſtra contra vtilitatē eccleſię, & conſuetudinis tramitem geri: quæ ſola (vt bene noſtis) eſt officij ſacerdotalis ereptio. Quæ ſi ſapientia veſtra vel manſuetè, vel cum epiſcopali ſuſcepiſſet ſtudio: non de illis accendi debuerat, ſed oportuerat hæc eadem cum gratiarum actione corrigere. IDEM Ioanni archiepiſcopo Rauennati.

a deeſt in meo manuſcri.

Idem Greg. epiſ. 54 lib. 2. ibidē continuò.

De eodem. 8

CONtra morem quippe eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſimè toleratur (quod à vobis abſit) etiam iniuſta correctio. & infra. Illud frater chariſſime non putamus tibi ignotum, quòd penè de nullo metropolitano in quibuſſibet mundi partibus ſit auditum, extra miſſarum tempus vſum ſibi pal-

lij

M.E.C.D. 2017

lij vendicasse: & quòd bene hanc consuetudinem generalis ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissimis significastis epistolis, quibus præceptum prædecessoris nostri Ioannis papæ nobis in subditis transmisistis annexum, contineus omnes consuetudines ex priuilegio prædecessorum nostrorum concessas vobis, vestræque ecclesiæ debere conseruari. confitemini igitur esse aliam generalis ecclesiæ consuetudinem, postquam ea quæ geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo nobis in hac re (vt arbitramur) poterit remanere dubietas. aut enim mos omnium metropolitanorum etiam à tua est fraternitate seruandus: aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptúmve à prioribus Romanæ vrbis pontificibus: quòd hæc Rauennati ecclesiæ sint concessa, à vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas: vsurpasse te comprobes quod feciſti. & infra. Decorari pallio nolumus, fortsan moribus indecori; dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulgeat quàm humilitas. Oportet ergo fraternitatem tuam si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere: aut generalitatis vsum ex non scripto sequi, aut ex scriptis priuilegiis se tueri. Quòd si postremo nihil horum est aliis metropolitanis huiusmodi te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

» Priuilegia quoque semper cum vsu pallij debent concedi.

» VNDE idem Gregor. Syagrio episcopo Augustudinensi. 5. *pars.*

Cum vsu pallij aliqua priuilegia debent concedi. 9 GRATIA.

RAtionis ordo omnino nos admonet vt cum vsu pallij aliqua priuilegia largiri debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet excrescere: vt cultui vestium, actionis quoque ordinamenta conueniant: oportet vt enixius in cunctis studiis se vestra fraternitas exerceat: & circa subiectorum actus sit cura vigilans. *Epist.* 112. *lib.* 7. *Epist.* 15. *seu ca.* 59. *lib.* 4.

IDEM Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ.

Vsus pallij concedatur: & antiqua priuilegia innouentur. 10

PAllium[a] vobis ex more trãsmisimus: & vices vos apostolicæ sedis agere, iterata innouatione decreuimus. a Vide Nouellã Iustiniani de Archiepiscopo Iustinianæ primæ.

IDEM episcopis Epiri. *Epist.* 7. *seu ca.* 107. *lib.* 5.

De eodem. 11

SCriptorum vestrorum insinuatio fratres chariſſimi patefecit Andream Nicomedianæ ciuitatis episcopum deo propitio solenniter ordinatum: cui pallium nos direxisse cognoscite: atque priuilegia cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulerunt.

M.E.C.D. 2017

IN VNA PROVINCIA DVO NON SINT METROPOLITANI.

DISTINCTIO CI.

GRATIAN. Cap. 2. IN vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio legitur statutum esse.

Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent. 1

PEruenit ad nos quòd quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam, per pragmaticum sacrum vnam prouinciam in duas diuidant: ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in vna eademq; prouincia esse. statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo: eos verò qui aliquid tale tentauerint, cadere de proprio gradu.

GRATIA. Hactenus de electione & ordinatione catholicorum clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat quid super hac hæresi sanctorum patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium: cuius negocium & de scienter à simoniacis ordinatis, & de ignoranter à simoniacis consecratis, & de ordinationibus quæ per pecuniam fiunt, contineat.

SECVN-

M.E.C.D. 2017

SECVNDA PARS DECRETORVM QVAE CAVSAS COMPLECTITVR TRIGINTASEX, INTERmixto de pœnitentia tractatu, in septem distinctiones diuiso.

QVIDAM habens filium obtulit eum ditissimo cœnobio, exactus ab abbate & à fatribus decem libras soluit vt filius susciperetur: ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante: creuit puer: & per incrementa temporum & officiorum ad virilem ætatem & sacerdotij gradum peruenit: exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur: interueniente obsequio & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi, consecratur iste in antistitem, nescius paterni obsequij, & oblatæ pecuniæ. procedente verò tempore nonnullos per pecuniam ordinauit: quibusdam verò gratis benedictionem sacerdotalem dedit. tandem apud metropolitanum suum accusatus & conuictus sententiam in se damnationis accepit. GRATIA.

Hinc primùm quæritur, an sit peccatum emere spiritualia? *quæst.1.*

Secundò, an pro ingressu ecclesiæ sit exigenda pecunia? vel si exacta fuerit, an sit persoluenda? *quæst.2.*

Tertiò, an ingressum vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum? *quæst.3.*

Quartò, an sit iste reus criminis quod eo ignorante pater admisit. *quæst.4.*

Quintò, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione quam paterna pecunia est assecutus? *quæst.5.*

Sextò, an illi qui ab eo iam simoniaco ignoranter ordinati sunt, abiiciendi sint, an non? *quæst.6.*

Septimò, si renuncians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non? *quæst.7.*

QVAESTIO PRIMA.

SPIRITVALIA EMERE NON LICET NEC VENDERE.

QVod autem spiritualia emere peccatum sit, probatur multis auctoritatibus. AIT enim Leo papa.

Simoniaci gratiam non præstant, quam vendere quærunt. 1 GRatia si nõ gratis datur vel accipitur, gratia nõ est. Simoniaci autem non gratis accipiunt. igitur gratiã quæ maximè in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt, Si aũt non

M.E.C.D. 2017

non accipiunt,non habẽt,ſi autem non habent,nec gratis nec non gratis cuiquam dare poſſunt. Quid ergo dant? profecto quod habent. Quid habent? ſpiritum vtique mẽdacij. Quomodo hoc probamus? quia ſi ſpiritus veritatis (teſtante ipſa veritate,de qua procedit)gratis accipitur : proculdubio ſpiritus mẽdacij eſſe cõuincitur qui nõ gratis accipitur vel datur.

*Epiſt.*110. *li.*7 ITEM Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

Inaniter ſacerdos dicitur,quicunque ſimoniacè ordinatur. 2

QVicunque ſtudet per precij dationem ſacrum ordinem accipere,ſacerdos non eſt: ſed inaniter tantummodo dici non concupiſcit. ITEM in regeſto.

Spolietur honore qui eccleſiam per pecuniam obtinet. 3

PResbyter ſi per pecuniam eccleſiam obtinuerit:non ſolum eccleſia priuetur,ſed etiam ſacerdotij honore ſpolietur:quia altare,& decimas,& ſpiritum ſanctum emere vel vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

De eodem. 4

BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, quid ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. ITEM in eodem.

Partem habebit cum Simone, qui contra ſimoniacos vehementer non exarſerit. 5

QVisquis per pecuniam ordinatur,ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Quiſquis ergo cõtra ſimoniacam & Neophytorum hæreſim pro officij ſui loco vehementer non exarſerit: cum eo ſe non dubiter habiturum portionem qui prius commiſit hoc piaculare flagitium. ITEM Gelaſius papa.

*Gela.pa.*1.*cap.* 26.*epiſt. ad epiſcopos Lucaniæ.* Ex ma.Iuo.

Simonis damnatio pariter dantem & accipientem inuoluit. 6

QVos conſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe precio dignitatem ,conuictos oportet arceri,non ſine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis (quam ſacra lectio teſtatur) inuoluit. ITEM Ambroſius in lib. paſtorali.

Anathematis ſententia damnatur,qui ſimoniacè ordinatur. 7

REperiuntur quam plurimi negociatione muneris mercari velle gratiam ſpiritus ſancti,dum illi preciũ donant vt pontificalis ordinis ſublimitatem accipiant obliti verborum Petri,qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum dei poſſe pecunia poſſideri. Proinde quia & vſitatũ eſt tantũ malũ,& maiorũ extat frequẽter mucrone ſucciſum:nos quoque huic vulneri cãcroſo ignitum (quod ſupereſt adhuc) iniicimus ferrum,decernẽtes omnino vt quicũque deinceps pro accipiẽda diuini dignitate doni quodlibet præmium detectus fuerit obtuliſſe : ex eodem tẽpore ſe nouerit anathematis opprobrio condẽnatum,atq; à participatione corporis & ſanguinis Chriſti alienũ,ex quo illum

Actuum 8.

M.E.C.D. 2017

lum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quòd si aliquis eius accusator extiterit: ille qui hunc ordinem munerum fuerit datione lucratus: & susceptо honoris gradu priuetur,& in monasterio sub perenni pœnitentia retrudatur. Illi verò qui hac causa munerū acceptores extiterint si clerici fuerint,honoris sui amissione mulctētur:si verò laici, perpetuo anathemate condēnentur. ITEM ex cōcilio Chalcedon. Cap.2.

Damnatur episcopus qui per pecuniam ordinationem facit. 8

SI quis episcopus per pecuniam ordinationē fecerit, & precio redegerit spiritus sancti gratiam, quæ vēdi non potest: ordinaueritque per pecuniam presbyterum aut diaconum, vel quemlibet de his qui cognominantur in clero, promouerit:& dispensatorem aut defensorem vel quemlibet qui subiectus est regulæ,pro sui turpissimi lucri cōmodo: is qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione quæ est pro negotiatione facta proficiat: sed sit alienus à dignitate vel solicitudine quā pecuniis acquisiuit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit: si quidem clericus fuerit,à proprio gradu decidat:si verò laicus, anathematizetur. ITEM ex octaua synodo.

A sacerdotio est alienus qui per pecunias ordinat vel ordinatur. 9

QVi per pecuniam quenquam consecrauerit, vel ab alio consecratus est:alienus à sacerdotio fiat.

ITEM Calixtus papa.

Nec ordinari nec promoueri in ecclesia dei per pecuniā aliquis valet. 10

SAnctorum patrum exempla sequentes, & officij nostri debito innonuantes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia dei vel promoueri, auctoritate sedis apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis verò in ecclesia ordinatiōnē vel promotionem taliter acquisierit: acquisita prorsus careat dignitate. ITEM Gregorius Nazianzenus.

De eodem. 11

QVi studet donum dei precio mercari,in sacro ordine nulla ratione de cætero permanere, aut reuocari posse dubium non est. talis à communione omnibus modis abscindatur. Nam spiritus sancti donū precio cōparari, quid aliud est quàm capitale crimē,& simoniaca hęresis?quod quàm detestabiliter in vtroque testamento vindicatum sit, multorum exemplis facile apparet:Giezi enim quia gratiā sanitatis Naaman Syro vendidit:eandem gratiam sanitatis Helisęo vindicante,leprosus factus amisit. Iudas qui omnium redēptorem vendidit:mox laqueo suspēsus,eandem redemptoris gratiam non obtinuit,& meritò:quia nemo potest retinere quod vendidit. Simon etiam magus cum eandem spiritus sancti gratiam

M.E.C.D. 2017

tiam emere vellet, damnationis ſententiam à Petro audiuit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia donũ dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Dominus etiam vt vendentes & ementes huius gratiæ expertes oſtenderet, cũctos alios peccatores per gratiam in tẽplo dimiſit: ſingulariter vendentes & ementes increpans & flagellans de tẽplo eiecit, in quo venditores & emptores ſuos gratia ſpiritus ſancti cõſtat deſtitutos eſſe & vacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, nunquam ſpiritus Chriſti ſibi faciet tẽplum. ITEM Cregorius.

Simoniaci ſacerdotes eſſe non poſſunt. 12

QVicunque ſacros ordines vendunt aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt, vnde ſcriptum eſt: Anathema danti, anathema accipienti: hoc eſt ſimoniaca hæreſis. Quomodo ergo ſi anathematizati ſunt & ſancti non ſunt: ſanctificare alios poſſunt? & cùm in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere vel accipere poſſunt? Qui maledictus eſt, quomodo benedicere poteſt? IDEM.

Greg.epi. 110. lib.7. ad Syagrium.

De eodem. 13

CVm liqueat hanc hæreſim ante omnia radice peſtifera ſurrepſiſſe. atq; in ipſa origine ſua apoſtolica eſſe deteſtatione damnatã: cur non cauetur? cur non perpenditur? quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, quia ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. ITEM Ambroſius de miniſterijs.

Ambr.ca.5. li. de dignitate ſacerdotali.

Qui precio ordinat, lepram, non officium confert. 14

CVm ordinaretur epiſcopus, quod dedit aurum fuit: quod perdidit anima fuit. cùm alium ordinaret: quod accepit, aurum fuit: quod dedit, lepra fuit. IDEM.

Ambroſ. ibidem

De eodem. 15

GRatiam cùm ordinareris, non ſuſcepiſti: quia gratuitò eam non meruiſti. ITEM idem de Giezi.

Ambr.ad ca. 4. Lucæ. li. 4. in commentariis.

De eodem. 16

CItò turpem ſequitur lepra mercedẽ: & pecunia malè quæſita corpus animamque commaculat. Vides quia facto auctoris ſucceſſio dãnatur hęredis. Inexpiabilis eſt enim culpa vẽditi miniſterij, & vindicta gratiæ cæleſtis trãſit in poſteros.

Denique Moabitæ & cæteri non intrabãt eccleſiam dei vſque in tertiam & quartam generationem. tandiu videlicet (vt ſimplicius interpretemur) donec culpam auctorũ, multiplicis ſucceſſio generationis aboleret. Sed cùm illi qui in deum idololatriæ errore deliquerunt, in tertiam & quartam generationem videantur eſſe mulctati: profecto durior eſſe videtur ſententia qua Giezi ſemen vſque in æternum pro cupiditate habendi prophetica auctoritate damnatur: præſertim cùm dominus Ieſus Chriſtus per lauacri regenerationẽ omnibus remiſſionem dedit peccatorũ. Cur ergo Giezi ſemen in æternũ dam-

Deut. 24. c
Nee. 13. a.
Mat. 28. d

M.E.C.D. 2017

damnatur? nisi vt vitiorū magis quàm generis semen sectātores intelligas. sicut enim qui filij promissionum sunt, existimantur in semen bonū: ita etiam qui erroris sunt, existimātur in semen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo sunt, non vtique carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi leprā cum diuitijs suis possident, & malè quæsita mercede non tā patrimonij facultatem, quàm thesaurū criminū cōgregauerunt æterno supplicio, & breui fructu. *Ioan. 8. f*

2. pars. GRATIANI

,, Quia ergo auctoritate Leonis papæ, simoniaci, nō nisi spiri
,, tum mendacij accipiūt: secundū Gregoriū apud simoniacos
,, sacerdotium non subsistit: benedictio eorum in maledictionē
,, cōuertitur, apud eos manet anathema danti & accipiēti, cùm
,, sancti non sint, nec in Christi constituti corpore, cùm sint ma
,, ledicti, nec sanctificare alios possunt, nec corpus Christi trade-
,, re vel accipere, nec benedicere alijs valent: secūdum Ambro-
,, sium verò anathematis opprobrio condemnantur, atque à par
,, ticipatione corporis & sanguinis Christi alienantur, cùm ac-
,, cipiatur aurum, & lepra detur: cùm inexpiabilis sit culpa ven-
,, diti ministerij: secundum Chalcedonēse concilium ex tali or-
,, dinatione nihil proficere iudicantur: secundum Gelasium Si-
,, monis damnatione inuoluuntur: secundū Cregoriū Naziāz.
,, in sacro ordine permanere, aut renouari nulla ratione possunt:
,, ab Helisæo lepra perfunduntur: à Petro in perditionem dam-
,, nantur, à Christo verò de templo eiiciuntur: quid aliud simo-
,, niacus simoniaco in sua ordinatione potest cōferre, nisi quod
,, Innocentius de cæteris hæreticis testatur, dicens. *Inno. pri. epi. 18 ad Alexandrū episcopum.*

Qui spiritus perfectionem non habent, ipsam dare non possunt. 17

QVi perfectionem spiritus sancti quam acceperant, perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt: quæ maximè operatur in ordinationibus: quam per suam perfidiam perdiderunt. Et iterum. Qui honorem non habuit, honorem dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante: sed damnationem quam habuit, per prauam manus impositionem dedit. *Idem epist. 22. ad episcopos Macedoniæ.*

Idem ad Rufum & Eusebium.

Simoniacus per prauam manus impositionem non benedictionem, sed damnationem præstat. 18 *Idem Ibidem.*

VEntum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cùm nos dicimus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionē habere caput. vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda qua possit recipere sanitatem: quæ sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit: atque vbi pœnitētiæ remediū necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere nō posse decernimus. nam (sicut legitur, qui tetigerit immundū,

im-

M.E.C.D. 2017

immundus erit)quomodo ei tribuetur quod mũditia & puritas consueuit accipere? Sed econtra asseritur eum qui honorem amisit, honorem dare non posse:nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est certè, quia quod non habuit, dare non potuit:damnationem vtique quam habuit, per prauam manus impositionem dedit,& qui particeps factus sit damnationis:quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possum: Sed dicitur vera & iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre potest omne vitium quod à vitioso fuerat iniectum. ergo si ita est,applicentur ad ordinationẽ sacrilegi,atque omniũ criminũ rei,quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. nullus pœnitentiæ locus sit:quia potest id prẹstare ordinatio quod longa satisfactio præstare consueuit. Sed nostræ lex ecclesiæ venientibus ab hæreticis qui tunc illic baptizati sunt, per manus impositionẽ laicam tantummodo tribuere communionem consueuit, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum surrogare.

Leuit. 15.

3. pars GRATIANI

Sed obiicitur:alij hæretici à fide exorbitãt: simoniaci autẽ etsi gratiam spiritus sancti venalem putant,tamen à fide alieni non sunt:atque ideo quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur,non valet de his consequenter intelligi.

His ita respõdetur: Simoniaci etsi fidẽ tenere videãtur, infidelitatis tamen perditione subiiciuntur.

VNDE beatus Ambrosius in lib. j. de pœnitentia ad Nouatianum scribit,dicens.

Amb. ca. 4. li. 2 de pœnit. aduersus Nouatianos.

Simoniaci fidei integritatem non habent. 19

PEtrus cum Simõn magicę artis cõsuetudine deprauatus putasset quòd gratiam Christi per impositionem manus, & infusionem spiritus sancti pecunia compararet, ait: Non est tibi sors neque pars in hac fide,quia cor tuum non est rectum apud deum. Vides quod hunc magica vanitate blasphemantẽ in spiritum sanctum apostolica auctoritate condemnat:& eo magis,quòd puram conscientiam fidei non habebat.

Acto. 8. b.

ITEM Gregorius in regesto.

Greg. epi. 53. li. 9. ad Theodoricum regem Francorum.

Simoniacus infidelis esse probatur. 20

CVm omnis auaritia idolorum sit seruitus, quisquis hanc, & maximè in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni subiicitur, etiam si tenere fidem verbis(quam negat facto) videatur.

Coloss. 3. a

GRATIANI

ITEM ex epistola Tharasij Constantinopolitani episcopi, missa papæ Hadriano.

Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior esse probatur. 21

EOs qui per pecunias manus imposuerunt vel imponũt, Petrus diuinus apostolus cuius cathedram sortita est sanctitas vestra,

M.E.C.D. 2017

veſtra, tanquam Simonem magum deponit. Tolerabilior eſt enim Macedonij & eorum qui circa ipſum ſunt ſpiritus ſancti impugnatorum impia hæreſis. Illi enim creaturam & ſeruum Dei patris & filij ſpiritum ſanctum delyrando fatentur, iſti verò ſpiritum ſanctum efficiunt ſuum ſeruum. Omnis enim dominus quod habet ſi vult vendit, ſiue ſeruum, ſiue aliquid aliud eorum quæ poſſidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens eſſe quod emerit, per precium pecuniæ illud acquirit. Ita & hi qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt ſpiritui ſancto: æqualiter peccantes his qui blaſphemauerunt dicentes Chriſtum in Beelzebub eiicere dęmonia, atque (vt verius dicamus) Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis occiſoribus Chriſtum vendidit. Cùm ergo ſpiritus ſanctus conſubſtantialis ſit Chriſto, eiuſdem ipſi portionis erunt. & proculdubio in eis non eſt gratia ſpiritus ſancti, id eſt ſacerdotij ſanctitas: nam quod non acceperunt, non habent, Ait enim Petrus Simoni: Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Nam & viceſimus nonus canon ſanctorum apoſtolorum, & actus eorundem, & tertius & quartus liber Regum alienum omnino à ſacerdotio pronunciant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, ſiue ante manus impoſitionem ſiue poſt. Accipere enim eſt quandocunq; accipere. ITEM ex concilio Bracharenſi ij.

Matth. 12. *b*
Matth. 26. *b*
Acto. 8. *b*

Cap. 3.

Et qui dat, & qui accipit vt ordines ſacri præſtentur, anathema ſit. 22

PLacuit vt de ordinatione clericorum epiſcopi munera nulla ſuſcipiant, ſed (ſicut ſcriptum eſt) quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent: non aliquo precio Dei gratia & impoſitio manuum venundetur: quia antiqua diffinitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit dicens: Anathema ſit danti & accipienti. Propterea enim quia multis ſceleribus aliquanti obruti ſancto altario indignè miniſtrantes, non hoc teſtimonio bonorum operum, ſed profuſione munerum obtinent, oportet non per gratiam munerum, ſed per diligentem prius diſcuſſionem, deinde per multorum teſtimonium clericos ordinare.

Matth. 10. *c*

» Ex illa auctoritate beati Ambroſij & Gregorij pater, quod
» ſimoniaci (ſicut & alij hæretici) à fide exorbitant: & ideo con-
» ſequenter de illis intelligitur quod de aliis decernitur. Item
» opponitur quòd prophetia donum ſpiritus ſancti eſt, hoc au-
» tem in veteri teſtamento à ſanctis prophetis vendi conſueue-
» rat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non ni-
» ſi cum munere ire præſumpſit. Vxor etiam Hieroboam ad
» hominẽ Dei non niſi cum munere acceſſit. Item Chriſtus à
» Iuda venditus, auriculã ſerui ſanauit. Exẽplo iraque Saulis &

GRATIA.

4. *pars.*

1. *Reg.* 9. *a*
3. *Reg.* 14. *a*
Luc. 22. *c*

M.E.C.D. 2017

vxoris Hieroboam patet quòd donum ſpiritus ſancti emere vel vendere non eſt peccatum. Exemplo Chriſti liquet quòd ſpiritus ſanctus etſi iniuſtè à ſimoniacis venalis puterur, virtutis tamen ſuæ gratiam non obliuiſcitur, nec deſinit effectū ſuæ gratiæ etiam venditus præſtare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in Micheam competenter ſoluit, malos tantùm accepiſſe, & non bonos denuncians.

Hiero. ad locum Micheæ 3.

Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant. 23

Audite hæc principes Mich. 3.d

IVdices, inquit, eius in muneribus iudicabāt, ſacerdotes eius in mercede reſpondebant: & propheтę eius in pecuniis diuinabant, & ſuper dominum requieſcebant, dicētes: Nónne dominus eſt in nobis? Non veniant ſuper nos mala. Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem vt cuſtodia pomarij erit. Nemo ambigat Hieruſalem propter ſcelera quę in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubuerſam. Et paulò poſt. Po-

Acto. 8.d

terat Petrus Simoni mago vendere quod petebat, imò poterat ſimulare vendentem: ſpiritus enim ſanctus, nec vendi, nec emi poteſt: ſed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. Nec quenquam moueat illud quod in primo Regum libro le-

1. Reg. 9.

gimus Saulem volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia precium quod offerret pro vaticinio non haberet: & puerum reſpondiſſe: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ. Hāc dabo viro Dei, & annunciabit nobis viam noſtram. Non enim ſcriptū eſt quòd Samuel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potius paſcuntur à propheta. Sed fac eum accepiſſe. ſtipes magis aſtimandę ſunt tabernaculi, quàm munera propheræ. Siclus enim vigin

Exec. 45.d

ti obolos haber, & quarta pars ſicli quinque ſunt oboli. Et noſtri ergo ſacerdotes ſi volunt vendere prophetiam, & colūbas

Ioan 2.c

in cathedris ſuis proponere quas dominus flagello ſubuertit: quinque tantùm obolorum ſint mercede conteti. qui vtinam non precia villarum, ſed quinque obolos acciperent. Hoc

3. Reg. 14.c

ipſum ſonat & in tertio regnorum libro, quòd vxor Hieroboam infirmante filio, pergit ad Achiam hominem Dei, & defert ei decem panes, & cruſtulā, & vas mellis: quia hæc magis in ſumptum prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputanda ſunt: licet potuerunt hi qui ad ariolos ire conſuetant, ex mala eorum cōſuetudine idipſum exiſtimaſſe etiam de prophetis: & voluiſſe ſanctis viris offerre, quod diuinis offerre conſueuerant. Vnde in quarto libro Regum legitur, quòd

4. Reg. 8.b

Heliſæus venit ad Damaſcum, & Benadab rex Syrię ægrotabat, annunciauerunt qúe ei dicentes: Venit vir Dei huc. Ait rex ad Azaelem: Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & conſule dominum per eum dicens: Si euadere de infirmitate hac potero? Iuit igitur Azael in occurſum eius, habens

M.E.C.D. 2017

habẽs secum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Elisæo legitur quòd Naaman mundatus à lepra obtulit ei munera, dicens: Obsecro te vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. IDEM in eodem. *Ibidem 5. c*

Quòd diuinatio in bonum non accipitur. 24 *Idem Hiero. ad ca. Michæ. 3.*

NVnquam diuinatio in bonam partem accipitur. Videbantur quidẽ sibi esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio.

Cùm ergo secundum Hieronymum boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi, mali autem quia accipiebant, prophetiam quæ Dei erat donum, in diuinationem quæ diabolica est, conuertebant: quid aliud colligitur nisi quòd in simoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in sacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus: quis operatur in eis si dominus qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus? GRATIAN. *1. Cor. 3. b*

Item, quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus auriculam restituit Malcho, & fecit miracula: sic & spiritus sanctus possit vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari: non valet hæc similitudo. Non enim operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimoniis auaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa ad exẽplum patiẽtiæ. Si enim omnifaria est similitudo: cùm credatur posse vendi, sicut Christus credatur etiam spiritus sanctus posse crucifigi, quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt à similitudine non recedamus) quod sicut Christus venditus non venditori vel ementi: sed eis qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce supplicauit: sic & spiritus sanctus non vendenti vel ementi, sed his qui de manibus eorum ignorantia ducti, sacramenta dominica accipiunt, suæ gratiæ effectum largiri probatur. Item obiicitur quòd etsi malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe sinistra principia ad fœlices perueniunt exitus. Vt enim Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem: vt seges quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia quæ per simoniam acquiritur, fœlicem habet exitum cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur. *Luc. 22. e* *Ioan. 18. b* *Luc. 23. e* *Gen. 27. f*

AIT enim Leo episcopus ad Mauros episcopos. *Leo pa. 1. epist. 85. ad episcop. Africæ*

M.E.C.D. 2017

Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu. 25

PRincipatus quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit: etiam si morib⁹ aut actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est pernicioſus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio.

ITEM Gregorius Antiocheno episcopo.

Epist. 47. lib. 7. *Non superædificatur bonum opus vbi Christus fundamentum non est.* 26

CVm Paulus dicat: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: con

1. Cor. 3. c sequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis est superædificium.

ITEM Syagrio episcopo.

Idem Greg. Epi. 110. lib. 7. *Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniacè acquisita.* 27

NOn est putanda eleemosyna si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione mala accipit vt bene dispenset, grauatur potius quàm iuuetur. Vnde etiam certum est quia etsi monasteria vel xenodochia, vel quid aliud ex pecunia quæ pro sacris ordinibus dantur, constructuantur: non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeam⁹ accipere, pro-

Prou. 21. d hibet scriptura dicens: Hostiæ impiorum abominabiles sunt domino, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat ira-

Ibidem 3. b cundiam, sed irritat. Hunc rursum scriptū est: Honora Deum de tuis iustis laboribus. Qui ergo malè tollit, vt quasi bene præbeat: constat quia sine dubio dominum non honorat.

Eccle. 34. d Hinc quoq; per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis: idem est ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur: & hinc facilè cognoscitur quantus apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est sub obtentu eleemosynæ peccata symoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata perpetrare. & post pauca. Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quod est subiturus one re metiatur: vt si est impar, abstineat: & ad id cū metu etiam cui se sufficere existimat, accedat. ITEM Theodorico & Theodeberto regibus Francorum.

Greg. epi. 114. lib. 7. Vide Volaterranum charta. 19. *Pastor Simoniacus nullam ouibus præbet medicinam.* 28

FErtur Simoniaca hæresis (quæ prima cōtra Dei ecclesiā diabolica supplātatione subrepsit, & in ipso ortu suo zelo apostolicæ vltionis percussa atque dānata est) in regni vestri finibus dominari: cùm in sacerdotibus fides sit eligēda cum vita.

si enim

M.E.C.D. 2017

si enim vita deest, fides meritum nō habet: beato Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeāt sacerdotis qui honorē tanti sacramenti cōuincitur obtinere per præmium? & post pauca. Hinc igitur non sōmū in ordinatoris & ordinati animā lethale vuln⁹ infligitur, verūetiam excellentiæ vestræ regimē vestrorū episcoporum culpa (quorū magis intercessionibus iuuari debuerat) prægratuatur. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorū copia suffragatur: restat vt nihil sibi in ecclesiasticis honorib⁹ grauitas, nihil sibi defendat industria: sed totum auri profanus honor * obtineat: & dū vitia honor remunerat, in locum vltoris is fortasse qui fuerat vlciscēdus adducitur: atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato namq; pastore quis curandis ouibus adhibet medicinam? Aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hostium sese feriendum exponit? Aut qualem fructum de se productūrus est, cui graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam prouocant, quàm per semetipsos placare debuerant.

Iaco. 2. c

* amor

In hanc rem vide miras Tragœdias principum Francorum & Brunichildis. in veris chronicis.

Cùm ergo secundū Leonem simonia nō bono peragatur exitu: secundū Gregorium nullū boni operis sequatur ædificium: nec est putanda eleemonsyna quæ ex precio simoniæ erogatur pauperibus, vulnerato pastore medicina nō adhibetur curādis ouibus: de infecta radice fructus non producitur, maior etiam calamitas in futuro metuitur: ergo de tā siniſtro principio quis fœlix exitus speratur. HINC. etiā Aug. ait.

GRATIAN.

Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ carent. 29

SIcut eunuchus fuit qui Ioseph comparauit: ita qui gratiam mercatur, viuum semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificij qui per septuaginta annos Babylonicę captiuitatis sub aqua vixerat, extinctus est Antiocho Iasoni vendente sacerdotium: quod significauit spiritus sancti ignem non lucere in simoniacis sacramentis. Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit, nisi quia sacramenta simoniacorum (sicut & cæterorum hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam, inania tamen & falsa sunt quātum ad effectum, cùm non possint in cordibus hominum gignere vel accendere cœlestem gratiam. SED obiicitur illud Augustini contra hæreticos.

2. Mac. 1. f. & 4. a.

Siue bonus siue malus sit minister: per vtrunque effectus gratiæ confertur. 30

SI iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicēs: Ego plantaui, Apollo rigauit:

Aug. tra. 5. super euang. Ioan. 5. pars.

1. Cor. 3. b

M.E.C.D. 2017

Deus autem incrementū dedit. Qui verò ſuperbus fuerit miniſter, cum Zabulo computabitur: ſed non contaminatur donum Chriſti: quia per illum purus fluuius tranſit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non poteſt: etſi per lapideos canales tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur: ſed ortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur: ſed per immundos tranſiens, non coinquinatur.

Aug. epiſt. 48. to. 2.

IDEM ad Vincentium Donatiſtam.

De eodem. 31

EX Catholica eccleſia ſunt omnia ſacramẽta dominica: quæ ſicut habetis & datis, ſic habebantur & dabãtur priuſquam inde exiretis. ITEM ad Donatiſtas.

De eodem. 32

SIc autem Deus adeſt ſacramẽtis & verbis ſuis per quoſcunque adminiſtrentur quorum ſacramẽta & verba recta ſunt: ſicut mali homines, qũibus nihil proſunt, vbiq; peruerſi ſunt, id eſt intus & foris. IDEM 33

NEc foris ergo nec intus quiſquã qui ex patre diabolo eſt, poteſt in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum quod Chriſti eſt. IDEM ad Demetrium.

Sacramenta quæ non mutantur, catholicis & hæreticis communia probantur. 34

SAcramenta quæ non mutaſtis, ſicut habetis approbantur à nobis: ne fortè cùm veſtrã prauitatem corrigere volumus, illis myſteriis quç in veſtra prauitate deprauata non ſunt, ſacrilegam faciamus iniuriam. Neque Saul deprauauerat vnctionem quam acceperat: cui vnctioni Dauid pius ſæpius exhibuit tantum honorem. IDEM ad Donatiſtas.

Aug. cap. 13. lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, tom. 7.

De eodem. 35

SIcut ficti veraciter nõ fictè recipiunt, nec eorum baptiſma reprobatur: ſic & illa quæ ſchiſmatici & hæretici non aliter habent, nec aliter agunt quàm vera eccleſia: dum ad nos veniunt, non emendamus, ſed potius approbamus.

IDEM contra Petilianum.

Non effugiantur ſacramenta à quocunque miniſtrentur. 36

NEque in homine bono aliquis Dei ſacramẽta fugiat, neq; in homine malo. IDEM in lib. de baptiſmo. li. 6. cap. 44.

Hominum malitia ſacramenta non profanat. 37

Matth. 10. NOnne Sodomitæ ethnici erant, id eſt gentiles? peiores ergo Iudæi, quibus dominus dicit. Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis, & quibus propheta dixit: Iuſtificaſtis Sodomam, id eſt comparatione veſtri iuſta facta eſt. Nunquid tamen ideo ſacramenta diuina quæ apud

Ezech. 16 f.

Iudæos

Iudæos erant, talia erant quales & ipsi erant? quæ Dominus quoque ipse susceptit: & ad ea celebranda leprosos quos mundauerat, misit: & ea Zacharię ministranti, angelus astitit: eumque in templo sacrificantem exauditum esse nunciauit. Hæc eadem sacramẽta, & in bonis hominibus illius temporis erãt, & in malis peioribus quàm sint ethnici, quandoquidẽ in malitia prælati sunt Sodomitis: & tamen illa sacramenta erant in vtrisque integra & diuina. Nam & ipsi gentiles si quid diuinum & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti viri: quamuis illi per suas superstitiones & idololatriam superbiamque, & cæteros perditos mores detestandi essent: & nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi. *Luc. 1. b*

IDEM. *Aug. c. 16. li. 3. de baptismo.*

Sacramenta mali habere possunt, licet virtutem spiritus sancti habere non possunt. 38

MVltæ autem operationes sunt spiritus sancti: quas cùm Apostolus in quodam loco cõmemorasset, ita concluſit: Omnia autẽ hæc operatur vnus & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Cumque aliud sit sacramẽtum, quod habere etiam Simon magus potuit: & aliud prophetia, quæ in malis hominibus etiã fieri solet, vt in Saul: aliud operatio eiusdem spiritus sancti, quã nisi boni habere nõ possunt, id est charitas: quodlibet horum hæretici & schismatici accipiunt. Charitas quæ operit multitudinem peccatorum, propriũ donum est catholicæ vnitatis & pacis: nec est in omnibus donum eius: quia nec omnes sunt eius. *1. Corinth. 12. a*

IDEM. *August libr. 3. c. 18. de baptis.*

Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant. 39

REmissionem peccatorum auari non dant: quæ per orationem, id est per columbæ gemitum datur, quicũque baptizat, si tamen ad eius pacem illi pertinent quibus datur: non enim raptoribus & fœneratoribus dixit dominus: Si cui dimiseritis peccata,, dimittuntur illi: si cui tenueritis: tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquis potest, nec solui. vbi nõ sit qui alium ligare possit aut absoluere: sed soluitur qui cum colũba fecit pacem: & ligatur qui cum columba non habet pacẽ: siue aperrè foris sit, siue intus esse videatur. *Ioan. 20. c*

» Si ergo sacramenta in modum lucis ab immundis coin- GRATIAN.
» quinari non possunt: si in modum puri fluuij per lapideos ca-
» nales ad fertiles areolas perueniunt: patet quòd simoniaci
» sacramentum vnctionis sibi quidem inutiliter & perniciosè
» habent, aliis vtiliter & salubriter eandem vnctionem administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum quantum ad formam: ita sunt vera & non inania quantum ad
» effectum. Sed notandum est, quòd sacramentorum alia 6. pars.

M.E.C.D. 2017

sunt necessitatis, alia dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem: illa sacramenta quæ saluti sunt necessaria, quia iterari non possunt, cùm sint vera: auferri vel amitti non debent: sed cum pœnitentia rata esse permittuntur. Illa verò sacramenta quæ sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita vt digni dignè à dignis promoueantur: dignitates esse desinunt: nō vt minuatur veritas sacramenti, sed vt cesset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione. Loco, vt ait Leo.

Leo pa. 1. epist. 90. ad Rusticū episcopum.

De his qui à pseudoepiscopis ordinantur. 40

SI qui à pseudoepiscopis ordinati fuerint, potest rata haberi talis ordinatio, ita vt in ipsis ecclesiis perseuerent. aliter vana habenda est talis ordinatio.

GRATIAN. Ecce aliquis à pseudoepiscopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutauerit, vana est: & sine administratione erit talis ordinatio. Tempore, vt ait Innocentius de ordinatis à Bonoso hæretico.

Inno. 1. epi. 22. ca. 5.

Quæ pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessabunt. 41

QVod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate debet cessare pariter quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio.

GRATIA. Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bonoso similis sit ordinatus, cessabit ab administratione: quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, vt ait Leo.

Leo pa. 1. epi. 3 ad Iulianum.

Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt. 42

SI quis hæreticæ communionis contagione se maculauerit, hoc in magno beneficio habeat, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inuenitur ordine permaneat.

GRATIA. Ecce si clericus vel ordinatione vel quolibet sacramento hæreticis communicat: cessans à promotione vix in suo ordine perseuerat. Non est enim de sacramēto hoc, vt de cæteris. Cætera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptismus & pœnitentia: vel pro culpis non in æternum sed ad horam negantur, vt Eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitēti etiam de nefariis peccatis conceditur. hoc non solùm pro culpa, sed etiam pro infamia, interdum etiam pro munditiæ suæ imminuta vel extrinsecæ vel intrinsecæ perfectionis prærogatiua, vt digamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur: quibus tamen baptismus vel Eucharistia non negatur. Potest etiam talis cætera sacramenta sacerdotaliter administrare, qui istud solum non valet conferre. Vnde Leo ait.

Idē Leo epi. 85. ad episcopos Africanos.

De

M.E.C.D. 2017

De episcopis qui talem consecrant, qualem consecrare non licet. 43

SI qui episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem nõ liceat esse: etiam si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint: ordinationis tamen ius vlterius non habebunt: nec illi vnquã sacramento intererunt quod immerito præstiterũt.

» Ecce cùm honoris periculum euadant, vt cætera sacramenta GRATIA.
» sacerdotaliter administrare admittantur: ab hoc solo non mo-
» dò pro hæresi vel pro qualibet maiori culpa, sed etiam pro ne-
» gligentia remouentur. In quibus omnibus solicitè notandum
» est quòd sacramentum sacerdotalis promotionis præ cæteris
» omnibus magis accuratè & dignè dandum vel accipiendum
» est: quia nisi ita collatum fuerit, eo desinet esse ratum quo nõ
» fuerit ritè perfectum. Cætera enim sacramẽta vnicuique pro-
» pter se dantur, & vnicuique talia fiunt, quali corde vel con-
» scientia accipiuntur. Istud solum non propter se solum, sed
» propter alios datur: & ideo necesse est, vt vero corde mundaq;
» conscientia quantum ad se sumatur, quantum ad alios verò
» non solum sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia pro-
» pter scandalum fratrum, ad quorum vtilitatem non solum vt
» præsint, sed etiam vt prosint, sacerdotium datur.

VNDE Hieroymus in Micheam. *ad cap. 3. in commentarijs.*

Simoniaci rei sunt infidelitatis eorum qui à se scandalizantur. 44

HI quoscunque de affectis suis ordinantes, & vitam eorum in scandalum populi exponentes: rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizantur. Reuera enim qui ad hoc eliguntur vt cæteris præsint: sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cæteris assumuntur?

HINC etiam Symmachus Laurentio Mediolanen. episcopo.

Sicut honore, ita & scientia quisque præcellere debet. 45

VIIissimus computandus est nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior.

» Patet ergo illud Augustini, sacramenta videlicet Christi per *7. pars.*
» hæreticos ministrata, suo non carere effectu: non de omnibus GRATIA.
» intelligi generaliter, sed de sacramento baptismi.

VNDE idem Augustinus ait. *Augu. tract. 5. in Ioan.*

Baptismus siue per bonum, siue per malum ministretur, reiterari non debet. 46

DEdit baptismum Iudas, & non baptizatum est post Iudã: dedit Ioannes, & baptizatum est post Ioannem: quia qui datus est à Iuda, baptismus Christi est: qui à Ioanne, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, sed baptismum Christi etiã per Iudę manus datum, baptismo Ioannis rectè præponimus. Item: Quos Iudas baptizauit, & Christus. sic ergo quos baptizat *Ibi paulo inferius.*

M.E.C.D. 2017

ebrius, homicida, adulter: Christus baptizat Item sacramentū ecclesię tam magnum est, vt nec ab homicida ministrante polluatur. IDEM contra Donatistas.

De eodem. 48

Aug. cap. 4. lib. 4. de baptismo.

SIcut vrgeri videor dum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit peccatum cùm iustè baptizat: sic & ego vrgeo dum dico: ergo auarus religionis simulator peccata dimittit. Si per vim sacramenti: sicut ille, ita & ille. & si per meritum suum: nec ille, nec ille. Illud enim sacramentum Christi & in malis hominibus esse cognoscitur. In corpore autem vnicæ columbæ immaculatæ, nec ille, nec ille inuenitur: vt si cuius manus esset arida, verum quidem esset membrum, quanuis sine sanguine & inefficax esset & mortuum. sic & fides cùm sit vera, tamen sine operibus mortua est. Item sic in hæresi baptizatus in nomine sanctæ trinitatis, non fit tamen templum dei si ab hæresi non recesserit: quoniam neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum dei, si ab auaritia non recedat, quæ est idolorum seruitus.

GRAT. 8. *pars.* *Cap. 1. lib. 6. de baptismo.*

Ex his itaque verbis apparet baptisma, quod ab hæreticis tribuitur, virtute sua remissionem conferre peccatorum. Sed idem Aug. econtra testatur in lib de baptismo dicens.

Baptisma Christi etsi nulla peruersitate violetur: apud hæreticos tamen caret effectu. 49

ETiam corde tardiores intelligunt baptismum Christi nulla peruersitate dantis vel accipientis posse violari. Sed quia aliud est sacramentum ab effectu sacramenti: cùm eos qui in ipsa vnitate ecclesiæ perditè viuunt, constet remissionem peccatorum, nec dare nec habere posse: quia non malignis, sed bonis filijs dictum est: *Matth. 6. b* Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur, cui tenueritis, tenebuntur: patet ergo hæreticos tantum dare vel accipere sacramentum baptismi, & non dare remissionem peccatorum.

Aug. serm. 11. tomo 10.

IDEM in verbis domini de blasphemia spiritus sancti. 50

COrporalia sacramenta quæ portant & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam habere pietatis possunt: virtus verò inuisibilis & spiritualis, ita in eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur membrum quando amputatur à corpore.

Ambr. de ijs qui mysterijs initiantur. Cap. 4. Roman. 14.

ITEM Ambrosius in libro de initiandis rudibus.

De eodem. 51

NOn sanat baptismus perfidorum: non mūdat, sed polluit: qui in diluuio aquarum ad dominum non approximabunt: quia vt per Apostolum dicitur: Quicquid non est ex fide, peccatum est. & ipsis qui faciunt, & quibus faciunt, non solum non prodest, sed & ad iudicium est.

ITEM

M.E.C.D. 2017

ITEM Leo ad Nicetem episcopum. Leo pa. 1. epi. 77. ad Nicetam cap. 7.

Per manus impositionem confirmentur qui ab hæreticis baptisma accipiunt. 52

HI qui baptisma ab hæreticis acceperunt cùm antea baptizati non fuissent: sola spiritus sancti inuocatione per impositionem manus confirmandi sunt: quia formam tãtum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. & hanc regulam (vt scitis) seruandam in omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur: dicente apostolo, Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio spiritus sancti inuocanda: vt quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur. Ephes. 4. a

» Sed notandum est quòd hæretici, vt Ariani & Sabelliani, 9. pars.
» quorum alij inæqualitatem, alij indiscretionem personarum GRAT.
» confitebantur: baptisma non in forma ecclesiæ, sed suæ peruer
» sitatis ministrabant. De his specialiter Ambrosius locutus est
» dicens: Non sanat baptismus hæreticorum, &c. sed etiam reba
» ptizentur & reordinentur, &c.

VNDE in concilio Nice. statutum est. Cap. 19. Nicen.

Rebaptizentur & reordinentur qui de Paulianistis & Cataphrygis ad ecclesiam redeunt. 53

SI quis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Gataphrigis, statutum est rebaptizari eos omnino debere. Si qui verò clerici erant apud eos: si quidem inculpati fuerint & irreprehensibiles, rebaptizandi sunt: & rursus etiam ab episcopo ecclesiæ catholicæ ordinẽtur. Si verò examinati minus apti fuerint deprehensi: deponi eos oportet. Similiter autẽ & circa diaconos, & de omnibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. ITEM Innocentius. Innoc. pap. 1. epist. 22. ca. 5. ad episc. Macedoniæ.

De eodem. 54

PAulianistæ in nomine patris & filij & spiritus sancti minimè baptizant, & Nouatiani eisdem nominibus tremendis baptizant: nec apud istos de vnitate potestatis diuinæ, hoc est, patris & filij & spiritus S. quæstio aliquando cõmota est, &c.

» Alij formam ecclesiæ in baptizando seruant: sed dum ab GRAT.
» eis baptizantur qui in hæresi vel schismate eis communicant:
» sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt: virtutem ve-
» rò non consequuntur quam sine fide nullus consequi potest.
» vnde de domino dicitur quòd in patria sua non poterat facere Luc. 4. d
» signum propter incredulitatem eorum.

VNDE Augustinus in homil. lxxx. Aug. tract. 80. ad ca. 15. Ioan.

Dum verbum accedit ad elementum, fit sacramentum. 55

DEtrahe verbum ab aqua, quid erit nisi aqua? accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. vnde ista tanta virtus

M.E.C.D. 2017

virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? non quia dicitur: ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens: aliud virtus manens. De his etiam qui in hæreſi vel ſchiſmate baptizantur, ſcribit Auguſtinus ad Petrum diaconum dicens.

Cap. 27.

Extra eccleſiam baptiZati perniciem ſibi cumulant, ſi ad eccleſiam non redierint. 56

FIrmiſſimè tene, & nullatenus dubites extra eccleſiam baptizatis ſi ad eccleſiam non redierint, baptiſmo cumulari perniciem. Tantum enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio ad ſalutem, vt baptiſmo non ſaluetur, cùm ibi non datur vbi oportet vt detur. IDEM.

Aug. tract. 13. ſuper Ioannem.

Inutilia ſunt dona quæ præter vnitatem eccleſiæ habentur. 57

TEneamus, fratres mei, vnitatem. Præter vnitatem etiam qui facit miraculũ, nihil eſt. In vnitate erat populus Iſrael, & non faciebat miracula. Præter vnitatem erãt magi Pharaonis, & faciebãt ſimilia Moyſi. populus Iſrael (vt dixi) nõ faciebant miracula. Qui erant ſaluãdi apud deum? qui faciebãt miracula, an qui non faciebant? Petrus apoſtolus reſuſcitauit mortuum. Simon magus fecit multa. Erant quidam Chriſtiani qui non poterant facere quod faciebat Petrus: nec quod faciebat Simon: ſed inde gaudebant quia nomina eorum ſcripta erant in cœlis. ITEM Leo ad Nicetem epiſcopum.

Exod. 7. d.

Act. 9. g

Leo pap. 1. epiſt. 77. cap. 7.

Baptiſma ſemel traditum, amplius non eſt reiterandum. 58

HAnc regulam conſeruandam in omnibus eccleſiis prædicamus, vt lauacrum ſemel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: Vnus deus, vna fides, vnum baptiſma: cuius ablutio nulla reiteratione violanda eſt: ſed ſola ſpiritus ſanctificatio inuocanda, vt quod ab hæreticis nemo accepit, à catholicis ſacerdotibus conſequatur.

Epheſ. 4. a

Nemo in hæreſi vel ſchiſmate conſtitutus intelligẽdus eſt. Cæterùm ſi cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorũ in forma eccleſię aliquis baptiſma acceperit, tunc impletur illud Auguſtini. Per lapideum canalem aqua tranſit ad areolas. & iterum, Spiritualis virtus ſacramenti. &c.

10. *pars.*

Aug. tract. 5. in Ioannem.

ITEM in libro de blaſphemia ſpiritus ſancti.

Etiam per malos boni colliguntur. 59

SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia etiam in iſto tempore quo velut granum atteritur cum palea, ſic operatur, vt nullius veram confeſſionem aſpernetur, nullius ſimulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, vt etiam per illorum miniſteriũ probos colligat.

Ecce quandoque ab hæreticis baptiſma cum ſua virtute ac- «
cipitur: cuius tam neceſſaria adminiſtratio eſt, vt nec etiam à «
paganis datum poſſit reiterari. vnde in eccleſiaſtica hiſtoria le- «
gitur

GRAT.

M.E.C.D. 2017

„ gitur quòd Alexander episcopus Alexandriæ cùm Petri Mar-
„ tyris solennia celebraret: post expleta missarum sacramenta vi-
„ dit super oram maris puerorum ludum, imitantium (vt fieri so
„ let) episcopũ, & gerentiũ ea quæ in ecclesia geri mos est. Mox
„ eos ad se perduci iubet, & quid egissent, percunctatur. Illi rei
„ ordinem pandunt, baptizatos à se esse quosdam catechume-
„ nos confitentur per Anastasium puerum qui illis fuerat epi-
„ scopus simulatus. Vbi ex responsis eorum vidit secundum re-
„ ligionis nostræ ritum cuncta constare, statuit illis quibus inte-
„ gris interrogationibus & respõsionibus aqua fuerat infusa, ite-
„ rari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ sacerdotibus
„ mos est. HINC etiam Isidorus ait.

Iuo Carn. refert ex eodem lib. 1. de sacra. bapt.

De his qui per ignorantiam ordinantur antequam baptizentur. 60

SI quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipse vlterius non ordinetur: sed Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed tantum spiritum dei submministrare gratiam credit baptismi, licet paganus sit qui baptizet.

**Palea.* 61

**In veteti manuscrip. non est palea, sed idem contextus cum superiore.*

SI presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatũ, baptizetur & ordinetur iterum: & omnes quos prius baptizauit. Quòd autem cætera sacramenta ab hæreticis ministrari non possint, testatur Hieronymus in Aggeum prophetam.

Iuo ibid. refert. Hieron. ad cap. 2. Aggei.

Non placent deo quæ ab hæreticis offeruntur. 62

SIc populus iste hæreticorum omniũ est in conspectu meo, dicit dominus, Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel eleemosynas, siue ieiunia, vel corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo, quanuis enim sancta videantur specie sui quæ offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima, polluuntur omnia.

Amos. 5. f

ITEM in Amos propheta.

Hieron. ad cap. 5. Amos.

De eodem. 63

ODit deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit, & quotienscunque congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas. ITEM in Osee.

Osee 8.

De eodem. 64

ILli offerunt sacrilegum panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem: quæ ego si verè fiant, holocausta interpretor. cùm autem scientiam dei reliquerint, frustra truncato capite fidei cætera membra habere se iactant.

Hier. ad cap. 8. Osee. Idem ad cap. 1. epistolæ. Galat. 3. a

IDEM in epistola ad Galatas.

Sine

M.E.C.D. 2017

Sine fide & charitate nec Euangelium habetur, nec prosunt aliqua bona. 65

MArcion & Basilides & cæteræ hæreticorum pestes non habent dei euangelium: quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. IDEM.

Hier. ad cap. 5. epist. ad Galat.

De eodem. 66

VIde quantum bonum est charitas. si ita martyrium fecerimus, vt nostras velimus ab omnibus reliquias honorari: & si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus: & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: huic operi non tam præmium quàm pœna debetur: & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ.

Cap. 32. ITEM ex concilio Laodicen.

Hæreticorum benedictio, maledictio est. 67

NOn oportet hæreticorum benedictiones accipere: quoniam magis sunt maledictiones quàm benedictiones.

Cap. 71. li. Martini Brac. epi. de synodis Grecor. ITEM ex concilio Martini papæ.

Neque cum hæreticis neque cum schismaticis licet orare. 68

NOn liceat clericis vel laicis ab hæreticis eulogias, id est, benedictiones accipere: quia maledictiones sunt magis quàm benedictiones: neque liceat aut cum hæreticis aut cum schismaticis orare.

Leo pap. 1. epi. 38. ITEM Leo ad Anatolium Constantinop. episcopum.

Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia. 69

IN ecclesia dei (quæ corpus Christi est) aliter nec rata sunt sadotia, nec vera sacrificia, nisi in proprietate suæ naturæ verus nos pontifex reconciliet. ITEM Leoni Augusto.

Leo pap. 1. ad Leonem Augustum epist. 73.

Impiorum manibus diuina sacramenta se subducunt. 70

MAnifestum est, per crudelissimam & insanissimam vesaniam in Alexandrina sede omne cœlestium sacramentorum lumen extinctum. intercepta est sacrificij oblatio: defecit chrismatis sanctificatio: & paricidalibus manibus impiorum omnia sese subtraxere mysteria.

Epi. 6. ad Magnum lib. 1. ITEM beatus martyr Cyprianus in epistola contra hæreticos.

Sacramenta extra ecclesiam ministrari possunt: salutem verò conferre non possunt.

SI quis, inquit, de ecclesia hæretica præsumptione exierit, à semetipso damnatus est. Cum huiusmodi (secundum Apostolum) nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regum: vbi cùm homo dei ad Hieroboam missus esset quòd peccata sua exprobraret, atque vltionem suam futu-

1. Corinth. 5. d 3. Reg. 13. e

ram

M.E.C.D. 2017

ram prædiceret: panē apud illum edere, & aquam bibere prohibitus est. quod cùm non custodisset, diuina sententia inde rediens morsu leonis in itinere interijt. An debet quisquam dicere sacramētum salutare & gratiam cōlestem cōmunem cū hæreticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis? Constat autem oleum vnde baptizati vnguntur, sanctificari: & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, vbi spes nulla est, & fides falsa: vbi omnia per mendacium geruntur. Nam hęreticus more simiarum quæ cùm homines non sint, formam humanā imitantur: vultum ecclesiæ catholicæ & auctoritatem sibi & veritatem vendicat: cùm ipse in ecclesia non sit. benedicit, cùm à deo sit maledictus. vitam pollicetur, cùm sit mortuus. deū inuocat, cùm sit blasphemus. sacerdotium administrat profanus. munus petit ante altare sacrilegus. Ad hęc omnia accedit & illud malū, vt antistes diaboli audeat Eucharistiam facere: cùm nec sacrificari oblatio illic possit vbi spiritus sanctus non sit: nec cuiquam dominus per eius preces & orationes prosit, qui deum ipse violat. Si enim qui ecclesiam violant, Ethnici & publicani habentur: multo magis rebelles & hostes falsa altaria & illicita sacerdotia & sacrificia sacrilega & omnia adulterina fingentes, inter Ethnicos & publicanos necesse est vt computentur: quos omnes constat à charitate & vnitate ecclesiæ catholicæ recessisse. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia sunt & inania & falsa: ita vt nihil eorū quæ illi gesserunt, à nobis probari debeat. Non statim suscipienda sunt & assūmenda quæ iactantur in Christi nomine, sed quæ gerūtur in Christi virtute. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus à deo possunt, qui contra deū quod eis non licet moliuntur? Quare qui hæreticis & schismaticis patrocinantur, censura diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non solum duces & auctores, sed etiam participes destinari: nisi se à cōmunione malorum separauerint: præcipiente domino per Moysen: Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum: & nolite tāgere de omnibus quæ sunt in eis: ne simul pereatis in peccatis eorum. Et quod cōminatus dominus per Moysen fuerat, impleuit: vt quisquis se à Chore & Dathan & Abyron non separasset, pœnas statim pro impia communione solueret. Sic etiam per Osee prophetam spiritus sanctus testatur dicens: Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabantur. docens scilicet & ostendens omnes omnino cum auctoribus & fautoribus supplicio coniungi, qui fuerint peccato eorum contaminati. ITEM Augustinus.

Numer. 16.d

Osee 9.a

In lib. sentent. ex Aug. ca. 15.

M.E.C.D. 2017

Vera sacramenta non nisi in fide ecclesiæ celebrantur. 72

EXtra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij.

Greg ca. 31. li. 3. dialog.

ITEM Gregorius in iij. lib. dialogorum ait de Ermigildo rege Leouigili filio.

De manu hæreticorum communio non est recipienda. 73

SVperueniente paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopum misit, vt ex eius perfidis manibus sacrilegæ consecrationis communionem acciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo deditus, Ariano episcopo venienti exprobrauit, vt debuit: eiusque à se perfidiam dignis increpationibus repulit. ITEM Innocentius cap. vij.

Inno. pap. 1. epi. 18. ad Alexandrum epiſcop. Antiochenum, cap. 3.

Sacerdotes hæreticorum, Christi honoribus non habentur digni. 74

ARianos præterea cæteraſque huiusmodi pestes detestamur. Quia eorum laicos conuersos ad deum, sub imagine pœnitentiæ, ac spiritus sancti sanctificatione per impositionẽ manus suscipimus: non videntur clerici eorum cum sacerdotij aut cuiuspiam ministerij suscipiendi dignitate esse: quoniam quibus solum baptismũ ratum esse permittimus, (quod vtique in nomine patris, & filij, & spiritus sancti percipitur) nec spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate illisque ministeriis arbitramur: quoniam cùm à catholica fide eorum auctores discederent, etiam perfectionem spiritus quam acceperant, amiserunt: nec dare eius plenitudinem possunt (quæ maximè in ordinationibus operatur) qui per impietatis suæ perfidiam, fidem domini perdiderunt, propter quod fieri non potest vt eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur: quorum laicos imperfectos (vt dixi) ad spiritus sancti percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. Item legitur: Qui tetigerit immundum, immundus erit. Quomodo ergo ei tribuetur qui immunditias & spurcitias consueuit accipere? & infrà. Qui particeps factus est damnati: quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possumus.

Leuit. 22.

Ex eo autẽ quòd manus impositio iterari percipitur, sacra- "
GRATIA. mentum non esse ostenditur. "

Aug. ca. 16. lib. 3. contra Donatistas.

VNDE Augustinus de baptismo lib. iiij.

Manus impositio non est sacramenti iteratio. 75

MAnus impositio non sicut baptismus repeti non potest. quid enim est aliud nisi oratio super hominem?

Cùm ergo Innocentius solum baptisma hæreticis ratũ esse "
GRAT. permittat: cùm Gregorius sacrilegam vocet consecrationem "
Arianorum, cùm Cyprianus quæcunque ab hæreticis fiunt, "
carnalia & inania & falsa iudicet, cùm Hieronymus omnia "
quæ ab eis offeruntur, contaminata in conspectu dei asserat, "

cùm

M.E.C.D. 2017

cùm Leo extra ecclesiam,nec rata sacerdotia, nec vera sacrificia esse testetur:patet quòd sacramenta ecclesiastica præter baptisma(vt suprà dictū est)ab hæreticis ministrari non possunt.

ITEM obiicitur illud Hieronymi ad Luciferianum.

Hieron. aduersus Luciferianos tom.2.

Qui in baptismo sanctus est,ad altare peccator non accedat. 76

SIcut Christus est qui baptizat, ita ipse est qui sanctificat. Vnde oro te vt aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma approbas:aut reprobas eius baptisma,quem non putas esse sacerdotem.neque enim potest fieri, vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.

Sed hoc de peccatore tantum catholico, non de hæretico intelligendum est,qui quicquid cum fide catholica pro officio suo facit licet indignus,tamen diuina gratia cooperante ratū esse creditur:alioquin si de hæreticis dictum intelligitur, ipse sibi contrarius esset, cùm dicat in Osee: Sacrificia eorum,&c. & alibi in persona domini.

GRATIA.

Osee 9.a

Benedictionibus hæreticorum deus maledicit. 77

MAledicam benedictionibus vestris. Hoc est, quicquid à vobis benedicetur,per me erit maledictum. Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem ad Luciferianum de ecclesiastico peccatore. De quo Augustin. ait in libro de corpore domini.

Hieron.ad cap. 8.Osee.

Malac.2.a

II. *pars.*

Boni & mali sacerdotes,æquè corpus Christi conficiunt. 78

INtra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote:quia non in merito consecrātis,sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. Si ergo in merito esset sacerdotis,nequaquam ad Christum pertineret. nunc autem sicut qui baptizat,ipse Christus est: ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc suam efficit carnem,& transfundit in sanguinem. Credendum est enim quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio,eius vtique verbo recreantur ad melius.

ITEM in libro secundo contra epistolam Parmeniani.

Aug.ca.10.lib. 2.contra epist. Parmen.

De eodem. 79

OMnia sacramenta obsunt indignè tractantibus,prosunt tamen per eos dignè sumentibus,sicut & verbum dei. Vnde dictum est: Quæ dicunt,facite:quæ autem faciunt,facere nolite. ITEM in tractatu epistolæ Ioan.

Matth.23.a

Tractat.7.

De his qui sanctis malè vtuntur. 80

PRophetauit Saul rex malus cùm etiam sanctum Dauid persequeretur. Non ergo se iactent,qui fortè sine charitate habent sanctum munus dei, sed videant qualem rationem sint habituri cum deo,qui sanctis non sanctè vtuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt in iudicio: In nomine tuo prophetauimus.

Matth.7.c

M.E.C.D. 2017

quibus non dicetur,mentimini:ſed non noui vos, &c. Spiritum ergo prophetiæ dicendi ſunt habuiſſe, ſed non meritum.

ITEM Hieron.in Aggeum ij.cap.

Hieron.ad ca.2. Aggei in cõmen.

Quiſquam non tam ſanctificatur ex hoſtijs, quàm pro peccato polluitur. 81

*val.ô populo.

O *Propheta qui altari tantum extructo, & domo mea diruta hoſtias mihi offers in altari,& victimis eius ſanctificari te putas: ſcito quoniam ſanctum quidem eſt quod offertur in altari:ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs,quàm ex mortuis operibus pollueris.

ITEM Auguſtinus in lib.de verbo domini.

Aug.ſerm.II. de verbis dom.

Contra ſpiritum ſanctum verbum dicitur,cùm ex diſperſione nunquam reditur. 82

ITa fit verbum contra ſpiritum ſanctum, cùm ex diſperſione ad congregationem nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit ſpiritum ſanctum. ad quam congregationem etſi per malum clericum, ſed tamen catholicum miniſtrum reprobum & fictũ ſi aliquis acceſſerit corde non ficto, in ipſo ſpiritus ſanctus operatur remiſſionem peccatorum,qui in ſancta eccleſia ita operatur,vt reprobos fugiat, & tamen per eorum miniſterium probos colligat.

Aug.cap.II.lib. 2.contra epiſt. Parmeni.

IDEM in ſermone de remiſſione peccatorum.

Non meritis hominum, ſed virtute ſpiritus ſancti peccata remittuntur. 83

VT euidenter oſtenderet dominus à ſpiritu ſancto quem donauit fidelibus ſuis,dimitti peccata, non meritis hominum:quodam loco ſic ait:Accipite ſpiritum ſanctum. & continuo ſubiecit:Si cui dimiſeritis peccata, remittuntur ei. hoc eſt,ſpiritus ſanctus dimittit, non vos. Proinde ſicut is quem ſacerdos tolerat in eccleſia, eſt tamen extra eccleſiam & extra corpus eius,cuius caput eſt Chriſtus,ſi ei oſtiarius non aperuerit:ita non ideo extra eccleſiam eſt, & non eſt de corpore, ſi quis paſtoris præiudicio compellitur foris eſſe.

Ioan.20.f

ITEM Ambroſius de ſacramentis.

Ambr. lib. de ijs qui initiantur myſterijs, ca.5.

Deus non merita perſonarum, ſed ſacerdotum officia conſiderat. 84

CVm ſcriptura teſtetur, quòd ad preces Hieroboam ignis deſcẽdit de cœlo,& rurſus precãte Helia ignis emiſſus eſt qui ſacrificia conſumeret, datur intelligi quòd deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia ſacerdotum. Ignis ille viſibilis mittebatur vt crederent, nobis inuiſibilis operatur quòd credimus.Credo ergo adeſſe dominum Ieſum inuocatum precibus ſacerdotum, qui ait: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ſum in medio eorum.

Iudic.6.f
3.Reg.10.
Matth.18.c

ITEM Gregorius.

Non

M.E.C.D. 2017

Non merita ſacerdotum, ſed virtus diuina ſacramenta ſanctificat. 85

MVlti ſecularium hominū cùm plus ſacerdotis vitā quàm ſuam diſcutiunt, in magnum contemptionis diuinorum ſacramentorū crimen incurrunt . magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligētes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis, quam dum incautè feſtinant auellere, erroris in foueam dilabuntur, minus quidem conſiderantes, quòd non eos ſacerdotum vita læderet, ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotū admonitionibus autem accommodarēt: ſed dū hypocritarum more plus illorum famam quàm propriam vitā vel vitæ negligentiam diiudicant, ſpernunt ſancta monita, & ſpiritualia dona: vnde fit vt non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, vt nec corporis cōmunionem nec ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectam aſſumant: putantes hanc minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta myſteria plus ab alijs ſanctificata poſſe fieri credant, cùm vnus idemque ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terrarum incomprehenſibiliter ea myſteria occultè atque inuiſibiliter & operando ſanctificet, & benedicendo benedicat. Myſterium itaque, fratres, ob hoc dicitur, quòd ſecretam & reconditam habet diſpenſationē. Sacrificium autem, quaſi ſacrum factū, quia prece myſtica cōſecratur pro nobis in memoriam dominicæ paſſionis. Sacramentū verò eſt in aliqua celebratione, cùm res geſta ita fit, vt aliquid ſanctificatè accipiamus quod ſanctè accipiendum eſt. Sunt autem ſacramēta baptiſma, chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegmento corporalium rerū diuina virtus ſecretius ſalutem eorundem ſacramentorū operatur. vnde à ſecretis virtutibus, vel ſacris ſacramenta dicuntur. quæ ideo fructuoſè penes eccleſiā fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus eorundem ſacramentorū latenter operatur effectū, cuius panis & calicis ſacramentum Græcè Euchariſtia dicitur: Latinè bona gratia interpretatur. & quid melius corpore & ſanguine Chriſti? Siue ergo per bonos, ſiue per malos miniſtros intra eccleſiam diſpenſetur, ſacramentum tamē eſt: quia ſpiritus ſanctus myſticè illud viuificat: qui quondam apoſtolico in tempore viſibiiibus apparebat operibus. Nec bonorum meritis diſpenſatorum ampliatur, nec malorū attenuatur: quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementū dat deus. Hoc de corpore & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti, hoc etiā de baptiſmate & chriſmate ſentiendum eſt & tenēdum, quia virtus diuina ſecretius operatur in eis: & diuina ſolūmodo hæc eſt vit- *1. Corinth. 3.*

M.E.C.D. 2017

tus siue potestas,non humanæ efficaciæ. Polluimus itaquè panem,id est corpus Christi, quando indignè accedimus ad altare,& sordidi mundum sanguinem bibimus.& infrà.Maledicam(inquit)benedictionibus vestris,hoc est his quæ nũc meis benedictionibus possidetis, seu quicquid à vobis benedicitur, maledicam:vel quoniam non benedicunt sanctis ex vero corde:vel quia qui iniquè agunt,benedicuntur ab eis: adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint.

Malach.2.a

ITEM Fabianus papa episcopis orientalibus.

Fab.epist.2.

Non sacerdotum merita, sed quæ docent & ministrant, considerare debemus. 86

SIgnificastis insuper pleroſque attendere multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter viuere sermonibus & sacramentis quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines qui hos intuendo Christum obliuiscũtur,qui & multo antè prædixit vt legi dei potius obtemperetur,quàm imitandi videantur illi qui ea quæ dicunt non faciunt, & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiam eum euangelizare cum cæteris misit.nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt,ne habendam docuerunt.

ITEM Nicolaus papa Michaeli imperatori.

Nicol.pap.1.

De eodem. 87

NOn quales sacerdotes domini sint:sed quid de domino loquantur,est vobis magnopere præuidendum:nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendendum quid sint: sed quid pro correctione ecclesiarum,quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos inferiores dicetis scribis & pharisæis sedentibus super cathedram Moysi,de quibus dominus præcepit dicens:Quæcunque dixerint vobis,facite: secundum opera eorum nolite facere. Ergo imperator considera,si illos dixit audiendos qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius qui super cathedram Petri residenț, esse existimes obaudiendos? ITEM Augustinus contra Petilianum.

Matt.23.d

Lib.2.cap.22. contra literas Petil.tom.7.

Sacerdotum immunditia sacramentum non polluit. 88

DOminus declarauit in vno cœtu hominum eadem sacramenta sumentium, non obesse mũdis aliquorum immunditiam.Petilianus dixit:At si quisquã carmina sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde sacerdos est quòd ore sacrilego carmen publicat sacerdotis?Augustinus respondit:Ita istud dicis,quasi modo quęramus quid sit verus sacerdos,& non quid sit verũ baptisma. Vt enim quisquam sit verus sacerdos, oportet vt non solum sacramento,sed iustitia quoq; induatur:sicut scriptum est:Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autem solo sacramento sacerdos est,sicut fuit pontifex Caiphas persecutor vnius & verissimi sacerdotis:quanuis ipse verax non est,

Cap.30.eiusde.

psalm. 131. Idem continuo.

quod

M.E.C.D. 2017

quod dat tamen verum eſt,ſi non dat ſuum ſed dei. Idem Cretenſes malæ beſtiæ,pigri corde. Si ergo Apoſtolus alienigenę neſcio cuius teſtimonium quia verum cõperit, etiam ipſe atteſtatus eſt: cur nos apud quẽcunque inuenerimus quod Chriſti eſt:& verum eſt,etiam ſi ille apud quẽ inuenimus, peruerſus & fallax eſt: non diſcernimus propter vitium quod homo habet,veritatem quam nõ ſuam ſed Chriſti habet:& dicimus, ſacramẽtum hoc verum eſt,ſicut ille ait: teſtimonium hoc verum eſt? Sed nunquid ideo dicimus, etiã ipſe homo verax eſt: quia dicimus,ſacramentum hoc verum eſt? Vobis autem neceſſe eſt vt ſemper erretis quandiu propter hominũ vitia, dei ſacramenta violatis,aut nos propter dei ſacramenta quæ in vobis violare nolumus,etiam veſtri ſchiſmatis ſacrilegium aſſumere putatis. Itẽ Baptiſmi ergo puritas ab impuritate vel immunditia conſciẽtiæ ſiue dantis ſiue accipiẽtis omnino diſtincta eſt. Itẽ. Memento ſacramentis dei nihil obeſſe mores malorum hominum quo illa vel non ſint, vel minus ſancta ſint. Item. Si non habebat Saul ſacramenti ſanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem perſequebatur? Nam eum propter ſacramenti vnctionem & honorauit viuũ,& vindicauit occiſum. Et quia vel panniculũ ex eius veſte abſcidit,percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocẽtiam,& tamen habebat ſanctitatem non vitæ ſuæ,ſed vnctionis. nam hæc ſine innocentia haberi non poteſt: ſed ſacramentum dei (quod & in malis hominibus eſt) ſanctum eſt. Item. Nos dicimus tale cuique ſacrificium fieri qualis accedit vt offerat, & qualis accedit vt ſumat:& eos de ſacrificijs taliũ manducare,qui ad illud tales accedunt quales & illi ſunt. Itaque ſi offerat deo malus, & accipiat inde bonus,tale cuique eſt,qualis quiſque fuerit: quia & illud ſcriptum eſt: Omnia munda mundis. Per hanc ſententiam veridicam & catholicam etiã vos Optati ſacrificio non eſtis polluti,ſi facta eius diſplicebant vobis: non vtique panis illius panis luctus erat,ſub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat. Sed panem luctus omnibus vobis cõmunem eſſe,omnium veſtrum malum ſchiſmatis facit. Item: Gratias ago deo quia tandem confeſſus es poſſe valere inuocatũ nomen Chriſti ad aliorum ſalutẽ, etiam ſi à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige: cùm Chriſti nomẽ inuocatur,non obeſſe aliorum ſaluti aliena peccata. IDEM in libro pſalmorum.

Ad Ti..1. Ibidem paulo inferius.

Etiam per malum miniſtrum dona dei ad eos perueniunt, qui cum fide accipiunt. 89

CHriſtus quid fecit nobis, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, vt ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis,& ore ſuo commendatam, ſicut cæteris apoſtolis traderet?

Cap.35. eiuſdẽ lib.2. Ibidem cap.47. Ibidem cap.48. 1.Reg.24.d. Cap.52. eiuſd. Ad Tit.1.d Ibidem cõtinua. Ca.54. eiuſdẽ. Mat.26.b Ioan.14.c Ioan.6.g Mat.10.a

M.E.C.D. 2017

deret? Quid nobis fecit Christus, qui eundem traditorem suũ quem diabolum nominauit, qui ante traditionem domini, nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandũ regnum cœlorum misit? vt monstraret dona dei peruenire ad eos qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. ITEM Gregor.

Sacramentis, episcopi malitia non nocet. 90

NOn nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis neque ad ecclesiæ consecrationem: quia baptisma à deo datur, non ab homine venit. Sic & Eucharistia & omnia quæcunq; in altari ponũtur, non ab homine, sed à deo sanctificatione accipiunt. SED obiicitur illud Hier. in Sophoniam.

Hieron. c. 3.

Non verba sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt. 91

SAcerdotes qui Eucharistiæ deseruiunt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in lege Christi putantes Eucharistiam imprecantis facere verba, non vitam: & necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotũ merita, de quibus dicitur: Sacerdos †in quacunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes domino.

Leuit. 21. c.

†in quo.

ITEM Alexander.

Alexand. epi. 2.

Tanto facilius sacerdotes exaudiũtur, quãto apud deũ sunt digniores. 92

IPsi sacerdotes pro populo intepellant: & peccata populi comedunt, quia suis precibus ea delent atque consumunt. qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur.

ITEM Gelasius [a] Elpidio episcopo. 93

a Helpidio.

Nõ adest sacramentis spiritus sanctus quæ per criminosos ministrantur.

SAcrosancta religio quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vẽdicat, vt ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini mysterij consecrationem cœlestis spiritus inuocatus aduenier, si sacerdos & qui eũ adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur? ITEM Gregor. in regesto.

Ex mag. Iuone.

Epist. 24. lib. 1.

Manus immunda tacta inquinat, non mundat. 94

NEcesse est vt munda sit manus quæ diluere sordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet si sordida* sequens lutum tenet: Scriptum nanque est: Mũdamini qui fertis vasa domini. Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiũt.

*si sordida ipsa stercoris lutum.

Esa. 52. d

ITEM Augustinus.

Aug. homil. 26. lib. 50. homil.

Aequè seruandum est verbum Christi, & corpus Christi. 95

INterrogo vos fratres vel sorores, dicite mihi, quid plus videtur vobis? corpus Christi, an verbum Christi? Si vultis verè respondere, hoc dicere debetis, quòd non sit minus dei verbum, quàm Christi corpus. Et ideo quanta solicitudine obser-

uamus

M.E.C.D. 2017

uamus quando nobis Christi corpus ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat: tanta solicitudine obseruemus, ne verbum domini quod nobis erogatur: dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat: quia non minus erit reus, qui verbū dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. ITEM.

Idem Aug. cap. 14. li. 4. de trin.

De eodem. 96

NEque potest ritè offerri, nisi per sacerdotem iustum & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur quod offertur, pro quibus offertur: atque id sine vitio sit, vt pro vitiosis mundandis possit offerri. hoc certè omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium deo volunt.

GRATIAN.

» Cùm vita sacerdotum Eucharistiæ necessaria esse dicitur,
» non consecrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim
» effectum salutis confert ei quem merita faciunt indignum, po
» tius completur in eo illud Apostoli: Qui mãducat corpus do-
» mini, & bibit eius sanguinem indignè, iudicium sibi mandu-
» cat & bibit. Ergo contra eos qui crebra oblatione sacrificij se
» putant posse mundari, non cessantes impiè agere in lege dei,
» intelligitur illud esse dictum Hieronymi. Quòd verò sacer-
» dos etiam si malus sit, tamen pro officio suæ dignitatis gratiã
» transfundat hominibus: testatur Augustinus in libro quæstio- *Quæst. 11. ex veteri testam.*
» num veteris & noui testamenti.

Sacerdotes nomen domini inuocant: dominus autem benedictionem præstat. 97

DIctum est à domino in Numeris ad Aaron: Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego dominus benedicam eis: vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus: nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem dignitas sit sacerdotalis ordinis vel officij, hinc aduertamus. Dictũ est autem de nequissimo Caipha interfectore saluatoris inter cætera. Hoc autem à seipso non dixit, sed cùm esset princeps & pontifex sacerdotũ anni illius, prophetauit. per quod ostenditur spiritum sanctum datorem gratiarum, non personam sequi digni aut indigni, sed ordinem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus: vel officij ministerium exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.

Num. 6. d

Ioann. 11. f

GRAT.

» Quòd verò per hæreticos sacramenta dignitatis ministra-
» ta dicuntur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasij
» papæ: qui ordinationem Acatij quanuis hæretici, ita ratam
» approbat, vt etiam eis quos post damnationem baptiza-
» uit vel ordinauit, in nullo ream personam nocuisse asserat.

M.E.C.D. 2017

Sed hoc eum illicitè & non canonicè, imò cõtra decreta suo- «
rum prædeceſſorum feciſſe & ſucceſſorum, probant Felix & «
Gelaſius, qui Acatium ante Anaſtaſium excommunicauerũt: «
& Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundem Acatium «
dãnauit. Vnde etiam ab eccleſia Romana repudiatur, & à deo «
fuiſſe percuſſus legitur etiã in geſtis Romanorum pontificũ, «
hoc modo: Anaſtaſius ſecundus natione Romanus, &c. Re- «
quire retro in tractatu decretalium epiſtolarum. «

Aug. lib. 2. contra epiſc. Parmen. cap. 13. tom. 7.

ITEM obiicitur illud Auguſtini ad Parmenianum de hæreticis & damnatis.

Qui recedit ab eccleſia, nec baptiſma, nec ius dandi amittit. 98

QVod quidam dicunt: Baptiſma quod accepit, non amittit qui recedit ab eccleſia: ius tamen dandi quod accepit, amittit: multis modis apparet fruſtra & inaniter dici.

Primò, quia nulla oſtenditur cauſa cur ille qui ipſum baptiſmum amittere non poteſt, ius dandi poſſit amittere: vtrunque enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrunque homini datur, illud cùm baptizatur: iſtud cùm ordinatur. Ideo nõ licet à catholico vtrũque iterari. Nã ſiquando ex ipſa parte venientes etiam præpoſiti pro bono pacis correcto ſchiſmaticorum errore ſuſcepti ſunt: etſi viſum eſt opus eſſe vt eadẽ officia gererent quæ agebant, non ſunt tamen rurſus ordinãdi: ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra: quia in præciſione fuerat vitium, quod †vnitate pacis eſt correctum: non in ſacramẽtis, quæ vbicunque ſunt, ipſa vera ſunt. & cùm ipſi expedire videtur eccleſiæ, vt præpoſiti earum venientes ad catholicam ſocietatem, honores ſuos ibi non adminiſtrent: nõ eis tamen ipſa ordinationis ſacramenta detrahũtur, ſed manẽt etiam ſuper eos. Ideoq; non eis in populo manus imponitur: ne non homini, ſed ipſi ſacramẽto fiat iniuria, & infrà. Sicut autem †eſt in baptiſmo quòd per *eos dari poſſit, ſic in ordinatione ius dandi eſt: vtrunq; quidẽ ad perniciem ſuam quandiu charitatem non habent vnitatis. Sed tamen aliud eſt prorſus non habere: aliud pernicioſe habere: aliud ſalubriter habere. Quicquid non habetur, dandũ eſt cùm opus eſt dari. Quod verò pernicioſe habetur: per correctionem depulſa pernicie agẽdum eſt vt ſalubriter habeatur. Quòd etſi laicus alicui perẽnti neceſſitate compulſus baptiſma dederit, quod cùm ipſe acciperet, quomodo dãdum eſſet alicui, didicit; neſcio an quiſquam dixerit piè eſſe repetẽdum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt. Si autẽ neceſſitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictũ eſt. Sed ſi in nulla neceſſitate vſurpetur, & à quolibet cuilibet detur: quod datum fuerit, non poteſt dici non datum: quanuis rectè dici poſſit illicitè datum. Illicitam ergo vſurpationem corrigit reminiſcentis & pœniten-

†vnitatis pace.

†habent.
*omnes.

M.E.C.D. 2017

pœnitentis affectus:quod si non correxerit, manebit ad pœnam vsurpationis quod datum est, vel eius qui illicitè dedit, vel eius qui illicè accepit:non tamen pro non dato habebitur. Si enim aliqui furtim & extraordinariè non in monetis publicis aurum vel argentum percutiendo signauerint:cùm fuerit deprehensum:nónne illis punitis, vel indulgentia liberatis,cognitum regale signum thesauris regalibus congregatur? Et paulò post.

Si fortè militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruit,& ad clementiam imperatoris cõfugerit, & impetrata venia militare iam cœperit:nũquid homine liberato atque correcto character ille repetitur: an non potius agnitus approbatur? An fortè minus habẽt sacramẽta christiana q̃ corporalis hæc nota?cùm videamus nec apostatas carere baptismate:quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus nõ restituitur:& ideo amitti non posse iudicatur. De his qui ab ecclesiæ catholicæ vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est quin habeãt & dare possint † sacramẽta:sed perniciose habẽt, pernicioséque tradunt:quia extra vinculũ pacis sunt. Neutri sacramẽto iniuria facienda est,& infra. Sicut non rectè habet qui ab vnitate recedit, sed tamen habet: & ideo redeunti non redditur:sic etiam non recte dat qui ab vnitate discedit: sed tamen dat quod accepit:& ideo quod accepit,ab eo venienti ad vnitatem non iteratur.& infra. Sicut redeunti non † datur quod & foris habebat:sic venienti repetendum non est quod foris acceperat. Vnde consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corrigendam:sanctitatem autem sacramẽtorum in nullo peruerso esse violandam. Constat enim eam in peruersis hominibus & sceleratis,siue in eis qui intus sunt,siue in eis qui foris sunt, impollutam atque inuiolabilem permanere:& quòd dicuntur eam mali polluere,quãtum in ipsis est dicuntur:cum illa impolluta permaneat: sed in bonis permanet ad præmium:in malis permanet ad iudicium. & infra. Quomodo catholici non clarificant dominum,qui sacramenta eius tam debita veneratione prosequuntur, vt etiam si ab indignis tractata fuerint, vel sua peruersitate damnatis:illa intemerata sanctitate permanere demonstrantur.

† *baptismum*

† *redditur.*

» Ex his verbis Augustini constat in omnibus tam apostatis
» quàm hæreticis vel damnatis permanere Christi sacramenta
» vera quantũ ad se,& sancta: & nisi pœnitentia vel indulgẽtia
» subuentum fuerit,ad damnationem vsurpatoris peruenient,
» vel habentis,vel dantis,vel accipientis. Quid ergo prodest
» quòd vera & sancta sunt,cũ vsurpatores suos æquè perimãt,
» ac si essent mala & noxia? Crassus aurum sitiuit, aurum bibit,
» æquè periit vero auro sicut vero veneno. Itẽ aurum æquè verũ

12. *pars.* GRATIAN.

M.E.C.D. 2017

est in arca furis, sicut in thesauris regis . sed à fure quia illicitè habetur,illicitè datur vel accipitur:à rege autē licitè habetur,licitè datur & accipitur:ideo ipse fur, & cōmunicator furti(nisi fortè de conscientia furti se purgauerint) vt perhibet Gelasius ad Anastasium imperatorem,vterque iustè & dignè damnabitur.Opponitur autem huic sententiæ Augustini:Potestas dandi baptismum,& ius consecrandi dominicū corpus, & largiendi sacros ordines,plurimum inter se differunt. Suspenso enim vel deposito sacerdote,nulla ei relinquitur potestas sacrificandi. Sacramentum tamen baptismi non solum à sacerdote deposito,vel laico catholico,verumetiam ab hæretico vel pagano si ministratum fuerit:nulla reiteratione violabitur:nulla autem ratio sinit vt inter sacerdotes habeantur, qui de manibus laici vel pagani oleum sacræ(immo execrādæ vnctionis)assumunt.Non ergo cōsequenter colligitur, vt si recedentibus à fide ius baptizandi relinquitur,potestas etiam distribuendi sacros ordines eis relinquatur: quamuis vtrūq; à consecratione proueniat.Degradatus enim episcopus potestatē largiendi sacros ordines non habet:facultatem tamen baptizandi non amisit.Sed ne Augustinū in hac sententia penitus reprobemus: intelligamus aliud esse potestatem distribuēdi ordines sacros: aliud esse execution̄em illius potestatis.qui intra vnitatem catholicæ ecclesiæ constituti, sacerdotalem vel episcopalem vnctionem accipiunt:officiū & executionem sui officij ex consecratione adipiscuntur. Recedentes verò ab integritate fidei, potestatem acceptam sacramēto tenus retinent:effectu suæ potestatis penitus priuantur:sicut cōiugati ab inuicem discedentes,coniugiū semel initū non dissoluunt:ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. De his ergo qui accepta sacerdotali potestate ab vnitate catholicæ ecclesiæ recedunt, loquitur Augustinus,non de illis qui in schismate vel in hæresi positi sacerdotalem vnctionem accipiūt:alioquin esset cōtrarius Chalcedonensi concilio,in quo ordinati à simoniacis,in nullo proficere iudicantur:& Innocentio,qui ordinatos à cæteris hæreticis,per prauam manus impositionem solam damnationē & capitis vulnus assecutos testatur. Quamuis possit generaliter dici sacramenta quæ apud hæreticos non aliter quàm in ecclesia dei celebrantur,vera & rata esse quantū ad se, falsa verò & inania quantū ad effectū,& in his à quibus malè tractantur,& in illis à quibus malè suscipiuntur. Nec mirū. Ipsa enim salus nostra buccellam Iudæ dedit:statim cum buccella non bonus sed malignus spiritus intrauit, Quare? Non quia bonus non daret bonum:sed quia malus malè accepit bonum:sic quòd bonum effectum bonum non habuit:quia vbi illud faceret, non inuenit. Item dominus in patria sua præsens & verus affuit:

non

M.E.C.D. 2017

non per malum miniſtrum, ſed per ſeipſum nihil potuit: quia
" fidem non inuenit. pro perfidia aliorum non caruit ſua veri-
" tate, ſed effectus boni virtute. Quod vt planè in omnibus
" ſacramentis oſtenderet, bis eſt transfiguratus cùm eſſet in car-
" ne. In vna transfiguratione ſicut ſol apparuit mirabilis: vt fi-
" des credentium augeretur ad contemplandam cœleſtem glo-
" riam ſuper ſe eleuatam. In altera vt peregrinus incognoſcibilis
" de ſe dubitantibus ire longius ſe finxit: & ne agnoſceretur, o-
" culos eorum tenuit. Ad quid aliud, niſi vt quia per fidem non
" erat in cordibus eorum, longius ſe ab eis recedere oſtenderet:
" & quia ipſum non credebant eſſe quod erat, viderent eum a-
" lium quàm erat? Ecce in vtraque viſione ſua erat præſentia &
" veritas: ſed in vna exercebatur fides, vt magis crederent quàm
" credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne etiam agnoſ-
" cerent quod videbant. Sacramentum ergo corporis & ſangui-
" nis ſui aliis eſt ad ſalutem: aliis eſt ad iudicium. Fides etiam *Iacob. 2. d*
" quamuis ſit vera, tamen ſine operibus mortua eſt. Sic & om- *Matth. 23. a*
" nes decem virgines æqualiter erant virgines: ſed ex his quin-
" que erant fatuæ, & quinque prudentes. æqua erat virginitatis
" veritas: ſed pro eiuſdem virginitatis intentione non omni-
" bus æqua meriti identitas. Sic etiam eſt æs ſonans aut cym-
" balum tinniens, martyrium vel eleemoſyna quam neſcit cha-
" ritas. Si verò cæcus cæco lucernæ miniſtret veritatem, neuter
" tamen ideo magis ſuam illuminat cæcitatem. ſic & malus mi-
" niſtrat malo vera ſacramenta, ſed non ideo dona ſpiritualia:
" quia malis eorum meritis ſpiritus ſanctus impeditur ne in eis
" quod ſuũ eſt operetur. vnde Innocentius cùm hæreticorũ ba-
" ptiſma concedat eſſe ratũ: non tamen ex illo baptiſmate con
" cedit haberi ſpiritum ſanctum. Et Leo hos qui formã baptiſ-
" matis acceperunt, non ſinit rebaptizari: ſed iubet ſpiritũ ſan-
" ctũ quem ab hæreticis nemo accipit: per eius inuocationem,
" & manus impoſitionem à catholicis ſacerdotibus conſequi.
" Sciendũ verò eſt quòd ſacramenta hæreticorũ dicuntur irrita
" vel damnanda, falſa & inania, non quantũ ad ſe, cũ ſint ſancta
" & vera etiam ab hæretico celebrata: ſed quia cũ illicitè danti-
" bus perfidis ſint ad iudiciũ, illicitè ab eis accipientibus non
" conferũt ſpiritũ ſanctũ. Irrita & non vera dicũtur: quia quod
" promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt: & ideo dam
" nanda, vt ea dari vel recipi ab hæreticis non approbentur, ſed
" interdicantur: non enim quantum ad ſe polluta ſunt, quanuis
" ab hæreticis pollui dicantur. Vnde Gregorius cõmunionem
" Arrij vocat execrationem: & Innocẽtius vocat Bonoſij ordi-
" nationem damnationẽ: non quòd ita in ſe ſint, ſed quia malè
" dãtibus vel accipientibus id efficiũt. Sic etiã Hieronymus in

Oſee

M.E.C.D. 2017

Osee.9.a Osee sacrificia eorum panem luctus vocat non quantum ad se, sed quantum ad effectum: quod ipsemet ostendit subiungens: Quicunque comederit ex eo, contaminabitur: quia sibi ad iudicium sumet. Cap. 5. HINC etiam Augusti. lib. ij. contra epistolam Permeniani.

Sacramenta quamuis obsint indignè tractantibus, prosunt tamen dignè sumentibus. 99

PEr Esaiam dominus dicit: Facinorosus qui sacrificat mihi vitulum, quasi canem occidat: qui coquit similaginē, quasi Esa.66.a sanguinem porcinum: & qui offert thus in memoriam, quasi blasphem⁹. Quilibet vbilibet offert sacrificium tali corde vel factis vt hoc mereatur audire, perniciem sibi infert: non illis Ezech.9.b bonis qui secundum prophetam Ezechielem gemunt & mœrent peccata & iniquitates quæ sunt in medio eorum, quamuis inde se non corporaliter separent. & infra. Sacrificia impiorum eis oberunt qui offerūt impiè. nam vnum atq; idem Cap.6.paulo inferius. est sacrificium, propter nomen domini quod ibi inuocatur: & semper est sanctum: & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indignè, iudiciū Cap.10.eiusdē. sibi manducat & bibit: nō aliis sed sibi. & infra. Hoc pene in omnibus talibus quæstionibus intelligendum esse admonemus, quia simul omnia sacramenta cùm obsint indignè tractantibus: prosunt tamen per eos dignè sumentibus. & infra. Spiritus sanctus in ecclesiæ præposito vel ministro sic ineſt, vt Cap.11.eiusd. si fictus non est operetur per eum: & eius mercedem in salutem sempiternam, & eorum etiam regenerationem vel ædificationem, qui per eum siue consecrantur, siue euangelizātur. Si autem fictus est, quoniam verissimè scriptum est: Spiritus Sapien.1.a sanctus disciplinæ effugiet fictum: desit quidem saluti eius, & aufert se à cogitationibus eius, quæ sunt sine intellectu: ministerium tamen eius non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum.

GRATIA. Constat ergo (vt Innocentius ait) de cæteris hæreticis ordi “
natos à simoniacis per prauam manus simoniacæ impositio- “
nem vulneratum habere caput. Sed obiicitur quod in ordina “
tione simoniacorum hoc solum reprehensibile inueniatur, “
quod gratia spiritus sancti sub precio redigi putetur: aliorsum “
autem in omnibus integra forma sacramentorum seruetur. “
Cùm ergo illicita sacramenti vsurpatio per pœnitentiam cor- “
recta fuerit, vt gratia spiritus sancti gratuita & non venalis “
existimetur, integer debet adesse vnctionis effectus: immo e- “
tiam si non sequatur pœnitentia: licet simoniacè, tamen reue “
ra cōsecratus reputetur: sicut illi qui quondam nō nisi precio “
dato, nec ad sacri baptismi regenerationē, nec ad sanctæ com “
munionis participationem admittebantur, licet simoniacè, ta “
men

M.E.C.D. 2017

men non ideo minus baptizati, vel ſacræ communionis partici-
» pes reputati ſunt: ſed hoc tantum ſacris canonibus conſtitu-
» tum eſt, ne de cætero ſacramenta Chriſti ſimoniacè diſtribuan
» tur. VNDE Gelaſius.

A baptizandis vel conſignandis precia non exigantur. 100

BAptizandis conſignandiſque fidelibus ſacerdotes precia nulla præfigant: nec illationibus quibuſlibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. & ideo nihil à prædictis prorſus exigere moliantur: quo vel paupertate cogẽte deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis ſuæ cauſas iure deſpiciãt: certum habentes quòd qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe: vel cõmiſſa non potius ſua ſponte correxerint: periculum ſubeant proprij honoris. ITEM ex ſexta ſynodo[a].

Cap. 7. epiſtolæ Gel. pap. 1. ad epiſcopos per Lucaniam.

[a] In Trullo c. 23.

A percipiente gratiam communionis precium exigi non debet. 101

NVllus epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui ſacram diſpenſat communionem, à percipiente *in* gratiam communionis aliquod precium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro precio gratiam ſpiritus ſancti damus, ſed dignis muneribus ſine defraudatione participare cõcedimus. Si quis verò eorum qui connumerantur in clero: ab eo cui ſacram cõmunionem diſpenſat, aliquod precium exegerit: deponatur ſicut imitator ſimoniacæ fraudis.

ITEM ex concilio Toletano xj.

Cap. 8.

Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus non ſunt comparanda. 102

QVicquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquã quæſtibus vel quibuſlibet præmijs venundari penitus debet, dicente domino: Quod gratis accepiſtis, gratis date. & ideo quicunque deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis conſignandiſque fidelibus pro chriſmate vel promotionibus graduum precia quælibet vel præmia (niſi voluntariè oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit: equidem ſi ſciente loci epiſcopo tale quicquam à ſubditis perpetratum fuerit, idem epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat: pro eo quòd in conſciẽtia mala contexit, & correctionem neceſſariam non acquiſiuit. Si autem ſuorum quiſpiam eodem neſciente quicquam de ſupradictis capitulis accipiendum ſibi eſſe crediderit: ſi presbyter eſt, quatuor menſium excommunicatione plectatur. ſi diaconus, trium. ſubdiaconus vel clericus his cupiditatibus ſeruiens, pro arbitrio cõpetenti pœna & debita excommunicatione plectendus eſt.

Matth. 10. a

ITEM ex concilio Carthaginenſi iiij.

In cõcilio Brac. 2. cap. 4. habetur.

Nihil à ſacerdotib⁹ exigatur pro balſamo quod in chriſmate ponitur. 103

PLacuit vt nullus epiſcoporũ pro modico balſami quod benedictum pro baptiſmi ſacramẽto per eccleſias datur (quia

ſinguli

M.E.C.D. 2017

singuli tremissem pro ipso exigere solent)aliquid vlterius exigat:ne fortè quod pro salute animarum per inuocationē spiritus sancti consecratur: sicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere,ita nos venundātes damnabiliter venundemur. ITEM ex eodem.

Ex eodem conc. Brac. cap.7.

Non est aliquid exigendum ab his qui infantes suos ad baptizandum adducunt. 104

PLacuit vt vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat,vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt,si quid voluntariè pro suo voto offerūt,ab eis suscipiatur. si verò per necessitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violēter tollatur à clericis. nam multi pauperes hoc timentes,filios suos à baptismo retrahunt:qui fortè dum differūtur , si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur , quorum spolia pertimescentes à baptismi gratia se subtraxerunt.

ITEM ex concilio Elibertano.

Cap.48

Qui baptizatur,nullos nummos in concham mittere cogatur. 105

EMendari placuit vt qui baptizantur (vt fieri solebat)nummos in concham non mittant:ne sacerdos quod gratis accepit, precio distrahere videatur. neque enim pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus vel clericis.

ITEM ex concilio Triburiensi.

Pro perceptione baptismi vel chrismatis aliquid exigi non debet. 106

DIctum est solere in quibusdā locis pro perceptione chrismatis nummos dari : similiter pro baptismo & communione.Hoc Simoniacæ hæresis detestata est sancta synodus,& anathematizauit: & vt de cætero nec pro ordinatione nec pro chrismate vel baptismo vel pro balsamo nec pro sepultura vel communione quicquam exigatur,statuit:sed gratis dona Christi gratuita dispensatione donentur.

ITEM ex concilio Cabilonensi.

Iuo Carn.lib.1. de sacra.baptismi refert ex eodem.

Nec pro dedicandis basilicis vel pro sacramentis ecclesiæ conferendis aliquid exigi debet. 107

STatuimus vt sicut pro dedicandis basilicis & dandis ordinibus nihil accipiendum est : ita etiam pro balsamo vel pro luminaribus emendis nihil presbyteri chrisma accepturi dēt. Episcopi itaque de facultatibus ecclesiæ balsamum emant, & luminaria singuli in ecclesiis suis.

13.*pars.* GRATIAN.

SICVT ergo hæc sacramenta licet simoniacè ministrentur, tamen effectum benedictionis conferunt accipienti : sic & sacedotalis vnctio licet simoniacè ministretur , suo tamen non debet carere effectu : sed sicut suprà dictum est , illa sacramenta sunt necessitatis, hæc dignitatis : & ideo priuilegia illorum non possunt generare communem legem istorum.

Habent

M.E.C.D. 2017

„ Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacę ma-
„ nus prauam impoſitionẽ. Hoc autẽ de illis intelligitur, quos
„ nec excuſat ignorantia, nec attractionis violentia : qui ab illis
„ ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſimoniacos: ſiue ſi-
moniacè, ſiue nõ ſimoniacè ordinentur ab eis. Vt enim diſtin
guit Nicolaus papa, alij ſimoniacè ordinãtur à ſimoniacis: alij
ſimoniacè ordinantur à non ſimoniacis: alij non ſimoniacè à
ſimoniacis. HANC diſtinct. innuit Nicol. papa. ij. dicens.

Ino lib. 3. de ſimoniacè ord. refert ex eodem.

De multiplici genere ſimoniacorum. 108

STatuimus decretum de ſimoniacis ſimoniacè ordinatoribus vel ordinatis: & de ſimoniacis ſimoniacè à non ſimoniacis: & de ſimoniacis nõ ſimoniacè à ſimoniacis. Simoniaci ſimoniacè ordinati vel ordinatores ſecũdum eccleſiaſticos canones à proprio gradu decidant. Simoniaci quoque ſimoniacè à non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueantur. Simoniacos autem non ſimoniacè à ſimoniacis ordinatos, miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere. Sed hoc intelligendum eſt de his qui ordinantur à ſimoniacis quos ignorabant eſſe ſimoniacos. hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.

DE quibus Vrbanus papa ait.

De his qui non ſimoniacè à ſimoniacis ordinantur. 109

SI qui à ſimoniacis non ſimoniacè ordinati ſunt: ſi quidem probare potuerint ſe cùm ordinarentur neſciſſe eos ſimoniacos eſſe, & quòd tunc pro catholicis habebantur in eccleſia: talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis vita commẽdat. qui verò ſcienter ſe à ſimoniacis conſecrari (immo execrari) permiſerint: eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

IDEM Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ij.

Ino Carn. lib. 3 vbi ſupr. refert.

De eo qui ordinatur a billo quem ſcit ſimoniacum eſſe. 110

DE cætero ſtatuimus, vt ſi quis in poſterum ab eo quem ſimoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit: & conſecrator & cõſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeant: ſed vterque depoſitus pœnitẽtiam agat: & priuatus propria dignitate perſiſtat. IDEM.

Ino Carn. lib. 3 tribuit Nicol. ij. Ex magno Ino. P. 5.

Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. 111

ERga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruãda habendam eſſe decernimus: ſed iuxta canonum ſanctionem & ſanctorum patrum decreta eos omnino damnamus, ac deponendos auctoritate apoſtolica ſancimus. Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint.

DE his enim & à quibuſlibet hæreticis violenter ordinatis ait Innocentius.

Inn. pap. 1. ad epiſc. Macedon.

De

M.E.C.D. 2017

De his qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. 112

CONstat multos vim passos esse, atque inuitos attractos repugnantesque ab hęreticis ordinatos : sed huiusmodi aliquis si post ordinationē talem non interfuit cùm illi conficerent sacramēta : si communioni eorum participatus non est: si statim discedentibus illis, pessimo conciliabulo eorum abrenunciauerit: si ad ecclesiam redijt: talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cęterum qui post mensem aut amplius redierunt cùm se considerarent ab hæreticis ordinatos: quamuis nihil ab eis acceperunt, rei sunt vsurpatæ dignitatis.

GRAT. Tales plerunq; ex intuitu pietatis reformat catholicæ manus impositio cum satisfactione & medicina pœnitentiæ. Sed dānationem simoniacorum, & eorum qui eis consenserūt, legimus: medicinā verò authenticam ex hac hæresi nominatim non legimus, nisi quòd sicut vsurpatum est in Nouatianis vel Donatistis, minoribus vtiq; hæreticis, non canonicè, sed ex intuitu pietatis : ita etiam ex his posse fieri colligimus: ideoq; etiam quia aliorsum per omnia orthodoxā habent fidem, nisi quòd spiritum sanctum credunt esse venalem. Et (vt ait beatus Aug.) hæretici cū redierint: qua parte se abscinderint, ab ecclesia curentur: qua verò parte adhæserint, cognoscantur.

HINC & Leo scribit Ianuario episcopo.

Leo pap. 1. epi. 3. ad Iulianum episcopum.

Qui ab hæresi ad ecclesiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perseuerent. 113

OMnis cuiuslibet ordinis clericus qui catholicam deserens vnitatem, hæreticæ vel schismaticæ coniunctionis contagione se maculauerit: si ad ecclesiam redierit cum legitima satisfactione, & erroris sui damnatione: hoc in magno beneficio habeat, si adempta spe omnis promotionis, in quo inuenitur ordine permaneat.

GRATIAN. De his autem qui ordinantur simoniacè à non simoniacis, vtpote illi qui data pecunia archidiacono vel consiliariis episcopi episcopo ignorante hoc efficiunt, vt de manu eius sacros ordines accipiant: ita scribit Gregorius iiij.

Ordinationes quæ simoniacè fiunt, falsæ iudicantur. 114

ORdinationes quę interueniēte precio vel precibus vel obsequio alicui personæ ea intentione impenso, vel quæ nō communi consensu cleri & populi secundum canonicas sanctiones fiunt, & ab ijs ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, falsas esse diiudicamus: quoniam qui taliter ordinantur: non per ostium, id est per Christum intrant, sed (vt ipsa veritas testatur) fures sunt & latrones.

Ioan. 10.

14. pars. GRATIAN. Quia ergo simonia tripliciter in capitulo notatur, videndū est quot modis precium in hac hæresi detur.

Greg. homilia. 4 HOc beatus Greg. in euangeliorū tractatu exponit dicēs.

De

M.E.C.D. 2017

De multiplici genere ſimoniacorum. 115

SVnt nonnulli qui quide numm orū præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamen ſacros ordines pro humana gratia vel laude largiūtur: atque de ipſa largitate laudis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimirum quod accipiunt gratis, gratis non retribuunt: quia de impēſo officio ſanctitatis nummum expetunt fauoris. vnde cùm virum iuſtum propheta deſcriberet, ait: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Nō dixit ſolùm à munere, ſed ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud à manu, à aliud lingua. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebitè impenſa. Munus à manu, pecunia eſt. Munus à lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit: tūc ab omni munere manus excutit, quādo in diuinis rebus non ſolùm pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit. IDEM in Regeſto. *Eſa.33.c. Pſal.25.*

Aeternam damnationem inueniet qui quolibet munere ad ſacros ordines accedit. 116

SI quis neque ſanctis pollens moribus: vel neque à clero populoq; vocatus, vel pulſatione coactus, impudenter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulēto munuſculo epiſcopalē ſeu ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit, eumq; inſperata mors pœnitentem non inuenerit: procul dubio in æternum peribit.

Hinc idem Gregorius Ioanni Corinthiorum epiſcopo. *Greg. epiſt. 55. ſiue capit. 99. lib. 4.*

Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur. 117

DE ordinationibus accipere aliquid ſub diſtricta interdictione vetuimus. oportet ergo vt neque per donum, neq; per gratiam, neque per quorundam ſupplicationē aliquos ad ſacros ordines conſentias vel permittas adduci.

ITEM vniuerſis epiſcopis per † Ilerdam prouinciam conſtitutis. † *Helledam Epiſt. 56. lib. 4. ſeu cap. 110.*

Nec precio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedant. 118 Greg.

QVibuſdam narrātibus agnoui, ꝙ in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perueniat. quod ſi ita eſt, flens dico, gemensque denuncio, quia cùm ſacerdotalis ordo intus ortus occidit, foris quoque diu ſtare non poterit. Scimus quippe ex euangelio quid redemptor noſter per ſeipſum fecerit, quia ingreſſus templum cathedras vēdentium columbas euertit. Columbas enim vendere, eſt de ſpiritu ſancto (quē Deus omnipotēs conſubſtantialē ſibi per impoſitionem manuū hominibus tribuit) cōmodum tēporale percipere: ex *Matth. 21. b*

M.E.C.D. 2017

re: ex quo (vt prædixi) malo iam euenire creditur, quia qui in templo Dei columbas vendere præsumpserunt: eorum (iudice Deo) cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis propagatur cum augmẽto. Nam eo ipso quòd quisque ad sacrum ordinem vel honorẽ perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus paratior est aliis venundare quod emit: Et vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis: gratis date? Et cùm primò contra sanctam ecclesiam simoniaca hæresis sit exorta: cur non perpenditur, cur non videtur quia eum quẽ cum precio quis ordinat, prouehendo agit vt hæreticus fiat? Ideoq; hortamur vt vestrum nullus hoc denuo fieri patiatur: sed neque gratia alicuius nec suplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi eum quem vitæ meritum & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit. Nã si aliter factum senserimus denuo, districta & canonica illud noueritis vltione compesci. ITEM Symmachus.

Matth. 10. a.

Sym. pa. ad Cæsarium. cap. 5.

Ad episcopalem honorem nullus per ambitum accedat. 119

NVllus itaque per ambitum ad episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cùm hic excessus in laicali cõuersatione culpetur: quis dubitat quin religiosis & Deo seruientibus inijciat vel incutiat opprobrium? ITEM Gregorius.

Epi. 48. *lib.* 2. *ad Adeodatum.*

De eodem. 120

ESTote ergo in ordinatio præcipuè soliciti, & ad sacros ordines nisi prouectiores ætate & mundos opere * nullatenus admittatis. Eorum enim qui in sacro sunt ordine collocandi, prius vitam moresque discutite, & vt dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potẽtia aut supplicatio quarumlibet subrepat personarũ. Quando igitur de his tractare necesse est, graues expertosque viros consilij vestri adhibere participes: & cum eis communi hoc deliberatione pensate.

*al. corpore.

ITEM Columbo episcopo.

Greg. epi. 47. lib. 2. siue ca. 86

Neque fauore neque venalitate ad sacros ordines quisquam promoueatur. 121

PVeri ad sacros ordines nullatenus admittãtur: ne tanto periculosius cadãt, quanto citius conscendere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalitas, potentia, vel supplicatio personarum: nihil aduersus hæc quæ prohibemus obtineat. Nam proculdubio deus offenditur si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex fauore (quod absit) aut venalitate prouehitur. Econtra idem Gregorius quibusdam supplicantibus vnum acolytum & alterum diaconum legitur ordinasse, sicut ipse scribit Petro episcopo Corsicæ inter cętera.

Greg. Chrisanto episcopo Spolitano epist. 2. lib. septimi.

Episcopo interueniente papa quendam acolytum ordinauit. 122

LAtorem præsentium per intercessionem vestræ sanctitatis acolytum fecimus: quem ad obsequia vestra transmisimus:

M.E.C.D. 2017

mus: vt si in lucrandis animabus amplius seruierit, proficere amplius possit. IDEM Heliæ presbytero & abbati. *Greg. epist. 74. lib. 4.*

Quisquis in Romana ecclesia sacrum ordinem acceperit: ab ea vlterius egredi non poterit. 123

FIlium vestrum Epiphanium mandastis vt ad sacrum ordinem promouere deberemus, vobisque transmittere. Sed in vno vos audimus, in altero minimè potuimus audire. Diaconus quidem factus est. Sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea vlterius licentiam non habet. Si verò videre vos non potui: ex hac re cõsolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

„ Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factæ fal- GRATIAN.
„ sæ diiudicantur, sed hæ demum, quæ precibus ordinandi, vel
„ eius amici, nõ spirituali sed carnali affectu porrectis fiũt, cùm
„ aliâs futuræ non essent, quas non charitas interueniens, sed
„ ambitio supplicans extorquet. Non solùm autẽ clericos cuiusli-
„ bet episcopi summus põtifex in ecclesia Romana valet ordina-
„ re: verũ etiã opportunitate exigẽte monachos & quoscũq; cle
„ ricos conuocare potest & inuitare. VNDE Nicolaus papa. *Nic. 1. ad Michaëlem imperatorem.*

De eodem. 124

PEr principalem beatorum Petri & Pauli potestatem ius habemus non solùm in monachos, verumetiam in quoslibet clericos de quacunq; diœcesi, cùm necesse fuerit ad nos cõuocare, atq; ecclesiasticis exigẽtibus opportunitatibus inuitare.

„ Quolibet ergo munere interueniente falsa diiudicatur or- *15. pars.* GRATIAN.
„ dinatio. Sicut autem precio interueniente sacri ordines non
„ sunt tribuendi, ita nec restituendi, vt enim ait beatus Ambro-
„ sius: sacri ordines nec precio sunt emendi, nec redimendi.
„ HINC etiam Gregorius. vij. ait.

Precio interueniente sacerdotale officium non restituatur. 125

NVllus episcopus grauamen seu seruile seruitiũ ex vsu contra ecclesiasticam normam abbatibus seu clericis suis imponat: vel interdictum sacerdotale officiũ precio interueniente restituat. quod si fecerit, officij sui periculum subeat.

„ Qui autem pecuniam accipiunt vt ordinandis sacros or- GRATIAN.
„ dines nõ tribuant, vel vt canonicæ electioni assensum nõ præ-
„ beant, aut ecclesiis ædificandis vel consecrãdis lapidem bene-
„ dictũ vel consecrationẽ subtrahãt: multis argumẽtis acceptę pe
„ cuniæ rei, & infames esse probãtur. AIT enim Paschalis. ij.

Sacrilegi sunt iudicandi qui ecclesiam dei non permittunt regulariter ordinari. 126

SVnt quidam qui vel violentia vel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari. hos etiam decreuimus vt sacrilegos iudicandos.

M.E.C.D. 2017

Titu. 27 ..ege. 4 a Impp. Valentinianus & Theodoſ. AA.

CODICE[a] lib. ix. ad. l. Iuliam repetundarum. 127

IVbemus & hortamur vt ſi quis fortè honoratorum, decurionum, poſſeſſorum, poſtremò etiam colonorum, aut cuiſlibet ordinis à Iudice fuerit aliqua ratione concuſſus: ſi quis ſcit de iure venalem fuiſſe ſententiam: ſi quis pœnam vel precio remiſſam, vel vitio cupiditatis ingeſtam: ſi quis poſtremò quacunque de cauſa improbū iudicem potuerit approbare: is vel adminiſtrante eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum procedat: crimen deferat: delatum approbet, cùm probauerit, victoriam reportaturus & gloriam.

Lib. 3. digeſt. tit. 6. le. prima.

ITEM in digeſtis titulo de calumniatoribus. Vlpianus.

De eodem. 128

IN eum qui vt calumniæ cauſa negocium faceret vel non faceret, pecuniam detegitur accepiſſe: intra annum vtilem in quadruplum eius pecuniæ quam accepiſſe dicitur, poſt annum in ſimplum in factum actio competit.

Titu. 13. lege. 2 b deeſt. & in manuſcrip.

IBIDEM lib. xlvij. titulo de concuſſione [iudicis.[b]] 129

CONcuſſionis iudicium publicum non eſt: ſed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit: poteſt iudiciū publicum eſſe ex ſenatuſconſultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur qui in accuſationem innocentiū coierint: quíve ob accuſandum vel non accuſandum, denunciandū vel non denunciandum teſtimonium, pecuniam acceperint.

Tit. ad legem Iuliam repe. leg. 2. c in veteri libro nec eſt palea.

IBIDEM lib. xlviij. tit. de lege Iulia repetundarū, Marcell.

Palea.[c] 130

LEge Iulia repetundarum tenetur, qui cùm aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum decernendúmve acceperit. VENVLEIVS vel quo magis aut minus quid ex officio ſuo facerent. IDEM.

Ibidem lege. 6.

De eodem. 131

EAdem lege tenētur qui ob denunciandum, vel non denunciandū teſtimonium pecuniā acceperint. *Et poſtea* lege Iulia repetundarū cauetur, ne quis ob militem legendum mittendúmve æs accipiat, néve quis ob ſententiā in ſenatu cōcilióve publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accuſandum vel non accuſandum.[d] ‖Marcellus‖ ibidē. Lex Iulia repetundarum præcipit ne quis ob iudicem arbitrúmve dandum ‖vel‖ mutandum, iubendúmve vt iudicet, néve ob nōn dandum, ‖vel‖ non mutandum, ‖vel‖ non iubendū, *vt iudicet* néve ob litē æſtimandam, iudiciúmve capitis pecuniæve faciendū vel non faciendum, aliquid accipiat. Hodie ex lege ‖Iulia‖ repetundarum extra ordinem puniuntur. & plerunq; vel exilio puniuntur, vel etiam durius prout [e]admiſerint. Hac lege damnatus teſtimonium publicè [f]dare, aut iudex eſſe, poſtularéve prohibetur.

d Macer. *Ibidē continuò.*

e admiſerint.
f ſumptū ex l. 6. §. :. ibidem. vbi legitur dicere.

QVAEST.

M.E.C.D. 2017

QVAESTIO. II.

AN PRO RELIGIONIS INGRESSV SIT EXIGENDA PECVNIA, ET EXACTA SIT PERSOLVENDA.

GRATIAN.

„ SEquitur ſecunda quæſtio, qua quæritur an pro ingreſſu
„ monaſterij pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluen-
„ da? Hoc vtrunque [a] licitè fieri, vtriuſque teſtamenti ſe-
„ rie comprobatur. Legitur enim in. 1. lib. Regum quòd An-
„ na detulit ſecum Samuelem poſtquam ablactatus fuerat, in
„ tribus vitulis, & tribus modiis farinæ, & amphora vini ad
„ domum domini in Silo. In actibus verò apſtolorum legitur
„ quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna:
„ nec aliquid eorum quæ poſſidebant, quiſquam ſuum propriũ
„ eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia: & ſinguli ven-
„ debant prædia ſua, & ponebant precia eorũ ante pedes apoſto-
„ lorum, quorum vnus (Ananias ſcilicet) dũ partẽ ſibi reſeruaret,
„ cum vxore ſua Sapphira ſententia maledictionis accepta ante
„ pedes Apoſtoli cecidit mortuus. Hinc liquido apparet ꝙ in-
„ greſſuri monaſterium ſua debẽt offerre rectoribus: nec aliter
„ ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt ſua ſponte
„ offerre: aliud eſt exacta perſoluere. Anna mater Samuelis non
„ exacta neque petita, ſed ſponte munera ſacerdotibus obtulit.
„ Credentes, [etiam] ſua ſponte offerebant apoſtolis: vt indigen-
tium neceſſitatibus deſeruirent quæ inſtante perſecutione in-
fidelium eis poſſidere non licebat. Ananias quoque non ideo
damnatus eſt, quia ſua nollet offerre, ſed quia ſpiritui ſancto
mentitus, precia eorum quę Apoſtolis obtulerat, ex parte frau
dabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab
ingreſſuris aliquid exigere, ſed ſponte oblata ſuſcipere: quia il-
lud damnabile eſt, hoc verò minimè.

a al. licitum. 1. *Reg.* 1. *d*

Acto. 4. *f.*

Acto. 5. *a.*

Cap. 5. *conci. Brac.* 2.

VNDE in Bracharen. conc. *ſecundo* legitur.

Pro dedicandis eccleſiis nihil exigatur. 1

PLacuit vt quotiens ab aliquo fidelium ad conſecrandas ec-
cleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito munus ali-
quod à fundatore requirant, ſed ipſe fundator ſi quidẽ aliquid
ex ſuo voto obtulerit, non reſpuatur. Si verò aut paupertas il-
lum aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen
vnuſquiſq; epiſcoporũ meminerit, vt non prius dedicet eccle-
ſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per dona-
tionem chartulæ confirmatam accipiat. Nam non leuis culpa
eſt iſta temeritas, vt ſine luminariis vel ſine ſubſtantiali ſuſten
tatione eorum qui ibidem ſeruituti ſunt, tanquã domus priua-
ta conſecretur eccleſia.

ITEM Bonifacius vrbis Romæ epiſcopus ſcribit omnibus Carolitanæ eccleſiæ cœnobitis. [b]

b aliàs cœnobjis

M.E.C.D. 2017

Ab his qui ad conuersionem accedunt nihil est exigendum : nec precio aliquis ad conuersionem est inuitandus. 2

QVàm pio mentis affectu fratres chariſſimi veſtræ deſtitutioni Romana compatitur eccleſia, vobis fortaſſis eſt incognitum: ſed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem veſtræ quod idoneum demus reſponſum, Deum teſtificor, ipſa quoq; me dubitatio reddit anxiũ & ineptum. Nuſquam enim legimus domini diſcipulos, vel eorum miniſterio conuerſos quempiam ad dei cultum aliquo muneris interuentu prouocaſſe, niſi fortè de pauperum alimento quis inconcinnè proponat: quorum nulli cuiuſcunque profeſſionis eſſet, victualia negabantur. Scimus equidem quòd omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ, apud quem & à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui ſancto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſpoſuit. Reſtat ergo vt qui pro aliqua eccleſiæ ſuſceptione munus accipit, donum Dei quod à patre luminum deſcendere debuit, vendat: munus autem largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni venditoribus vel emptoribus conſequatur, concludi neceſſe non eſt. Cauete ergo fratres quàm ſit ambiguum quod petiſtis cõſilium, quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum: veruntamen ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus quem reperiſtis: dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio, nullaq; veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat; gratis Deo ſeruire incipiat, ſuiq; regiminis deuotè geſtet obſequium, & poſtmodũ vos quaſi ſubſidij gratia aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana permittit eccleſia. VNDE Vrbanus papa.

Iacob 1.c.

De eodem. Palea. 3

NVllus abbas precium ſumere vel exigere ab eis qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti obſeruatione vel occaſione preſumat. *Greg. in regiſtro.* Regulã antiquã ſequẽs, nulli vnquã de ordinationibus aliquid omnino accipiendũ eſſe conſtituo, neq; ex datione pallij, neq; ex donatione chartarum, neque ex ca quã noua per ambitionẽ ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli: quia enim in ordinãdo epiſcopo põtifex manũ imponit, euangelicã lectionẽ miniſter legit, cõfirmationis aũt eius epiſtolam notarius ſcribit. ITEM Gregorius in regeſto.

Epiſt. 44. lib. 4. ſiue cap. 88. eiuſdem.

Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec voluntariè oblata reſpui oportet. 4

SIcut epiſcopum non decet manum quã imponit vendere, ita miniſter vel notarius non debet in ordinatione eius vocẽ ſuam vel calamum venundare. Is autem qui ordinatus fuerit, ſi nõ ex pacto neq; exactus ac petitus poſt acceptas chartas &

pal-

M.E.C.D. 2017

palliũ offerre aliquid cuilibet ex clero gratię tantũmodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibem⁹, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit.

„ Auctoritate Bonifacij patẽtur ostẽditur quòd sicut nullus GRATIA.
„ precio est inuitandus ad conuersionem, ita nulli pecuniæ in-
„ teruentu ecclesiæ largiri oportet ingressum. Auctoritate ve-
„ rò Gregorij datur intelligi quòd pro ingressu ecclesiæ non li-
„ cet pecuniam exigere, sed spontaneè oblatam licet suscipere.
„ ITEM opponitur illud apostoli ad Timotheum. 2.pars.

De eodem. 5 1.Tim.5.a

VIduas honora quæ veræ viduæ sunt. quæ autem non sunt veræ viduæ, id est quæ suis vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur: vt ecclesia sufficiat his quæ veræ viduæ sunt. ITEM Hierony. ad Damasum papam.

Qui sumptibus proprijs sustentari potest, ab ecclesia stipendia non accipiat. 6

CLericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorũ nulla suffragantur bona. Qui autẽ bonis patentũ & opibus suis sustentari possunt: si quod pauperũ est accipiũt, sacrilegium profecto cõmittunt, & per abusionẽ talium iudicium sibi manducant & bibunt. 1.Cor.11.f Prosper ca.9. li. 2.de vita contempla.

ITEM Prosper in libro de contemplatiua vita. Cap. 10.

Quibus sua sufficiunt, ecclesiæ alimentis non sustententur. 7 Ca. 10. eiusdẽ.

PAstor ecclesiæ his quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare: quandoquidem nihil aliud sit habẽtibus dare, quã perdere: nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat accipiũt. De clericis quidem dicit spiritus sanctus: Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes propriũ, non peccata, sed alimenta quibus indigere vidẽtur accipiunt: ita possessores non alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Osee.4.b

„ Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi, GRATIAN.
„ non illi qui quondam fuerant diuites, sed postea omnia reli-
„ querant, vt Petrus & Matthæus & Paulus: aut pauperibus di- Matth.4.c
„ stribuerunt, vt Zachæus, aut ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut Luc.19.a
„ illi qui prædia sua vendẽtes ponebant precia ante pedes Apo Acto. 4. g
„ stolorum, vt essent illis omnia communia: sed illi qui in do-
„ mibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes eccle Prosp. lib. 2. de
„ siasticis facultatibus pasci desiderant. DE quibus in co- vita contempla.
„ dem libro Prosperi subinfertur. Cap. 10.

Qui sua relinquere nõ vult, non debet sumptibus ecclesiæ sustentari. 8

SI quis propter hoc sua relinquere non vult, vt habeat vnde viuat: vt quid accipit vnde rationem reddat? vt quid de peccatis alienis sua multiplicat? Idem. Non est meum dicere

M.E.C.D. 2017

quale peccatum est qui cibos pauperũ pręsumendo suscipiũt, qui ecclesiam quam iuuare de propriis facultatibus debuerãt, suis expẽsis insuper grauãt: propter hoc fortassis in congregatione viuẽtes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes accipiant, aut ne suum sensum quotidianis expensis minuant. Quod si aliquid de fructibus suis ecclesię velut pro ipsa expẽsa sua cõtulerint, non se præferant inani iactãtia illis quos nihil habentes pascit & vestit ecclesia: quia perfecto perfectior est ille qui se mũdi rebus expoliat, aut qui cùm nihil habuerit, nec habere desiderat: quàm ille qui ex multis quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstiterit: ac se de eo quod præstiterit, forsitan iactat.

GRATIAN. Ecce qui prohibẽtur ab ecclesia suscipi. Illi verò qui omnia "
sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus "
adiungunt, & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius "
opibus sustentandi. VNDE in eodem libro legitur. "

Cap. 11. eiusdẽ lib. 2. de vita contem.

Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant. 9

SAcerdos cui dispensationis cura commissa est: non solùm sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda: & fideliter dispensat accepta. qui omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesiæ rebus adiunxit: & se in numero pauperum paupertatis amore constituit: vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque quos pauperes natiuitas fecit cum perfectione virtutis, vitæ necessaria siue in domibus suis siue in congregatione viuẽtes accipiant: quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit, sed viuendi necessitas cogit. De talibus dicere videtur Apostolus: Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edant: & qui altario deseruiunt, de altario participent. Qui nisi hoc de contemptoribus suarum facultatum vellet intelligi, nunquam secutus adiungeret: Ita & Deus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. De euangelio viuunt, qui nihil habere proprium volunt: qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt: non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de euangelio viuere, nisi laborantem inde vbi laborat necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen qui sic prædicauit euangelium, vt necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter loquitur: Ego autem nullo horum vsus sum. & quare dixerit, secutus apparuit dicens: Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meã quis euacuet. Euacuare dicit gloriam suam, si ab eis quibus prædicabat, voluisset accipere vitæ temporalis expensam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

1. Cor. 9. b. Cap. 14. eiusdem. lib. 2.

ITEM

M.E.C.D. 2017

ITEM ex concilio Agathensi. cap. 3.

Iuxta meritum laboris ecclesiastici stipendia sacerdotes distribuãt. 10

CLerici omnes qui ecclesiæ fideliter vigilanterque deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum per ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur.

[ITEM ex concilio Vrbani papæ habito Aluerniæ.]

MVltorum auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere: ne & ille qui exigit, & ille qui soluit, simoniæ crimen incurrat.

Inclusa desunt in vet. manuscr. & sequentia verba sunt Gratia.

QVAESTIO III.

AN SPIRITVALIA ET HIS ANNEXA TEMPORALIA EMANTVR.

SED adhuc obiicitur, quòd qui ingressuri monasterium GRATIAN.
» Specunias tribuunt, non propositum religionis, sed partici-
» pationem stipẽdiorum ecclesiæ emunt. Temporalia ergo
» non spiritualia ementes, nequaquam simoniaci habendi sunt,
» His itaque respondetur non solum qui spiritualia, sed etiã qui
» temporalia eis annexa precio accipiunt vel tribuunt; simonia-
» ci iudicantur. Vnde Malachias loquẽs ex persona domini, ait: *Malach. 1. c.*
» Quis est, inquit, in vobis qui claudat ostia & incendat altare
» meum gratuito: nõ est mihi voluntas in vobis, dicit dominus
» exercituum, & munus nõ suscipiã de manu vestra. Ostia clau-
» dere nõ est sacri muneris officiũ, sed tantum sibi adiunctum.

ITEM Gregorius scribit vniuersis episcopis Hispanis.

De his qui sacros ordines munerum acceptione dispensant. 1

AVdiuimus dilectissimi quod nos audire oportuit, sed audisse profecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores qui sub munerum datione vel acceptione Dei ecclesias vel earum sibi beneficia vsurpant: quod quidem sceluş vos non iam dudum acriter correxisse vehementer admiramur. Iustè enim vterque corripiendus est, & à sanctæ liminibus ecclesiæ submouendus: & qui pro ecclesiæ ambitu munera largitur: & qui vt ecclesiam adeat, quicquam præsumit accipere. Ille quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim: cùm id quod spontè & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur. Quare fratres charissimi quæ taliter facta sunt, curiosè refellite, infecta prohibete: vestrisque iussionibus resistentes, digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

IDEM Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus [episcopis.]

M.E.C.D. 2017

De his qui ecclesiam vel ecclesiastica beneficia vendunt. 2

SI quis dator vel acceptor Dei ecclesias vel ecclesiastica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) sub pecuniæ interuentu susceperit, siue dando emerit, siue accipiendo vendiderit: à Simonis non excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua multetur dãnatione. Nam qui sub religionis obtẽtu deo famulari voluerit: si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur quod iniustè receperit restituere: & quicquid turpis lucri gratia receperat, non tenere. ITEM Greg. vij. papa.

Iuo Carn. lib. 3. de simoniacè ordin.

Ab officio suspendatur episcopus beneficia vel ecclesiastica officia vendens. 3

SI quis episcopus præbẽdas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua officia ecclesiastica vendiderit, vel aliter quã statuta sanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit: ab officio suspendatur. Dignum est enim vt sicut gratis episcopatum accepit, ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat.

*ITEM ex concil. Vrbani papæ habito Aluerniæ.

**In manusc. hic adduntur duæ Paleæ [Ambros. illi soli habent potestatem ligandi atque soluendi, qui sancti Apostoli exempla simul & doctrinam tenent. Augustinus super Matthæum.*

Ridiculum est, &c. reperies infra, Causa XI. quæstio. 3.

Nec altaria nec præbendas episcopis vendere licet. 4

QVæsitum est de episcopis qui altaria monasteriis data frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam simoniacæ prauitatis vsus in Galliarum partibus iã diutius inoleuit, vt ecclesiæ vel decimæ (quę vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasterijs datæ, sępius ab episcopis sub palliata auaritia vẽdantur, mortuis nimirũ seu mutatis clericis quos personas vocant. Nos autem auctore Deo venalitatem omnẽ tam ex rebus quàm ex ministeriis ecclesiasticis propellentes, hoc vlterius fieri auctoritate apostolica prohibemus, sicut etiam præbẽdas omnes venundantes interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta & suprà sub huiusce modi redẽptione possedisse monasteria noscuntur: quietè deinceps & sine molestia qualiber eis possidẽda firmamus. Saluo vtique episcoporum censu annuo quem ab eisdẽ altaribus habere soliti sunt. ITEM Gregotius.

Gregor. 7.

Quicquid data vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. 5

EA quæ à sanctis patribus de simoniacis statuta sunt, nos quoq; & iudicio & apostolica auctoritate firmamus. Quicquid ergo in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus, vel data vel promissa pecunia acquisitum est: nos irritũ esse, & nul-

las

M.E.C.D. 2017

las vnquam vires habere cenſemus. ITEM Auguſtinus de doctrina Chriſtiana.

Quicquid poßidetur, nomine pecuniæ intelligitur. 6

TOtum quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini ſunt, pecunia vocatur: ſeruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum eſt, pecunia dicitur. ideo autē pecunia vocata eſt, quia antiqui quod habebant in pecoribus habebant.

ITEM Paſchalis papa.

Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur. 7

SI quis obiecerit non cōſecrationes emi, ſed res quæ ex conſecratione proueniunt: penitus deſipere probatur. nā cùm corporalis eccleſia, aut epiſcopus, aut abbas, aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter viuit: quiſquis horū alterū vēdit, ſine quo nec alterum prouenit: neutrum inuenditū derelinquit. Nullus igitur emat præbendam vel eccleſiam, vel aliquod eccleſiaſticum, nec paſtellum, nec paſtū antea, nec poſtea pro huiuſmodi ſoluat. ITEM Vrbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio præpoſito eccleſiæ ſancti Vincentij ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quare in euangelio prohibetur inueſtitura eccleſiæ à laicis fieri. 8

SAluator prædicit in euangelio circa finem ſæculi pſeudoapoſtolos & pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras, ſed tamē portas inferi nō præualituras. proinde (vt ait apoſtolus) oportet hęreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiāt. Oportet nos cū propheta ex aduerſo conſurgere, & murū opponere pro domo Iſraël, & cum Apoſtolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniā nō ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Igitur quia innotuiſti nobis quod tibi obiicitur, vtrū vendere eccleſiaſticā rem ſimoniacū ſit: hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur, ex hoc quod beatus apoſtolus Petrus ait Simoni: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Donum quippe Dei eſt ſpiritus ſanctus: & donū Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. & ſi bene animaduertis, Simō Magus qui ad fidē fictè acceſſit, nō ſpiritum ſanctū, quo ipſe erat indignus (quoniā vt ſcriptum eſt: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: ſed donum dei emere voluit, vt ex venditione ſignorum quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec apoſtolus emptionē ſpiritus ſancti (quā bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionem quæſtus talis & auaritiam (quæ eſt idolorum ſeruitus) in eodē Simone exhorruit, & eum maledictionis iaculo percuſſit. Quiſquis igitur res eccleſiaſticas & dei dona quę à deo fidelib°, & à fidelibus deo donan-

Iuo Carn. lib. 3. ex eodem. refere de ſimon. ordin.

Matth. 24. a

2. Corint. 11. d.

Ezech. 13. a

Act. 14. c.

Rom. 8. d.

Act. 8. d.

Sapient. 1. b.

M.E.C.D. 2017

donantur: quæque ab eodē gratis accipiuntur: & ideo gratis dari debent, propter ſua lucra vendit vel emit: cum eodem Simone donū Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Ideo qui eas non ad hoc ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ vel indebiti obſequij, vel pecuniæ largitur vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt: cū principalis intentio fuerit Simonis, ſola pecuniæ cauſa, auaritia videlicet .i. idololatria, vt ait apoſtolus
Coloſſ. 3. a. Paulus. alioquin cur ſancta ſynodus Chalcedonen̄. ccccccxxx. epiſcoporum procuratorē vel defenſorem eccleſiæ, vel quenquam regulæ ſubiectum, adeò per pecuniā ordinari prohibet, vt interuentores quoq; tanti ſceleris anathematizet: niſi quòd eoſdem ſimoniacos iudicet? Quod ſi præfati milites eccleſiæ ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur: nemo ſapiens negabit nō militantes eccleſiæ multo dānabilius ob hanc cauſam, id eſt emptionis vel vēditionis, debere percelli. Sed beatus anteceſſor noſter Paſchaſius libro de conſecratione affirmauit, quòd quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum nō prouenit, neutrum nō venditum derelinquit: ac per hoc eum qui res eccleſiæ vendit vel emit, ſimoniacum eſſe intelligit. In nomine verò procuratoris intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia præpoſitum, œconomū, vicedominū, defenſoris nomine aduocatum, ſiue caſtaldum, & iudicē. In ſubiecto verò regulę archipresbyterum, archidiaconū, diaconum, canonicum, monachum, vel quemlibet eccleſiaſtico mācipatum officio. Quòd verò ſpiritum ſanctum quantum in ſe eſt, vendat vel emat, qui præpoſiturā vel aliquid huiuſmodi vendit vel emit. Audi Auguſtinum ſuper Ioannem: O quot præpoſituras fecerūt. Al-
* Carthaginen. principatus. terum propoſitum habet Carthagine Primianus:* alterum in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia ille & ille: quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbā, vnuſquiſq; laudat prępoſitū ſuū quod vendit, &c. Ecce venerabilis Auguſtin. de præpoſiturę diſtractione agēs, in nomine columbæ ſancti ſpiritus venditionem vel emptionem accipit: ſicut & omnes huius euāgelici capituli tractatores. Penſandum verò eſt qua pœna mulctentur, qui iam Deo & eccleſiæ ſuæ oblata vendunt vel emunt, ſi cū flagellis à Dei templo eiecti ſunt, qui quæ deo erant offerenda, vendebāt vel emebant. Si de offerendorum vēditoribus vel emptoribus di-
Eſaiæ 56. e. Matthæi 21. d ctum eſt: Vos feciſtis domum patris mei, domum negotiationis, & ſpeluncam latronum: quid dicetur de eccleſię iam oblatorum venditoribus vel emptoribus? Et ne quis inſanus iam obiiciat meritò hoc dominū tam acerbè vindicaſſe, quia tunc illa in dei templo vēdebantur: eccleſiaſticæ verò res modo extra templum diſtrahuntur. Attende ſuperius Auguſtinum non

deter-

M.E.C.D. 2017

determinantem locum venditionis vel emptionis præpositorum, sed tantùm indefinitè dicentem. Circuit aliquis emere columbam: vnusquisque præpositum suum laudat quod vendit: non adiiciens in templo vel extra templum. Hæc circa venditores vel emptores rerum sacrarum sufficiant.

ITEM Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, Lucensis ecclesiæ clero & populo salutem perpetuam.

Ministri & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. 9

EX multis temporibus hoc detestabile malũ in vestra ecclesia inoleuisse cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quanuis religioso, quanuis scientia & moribus prædito ecclesiasticum beneficiũ cõcederetur, nisi ei qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatq; ecclesia & res eius ita venalis, velut quædã terrena & vilis merx à negociatoribus ad vendendum exposita: quod malum quàm detestabile, quãtum Deo sanctisq; suis sit contrariũ, & sacri canones docẽt, & ferè omnibus manifestum existit. Ista sentẽtia inuenitur in ij. cap. Chalcedoñ. concilij. Chalcedonense nãque concilium vnum ex principalibus, simili pœna condẽnat eos qui ecclesiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt: & eos qui sacrã manus impositionẽ (per quã spiritus sanctus cõfertur) mercari dignoscuntur. vtrosq; enim auctoritate inexpugnabili, illos à beneficio, istos à sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de tẽplo eiiciens, cathedras vendentium columbas euertit, nũmulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denunciãs & dicens: Nolite facere domum patris mei domũ negociationis. Illud quoque in eodẽ facto solicitè considerate, quòd per totum textum sancti euangelij nusquã reperitur dominum tanta seueritate, tam districta censura iustitiæ peccantes corripuisse, cùm non solum eloquio increpãs, verumetiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de tẽplo: apertè demonstrans quòd tales negociatores nõ sicut cæteri peccatores sunt corripiẽdi, sed à templo Dei .i. à sancta ecclesia longius sunt proiiciendi. Nam sicut per columbarũ venditores illi denotãtur, qui sacrã manus impositionẽ vendere conãtur: sic per nummularios ecclesiastici beneficij venditores designãtur: qui domũ Dei (teste euangelio) spelunca latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander S. Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus (imò minister indignus) tot & tanta mala in multis ecclesijs, & maximè in Lucensi ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri cõspiciẽs, ne sanguis iniquorũ à districto iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare & penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaq; & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri

Matth.21.
Esa.56.c.
Ioan.2.c.

M.E.C.D. 2017

noſtri prædeceſſores feciſſe noſcuntur) vt nullus deinceps epiſcoporum beneficium eccleſiæ (quod quidã canoniã vel præbendam, ſeu etiã ordines vocant) pro aliquo precio vel munere clericis audeat vnquã conferre: ſed omnes miniſtros & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſq; vlla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeãt ordinare. Nec eligãt in domo domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant, ſed eos qui moribus & diſciplina atq; ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtẽtare eccleſiã. Conſtituimus & eodẽ modo firmamus, vt nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarũ, vel donariis eccleſiarum, ſeu etiã quod pauperibus ſit tribuendũ: quia (teſte ſcriptura) qui aliquid malè accipit, vt benè diſpenſet: potius grauatur quàm iuuetur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorũ & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficiũ eccleſiæ iniqua cupiditate ductus vendere vel emere temerario auſu præſumpſerit: ſicut in Chalcedonẽſi concilio diffinitũ eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſſit eccleſiæ quàm pecunia venalem fieri cõcupiuit: & inſuper terribilis anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

Greg. hom. 39. euangeliorum.

ITEM Gregorius homilia xiij.

Qui dona Dei vendunt vel emunt, pariter à Deo damnantur. 10

Matth. 21. b

VEndentes & emẽtes de tẽplo eliminauit Chriſtus: quia vel eos qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, vel eos qui donum Dei emere nituntur, damnat. Item in templo vendentes ſunt qui hoc quod iure cõpetit quibuſdam, ad præmium largiuntur. Iuſtitiã enim vendere eſt hanc pro præmij acceptione ſeruare. Ementes verò in tẽplo ſunt, qui dum hoc quod iuſtum eſt proximo perſoluere nolunt, dumq; rem iure debitam facere contemnunt: dato patronis precio emitur peccatum.

Greg. ibidẽ paulo inferius.

Beda ad cap. 2. Ioan.

ITEM Beda.

Qui gratiam quam à Deo accipiunt, non gratis exercent: venditores columbarum ſunt. 11

NOn ſolum venditores ſunt columbarũ, & domum Dei faciunt domum negociationis, qui ſacros ordines largiendo precium pecuniæ vel laudis vel etiã honoris inquirunt: verùm hi quoque qui gradum vel gratiam in eccleſia ſpiritualẽ quam Dño largiente perceperunt: nõ ſimplici intẽtione, ſed cuiuſlibet humanæ cauſa retributionis exercẽt, cõtra illud Petri apoſtoli:

1. Petr. 4. c.

Qui loquitur, quaſi ſermones Dei: qui miniſtrat, tanquã ex virtute quã adminiſtrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus. Quicunq; ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente domino de eccleſia auferri, auferãt iſta de actibus ſuis ne faciant domum Dei, domum negociationis. ITEM ex epiſt. Vrbani papę.

Quæ

Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi vel munere nemo conuertat. 12

REs ecclesiæ quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vel vi vel aliquo munere aliquem conuertere non debere docens sanctus Vrbanus ait: Quisquis res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniã à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur: quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit vel emit: cum eodẽ Simone donum Dei pecunia possideri existimat.

ITEM Gregorius septimus.

Simoniacus est episcopus qui decimas & oblationes laicis non clericis distribuit. 13

PEruenit ad nos fama siniſtra, quòd quidam episcorum non sacerdotibus proprię diœcesis decimas atq; Christianorum oblationes conferant: sed potius laicalibus personis, militum videlicet siue seruitorum, vel (quod grauius est) cõsanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuẽtus fuerit huius diuini prę-cepti transgressor, inter maximos hæreticos, & antichristos nõ minimus habeatur: sicut Nicena synodus de simoniacis censuit: & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue precio, siue beneficio: æterni incendij ignibus deputentur.

ITEM Paschalis ij.

Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. 14

ALtare & decimas per pecuniam dare, & spiritum sanctum vendere, simoniacã hæresim esse nullus fidelium ignorat.

ITEM Innocentius secundus.

Careat honore malè acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. 15

SI quis præbendas vel prioratum seu decanatum, aut honorem vel promotionẽ aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, vtputa chrisma vel oleum sanctum, & consecrationes altarium vel ecclesiarum interuenien te execrabili ardore auaritiæ per pecuniam acquisiuit, honore malè acquisito careat, & emptor atque venditor & interuẽtor nota infamiæ percellantur, & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis ante vel post aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat: quoniã simoniacum est: sed liberè absque diminutione aliqua collata sibi dignitate atque beneficio perfruatur.

DE secunda & tertia quæstione quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVAESTIO

QVAESTIO IIII.

AN FILIVS SIT CRIMINIS REVS, QVOD EO IGNORANTE PATER COMMISIT.

GRATIAN. NVnc ergo de quarta quæſtione eſt pertractandum, qua quæritur an paternum crimẽ huic imputetur quod eo ignorante conſtat eſſe admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur.

AIT enim Auguſtinus.

Aug. epi. 48. ad Vincentium. *Alienum crimen neſcientem non maculat.* 1

NVllius crimen maculat neſcientem. ITEM.

De eodem. 2

Augu. in eadem epiſt. QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem? ITEM in Africano conc. legitur.

De infantibus qui ab hæreticis baptizantur. 3

Cap. 48. Carth. conc. 3. & cap. 14. African. PLacuit de infantibus qui ab hæreticis baptizantur, neq; ſuo hoc fecerunt iudicio: cùm ad eccleſiã Dei ſalubri propoſito fuerint reuerſi, ne parentum illos error impediat, quo minus promoueantur ad ſacri altaris miniſterium.

Cap. 24. concil. Africani. ITEM in eodem.

De eodem. 4

QVi apud Donatiſtas paruuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris ſui interitum: ſi poſtquã ad ætatem rationis capacem perueniunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ab eccleſia ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt: tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

ITEM Leo quartus Ebrunio & Adelfrido epiſcopis.

Conſanguineorũ maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcĩ fuerint. 5

QVia præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſterium nõ ſolum de ſacerdotum, verumetiam de ſecularium vtilitatibus debet eſſe ſolicitum: propterea fraternitatem veſtram ſcire volumus hunc prẽſentem presbyterum ad ſedem apoſtolicam veniſſe, nobisque violentiam & excommunicationem ſuam per ordinem retuliſſe. quod etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua eſſet ablata eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ vſurpare præſumpſit. Inde parẽtes eius magno dolore compulſi presbyterum illum qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt: tamẽ ipſe ſæpe dictus ſacerdos dicit quòd abſq; ſua voluntate & ſine eius cõſilio hoc ſit peractũ, quod ſi ita eſt vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, vobis magnopere prouidendum eſt, vt ſi canonicè ipſe excommunicatus nõ eſt, canonica ſuper eum fiat remiſſio.

Libr. 48 ff. tit. 19. lect. 26.

Dige-

M.E.C.D. 2017

Digestis titulo de pœnis. 6

CRimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. nam vnusquisq; ex suo admisso sorti subiicitur: nec alieni criminis successor constituitur. Idq; etiam diui fratres Hierapolitanis responderunt. ITEM ex conc. Tole. iiij. *Cap. 60.*

Perfidia parentum filiis obesse non debet. 7

IVdæi baptizati si postea præuaricantes in Christum qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. *Ezech. 18. c*

ITEM Augustinus ad Bonifacium. *Epist. 23.*

Non imputantur peccata parentum his qui ab eis personaliter diuisi probantur. 8

IAm itaque cùm homo in seipso, ab eo qui genuit eum alter est effectus, peccato alterius sine sua cõsensione nõ tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cũ illo, & in illo à quo traxit, quando quod contraxit, admissum est: non autem trahit alter ab altero quãdo sua vnoquoq; propria vita viuente iam est vt verè dicatur: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. *Ezech. 18.* Vt autem regenerari possit per officium voluntatis âlienæ cùm offertur consecrandus, facit hoc vnus spiritus ex quo regeneratur oblatus. HINC etiã Greg. in li. xxvj. Moraliũ. *Cap. 8. ad 35. cap. Iob.*

Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. 9

HOmini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Humana impietas ei nocet quem peruertendo coinquinat. Et rursus: Eum adiuuat nostra iustitia quem à prauis actionibus immutat. nocere enim vel adiuuare nesciunt ea quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

GRATIAN.

„ Econtra Dominus ad Moysen: Ego sum Deus zelotes, qui *Exod. 20. a.*
„ visito peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam ge
„ nerationem. licet non inæqualitate iudicij, sed magnitudine
„ clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens: In tertia
„ & quarta generatione peccatum patrum se dominus commi-
„ natur in lege filiis redditurum: non inæqualitate iudicij vt alij
„ peccent, & alij puniantur: sed magnitudine clementiæ, dum
„ semper expectat ad pœnitentiã: & quod in prima generatione
„ delinquitur, nõ prius corripit & emẽdat, nisi & tertia & quar-
„ ta generatio euenerit. Cùm ergo de baptizatis ab hæreticis *Inno. epi. 22. ad episc. Macedon.*
„ Innoc. scribat, lex est ecclesiæ de his qui ab hæreticis bapti-
„ zati sunt, per manus impositionẽ laicam tantum cõmunionẽ
„ præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorẽ vel exiguũ
„ subrogare: patet quòd infantes qui ab hæreticis baptizati sunt,
„ sola excusat ignorantia: vt iuxta illud Africani cõcilij ad susci-
„ piendum clericatus officium nõ eos impediat nomẽ erroris.

M.E.C.D. 2017

ITEM ſicut Auguſt. ſcribit ad Auxilium epiſcopum.

De eodem. 10

NOn imputantur filiis peccata parentum quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum ſpirituali pœna filij ſunt plectendi. officio autẽ vel beneficio eccleſiæ priuari. ſpiritualis pœna eſt. nõ igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur. vt s. in cap. Vrbani legitur: & iſte excuſandus eſt qui per ignorantiam ſimoniacè ordinatur.

SED obijcitur illud Gregorij. 2. *pars.*

De eccleſia quæ pactione conſecratur. 11

GRATIAN. ECcleſia quæ pactione conſecrata fuerit, potius execrata quã conſecrata dici debet.

Ioſue 6. c. Item peccato ciuium theſauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achor qui regulã auream & quædã alia precioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe. Itẽ peccato Amalechitarũ animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele: Neſcis quia peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere: Itẽ peccato Aegyptiorũ poſſeſſiones eorum grandini traditæ, iumenta & primogenita eorum morte conſumpta ſunt. Item peccato Iſraëlitarum arca domini Philiſteis tradita eſt. Si ergo quę ſenſu carẽt, vt eccleſia, altare, arca domini, lapides Hierico, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuaſtantur: ſi ea quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorũ & Amalechitarum, peccatis hominũ perduntur morte, patet quòd nullum excuſat ignorantia criminis: maximè cùm ex eo vtilitas deferatur ignoranti, veluti ſi quiſpiam de latrocinio & rapina filio ſuo ignoranti diuitias congreget, nõ excuſat filiú ignorantia quin poſt mortem patris cogatur reddere malè cõquiſita. Itẽ peccato Achor plebs Iſraëlitica in manibus hoſtium tradita eſt. Item peccato filiorũ Heli populus in manu Philiſtinorum corruit. Peccato quoq; plebis electi eorum ſæpe ſunt impediti: & tandem cum eis prophetæ ducti ſunt in captiuitatẽ. His itaq; reſpondetur: inſenſibilia & irrationabilia peccato hominũ vel execrantur, vel anathematizãtur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramẽti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquẽtium cauſa ſacramẽti: vt theſauri Hierico, & animalia Amalechitarũ. Hierico enim luna interpretatur, & ſignificat mundũ iſtum. Amalechitæ interpretãtur lingentes ſanguinem: & ſignificãt cupidos auaros & dæmones. Iſraëlitę interpretantur viri videntes Deum: & ſignificant multitudinem ſanctorũ. Lapides ergo & theſauri Hierico anathematizantur: animalia Amalechitarum interfici iubentur ad examinãdam

Exod. 9. d.

1. Regum 4. c.

Ioſue 7. d.
1 Regum 4. b

3. *pars.*

cupiditatem

M.E.C.D. 2017

» cupiditatem Israëliticæ plebis : & vt significaretur quod muri
» vitiorum, & huius mūdi thesauri, qui per lapides & thesauros
» Hierico designantur, irrationabiles quoque vitiorum motus,
» qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent
» transire in sortem sanctorum. Animalia verò Aegyptiorū &
» possessiones eorum & primogenita grādine & morte cōsum-
» pta sunt, vt in illis punirentur quorum fœlicitate lætabantur:
» & vt daretur intelligi quòd mundus peribit, & cōcupiscentia
» eius. sed & terra Israëlitarum in salsuginē versa est: & segeti-
» bus eorum imbres aduersi sunt : animalia eorum sterilitate &
» morbo confecta sunt : vt auctorem suum quem per beneficia
» cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent.

In detestationem verò peccati, pecunia Simonis damnata est: cui dictum est: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri. In detestationē quoque eiusdem criminis altare & ecclesia quæ per simoniam cōsecrantur : non tam consecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleū consecrationis fundit, non consecrare, sed execrare credendus est. Hinc est quòd beatus Gregorius ecclesias ab Arrianis consecratas, iterum consecrari præcepit: quia sanctificationem consecrationis quæ non nisi in fide Trinitatis perficitur: præstare non poterant qui fide carebant. Arca verè & prophetæ peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt. Electi quoque qui murmure eorum impediti sunt: non in pœnam criminis, sed in experimentum & exemplum patientiæ hæc passi sunt. *Actor. 8. d.*

Item populus qui peccato Achor & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, vt inter ipsa flagella peccata prælatorum feriātur: sicut Achor sorte deprehensus, lapidibus obrutus est. Sic & nauicula Ionæ periclitatur, vt fugitiuus sorte deprehensus, fluctibus immergeretur : Aliquando pro meritis prælatorum deprauatur & damnatur vita subditorum : vt prælatis suis subditi fauentes ad malum, cum eis simul corruant: sicut filij Israël diu portantes peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. *Ionæ 1. d.*

Itē Dauid populū numerauit: quo peccato gladius domini desæuit in populum. sed in lata gente gloria regis est: in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate suæ gētis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est. Itē paruulos Sodomitarum nō excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cælesti igne cōsumerentur : sed igne hoc pœna illis diminuta est: quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter etiā demonstratum est peccatis parentū paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem etiā intelligendum *2. Reg. vlt. a. Genes. 19. e Numer. 16. e*

M.E.C.D. 2017

Genes. 9 d. 4. Reg. 5. g Matth. 27. e 3. Reg. 19. a

est de paruulis qui peccato Dathan & Abiron viui descenderunt ad inferos. Item Cham peccāte, Chanaan filius eius maledicitur. Giezi delinquēte lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamātibus: Sāguis eius super nos & super filios nostros: etiā reliquiæ eorum pœnæ mortis Christi addictę sunt. Achab quoq; peccante posteri eius regni solium amiserunt, & qui de eius semine in regno Iudæ nati sunt, vsq; ad purgatam labem idololatriæ illius familiæ à genealogia Dñi sunt excluſi. Odiū quoque Esau (vt Malachias testatur, transiuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur quòd ignorantia peccati non excusat aliquem. Sed his exemplis non probantur teneri peccato aliorum, nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicunque enim de semine Esau & cæterorum ad Deum conuersi, paternā malitiam detestati sunt: non odium, sed Dei clementiam experti sunt.

Malach. 1. a

Amb. serm. 11

ITEM Ambrosius ait. 12

Matth. 8. c.

TVrbatur nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis. Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorātia excusauit illum. Sed turbatio hæc non est peccati coinquinatio, sed corporalis persecutio intelligitur: quia meritis malorum nonnunquam adeò premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas.

GRATIAN. 4. pars.

Non itaq; his auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam. Notandum quoque est, quòd non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti, alia iuris. Facti alia est eius facti quod oportuit eum scire: alia quod non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut apostolus ait. Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam: quicquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogātes. Si quis vobis dixerit, hoc idolis immolatum est: nolite comedere. Ecce quòd vocatum ad cœnam non oportuit scire carnes sibi appositas idolis fuisse immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorātia Iudæorum, & reliquorum infideliū: qui ea quæ à prophetis de Christo fuerant prænunciata, adhuc ignorant esse completa. vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. hæc neminem excusat.

1. Corinth. 10.

Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis est. Ius verò ciuile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negocium inde contigerit: vt si minor pecuniam dederit filio familias, repetit: in maiore verò quasi delictum est. Item si successionem etiam tibi maiori delatam cum alio sine iudice diuidas, putans testamentum iure subnixum cùm non esset, solidam successionem obtinebis: vel si id quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti: sed ciuili,

M.E.C.D. 2017

ciuili,tanquam ex chirographo ſoluas aut promittas, repetis: non ita ſi delictum . nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere: incidit in conſtitutionem.*

*ſi quis in tantam. Tit.4.vnde vi.leg.7.

Palea. 13

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum vel apud quoſlibet homines cõſtitutarum ante euentum iudicialis arbitrij violenter inuaſerit: dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem quam abſtulit,reſtituat poſſeſſori: & dominium eius rei amittat . Si verò alienarum rerum poſſeſſionem inuaſit: nõ ſolùm eam poſſidentibus reddat , verumetiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur.

Hæc palea deeſt in vet. manuſcr.

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, ſed facti, & illius quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis ſimoniæ eum ignorantia excuſat paterni delicti : quod etſi oportuiſſet eum ſcire,infirmitate tamẽ ætatis deprehendere non poterat.

Verba Gratian. quæ continẽter leguntur in vet. li. poſt illa verba (incidit in cõſtitutionem,) ſi quis in tantam,

QVAESTIO V.

AN FILIVS IN ECCLESIA PERMANEAT, ET ORDINATIONE GAVDEAT QVAM PATER EMIT.

QVòD verò quinto loco quæritur , an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione quam paterna pecunia eſt aſſecutus, auctoritate Vrbani diffinitur: qui ſcribens de ſimoniacis ait inter cætera.

De paruulis qui cupiditate parentum eccleſias emunt. 1

QVicunque ſanè cupiditate parentum , cùm adhuc paruuli eſſent, eccleſias vel eccleſiarum partes per pecuniã adepti ſunt : poſtquam eas omnino dimiſerint: ſi canonicè in eis viuere voluerint : pro magna miſericordia ibidẽ eos eſſe concedimus: neque pro hoc facto à ſacris ordinibus illos remouemus ſi aliàs digni inueniantur. Illi verò qui per ſeipſos,cũ maioris ætatis eſſent,nefanda cupiditate ducti eas emerunt : ſi in aliis eccleſiis canonicè voluerint viuere: ſeruatis propriis ordinibus pro magna miſericordia ibi eos miniſtrare permittimus.quod ſi ad alias fortaſſis trãsferri non poterunt , & in eis canonicè viuere promiſerint:minoribus ordinibus cõtenti ad ſacros ordines non aſcendãt, ſalua tamẽ in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate . Si qui tamen ante emptionem catholicè ordinati ſunt : cùm ea quæ emerunt dimiſerint, & vitam canonicam egerint : in ſuis gradibus permittantur : niſi fortè huiuſmodi eccleſia ſit vbi primum locum debeant obtinere. Primum enim vel ſingularem vel præpoſituræ locum in emptis eccleſiis eos habere non patimur.

» Hoc autem eum non in præiudiciũ canonum, ſed ex miſe-

a 3 ricordiæ

M.E.C.D. 2017

ricordiæ dispensatione dixisse, ex epistola eiusdem colligitur missa Vitali presbytero in hæc verba.

In dignitate seruanda simoniacis misericordia potest impendi, si eos vita commendat. 2

EOs qui ecclesiã emerunt, si persona talis fuerit, quam vita cõmendat, videlicet vt in canonijs vel monasterijs regulariter viuat: in sui honoris officio misericorditer cõdescendẽdo ministrare cõcedim⁹, absq; tamẽ sanctorũ canonũ pręiudicio.

3. *pars.* GRATIAN. Ex hac itaque auctoritate colligitur quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, vt suprà dictũ est: nõ à fructu emptionis cum in ecclesijs qua parentum pecunia adepti sunt: nõ nisi postquã eas omnino dimiserint, & ex misericordia ibidem eis esse conceditur: in quo patet quòd etsi illis ignorãtibus simoniæ peccatum esset admissum, fructũ tamen paternæ emptionis reportare non possunt. Quod verò à crimine excusentur, hinc patet, quia pro hoc facto à sactis ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo qui per pecuniam est adeptus sacerdotij dignitatẽ, non episcopo, sed cuidam ex principibus eius datam, vtroque tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.

VNDE Vrbanus ij. scribit Alberto Metensi episcopo.

De quodam pro quo incuria parentum pecuniam dedit non episcopo, sed vni principum. 3

PRæsentium portitorem, quem parentum incuria per pecuniam nõ episcopo, sed cuidã principum eius datam, & inuitum sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti: licet sancti canones deponendum esse testentur: tamen quia culpam istam nesciens & coactus commisit: & quia ab eodem ordine vt deponeretur supplicauit vltroneus ex cõsideratione discretionis (quæ mater est omnium virtutũ) magis quàm ex rigore canonum misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: ita tamẽ, vt si ecclesia illa cui deseruit, sacerdotum penuriã non patitur: suspensus à sacerdotali officio permaneat. Quòd si fortasse ecclesiæ vtilitas exegerit vt curam regiminis assumat: licet ei concessione sui episcopi fratrumq; obedientia sacerdotali officio fungi.

QVAESTIO VI.

AN PRO ELECTIONE QVIDPIAM DARI POSSIT.

GRATIAN. QVID verò de his fieri debeat qui ignoranter à simoniacis ordinati sunt (quod vj. loco quæsitum est) supra 1. cap. videlicet Vrbani, quod sic incipit. Si qui à simoniacè ordinati sunt: requiratur. Nunc autẽ de illis

M.E.C.D. 2017

„ illis quæritur qui non pro ordinatione pecunias offerunt, ſed
„ pro electione, vel vt decretū electionis fiat, vel vt ſubſcriptio-
„ ne firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia
„ largiuntur: an eorum electio vitioſa ſit iudicanda? Non enim
„ videtur ſpiritus ſancti donum emere qui nō pro cōſecratione,
„ ſed pro electione munera largiuntur, cùm nullius ſpiritualis
„ gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſtica-
„ rum rerum emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis
„ officiis ita adiunctæ ſunt, vt alterum ſine altero alicui nō pro-
„ ueniat: ita quia per electionem peruenitur ad cōſecrationem,
„ perinde ſimoniacus habetur qui pro electione præmia largi-
„ tur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

VNDE Symmachus ſcribit Cæſario epiſcopo. *Cap. 5*

De his qui pro muneribus ordinationem faciunt. 1

SI quis autem epiſcopatum deſiderat data pecunia, potentes perſonas minimè ſuffragatrices ſibi adhibeat: nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſcribendum adhibito cuiuſlibet generis timore compellat, vel pręmiis quibuſlibet exhortetur. ITEM Greg. Salonis conſiſtentibus. *Epi. 26. lib. 5.*

Simoniacus eſt qui vt eligatur, præmia largitur. 2

EGo autem veſtræ dilectioni prouidens, & meę animę omnipotentis Dei iudicium pertimeſcens: eiuſdem Maximi cauſas ſubtiliter exquiri deſidero, ſi nullis criminibus preſſus quæ ſacro ordini contradicunt: ſi nō per ſimoniacā hæreſim. id eſt præmia quibuſdā ſe eligentibus præbendo ad ſacerdotale perringere conatur officium. Tunc enim liber pro vobis apud dominum interceſſor erit, ſi non obligatus de ſuis ad locum interceſſionis venerit.

ITEM Greg. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi. *Epi. 110. li. 7.*

Sicut ordinatio, ſic electio vel cōſenſus ſine venalitate debet cōferri. 3

SIcut is qui inuitatus renuit, quęſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouēdus: ſic qui vltro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid aliud agit niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profundum deſcendat? Itaque frater chariſſime in ſacerdotibus ordinandis ſynceritas vigeat: ſit ſimplex & ſine venalitate cōſenſus: pura præferatur electio: vt ad ſummum ſacerdotij vel pontificij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio. Si autē pecunia promiſſa fuerit vel ſoluta electo vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem vel ordinationem peruenerit: ei nullatenus obeſſe videtur: nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiam non habuit: nec ad electionis vel ordinationis caſſationem pertinet, ad quam alias nō per prauam illorum cupiditatem peruenisse docetur.

M.E.C.D. 2017

QVAESTIO VII.

AN RENVNCIANS SVAE HAERESI SIT ACCIPIENDVS IN EPISCOPALI DIGNITATE.

NVNC autem de septima quæstione tractandum est, an renuntians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non.

DE his ita scribit Cyprianus ad Stephanum.

Cypr. epist. 1. li. 2. epistolarum.

Qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiantur. 1

SI qui presbyteri & diaconi in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi & rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud hæreticos à pseudoepiscopis & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sunt, & contra altare atq; diuinum verbum sacrificia foris falsa & sacrilega offerre conati sunt: eos quoque hac conditione suscipi conuenit cùm reuertuntur, vt communicent laicis, & satis habeant quòd admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterunt: nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerunt. ITEM ex septima synodo.

De his qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiuntur. 2

SI quis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam vel non scriptam violat, anathema sit. Omnis episcopus vel presbyter aut diaconus cõuictus quòd pro muneribus ordinationẽ dederit vel acceperit, à sacerdotio cadat. Sed dicunt quidam quia pœnitentiam agimus pro peccato, & deus indulget illud. ita & ego dico quia omnẽ pœnitentiam recipit deus, & indulget per pœnitentiam peccata quæ iam facta sunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidam per pœnitentiã receperit Deus, & quòd dixerit de eo: Inueni virum secundum cor meum. Noui rursus eundẽ audientẽ à Deo. Non ædificabis mihi domum: quia vir sanguinum es. Scio Manassen per confessionẽ dimissam impietatẽ suam. Scio meretricẽ & telonarios per pœnitentiã receptos: nullum tamẽ eorum qui ante baptismum peccauit, sacerdotibus connumeratum. Scio quosdam dũ essent in mundo, in multa fornicatione mansisse, monachos verò factos quasi luminaria mundi resplẽduisse: nullũ tamen ad sacerdotiũ ascendisse. Quod etsi ratò contingit: nulla tamẽ lex ecclesiæ fuit. Nouimus peccatricem prius Mariã, post conuersionẽ quanuis sancta & casta, tamẽ inter diaconissas non est cõputata. Sed quid hoc dico? Sequens sanctos apostolos & venerabiles patres cum omni fiducia clamo: Qui per simoniã ordinatus est, siue episcopus, siue presbyter, siue diaconus, alienus est à sacerdotio, neq; enim venalis est gratia

Act. 13. 1. Paral. 28.

2. Par. 33. b. Matth. 21.

spiritus

M.E.C.D. 2017

ſpiritus ſancti. Caiphæ traditio, & adinuentio Simonis, à ſancto ſacerdotio eſt aliena. Etſi in fornicationē lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum in ſacerdotiū non recipitur. Canones enim hoc prohibēt. Si quis verò cū hoc peccato ad ſacerdotiū prouectus eſt, cognitus degradetur. Item *de eodem*. Epiſcopum qui per pecuniā ordinatus eſt: cōfiteor quia per pœnitentiā recipitur, Deus bonus eſt in omnibus: & aperta viſcera eius omni homini pœnitēti. Sed quoniā iuxta Apoſtolū oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: quicunque per pecuniā ordinauerit aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio alienus ſit. Tharaſius patriarcha dixit: Quicunque per pecuniam vel ordinant, vel ordinauerūt, vel ordinati ſunt epiſcopi vel presbyteri vel diaconi vel quilibet de numero ſacerdotali, repellātur omnino à ſacerdotali honore, ſicut Simō Magus à Petro. *Item*. Quicunq; per pecuniam, diſpenſationē vel curam ſortiti ſunt monaſteriorum, vel eccleſiarum vel religioſarum domorum, Gerontocomiorum, Xenodochiorum, Orphanotrophiorū, cum depoſitione expellantur à diſpenſatione illa & cura. Qui poſt baptiſmum cadens in fornicationem ordinatus eſt: ſi poſtmodum confeſſus fuerit, ceſſet ab adminiſtratione, ſi verò conuictus ab aliquo, deponatur omnino. Similiter percuſſor epiſcopus aut presbyter aut diaconus per ſe vel per aliquem alium quaſi per her hoc timeri volens, deponatur. Item *de eodem*. Qui per ſeculares poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiā obtinuerit, deponatur. Si verò religioſam domum; expellatur.

Ioan. 11. *c.*
Act. 8. *c.*
1. *Tim.* 3. *a.*
Acto. 8. *c.*

ITEM *ex eadem ſynodo*, ex concilio Meldenſi.

De *eodem*. [a]*Palea*. 3

CAuendum[b] eſt & ſummopere [ſtudendum] ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicēdum epiſcopis & regibus & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atq; cūctis fautoribus & electoribus quorumcunque, *atq*; conſenſoribus ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacam hæreſim *regiminis* obtineat locū quacūq; [c]functione,] calliditate, promiſſione, ſeu commoditate aut datione per ſe, aut *per* ſubmiſſam perſonam. ITEM in eadem ſynodo ſeptima.

a Ex mag. Iuo. p. 5. non eſt Palea.
b precauendum.
c legend. factione. Contius.

Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſunt, vel non. 4

COnuenientibus apud Nicenam Bithyniæ, & conſedentibus Petro archiepiſcopo, & Petro presbytero, & abbato monaſterij ſanctę Sabinæ, locum tenentibus Hadriani papæ, & Tharaſio archiepiſcopo Cōſtanti. & Ioanne & Thoma apocriſariis apoſtolicarum ſedium Oriētalium, & cæteris epiſcopis, epiſcopi Siciliæ dixerunt. Dignum eſt vt de futuris inquiramus. Item Baſilius epiſcopus Ancyræ dixit: Conſtitutio eccleſiaſtica habet canonicè tradita ab antiquo à ſanctis apoſtolis

3. *pars*.

M.E.C.D. 2017

ſtolis & ſucceſſoribus eorum ſanctis patribus noſtris apoſtolicis viris & magiſtris, & ſanctis vniuerſalibus ſex ſynodis, & localibus ſynodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæreſi reuertuntur ad orthodoxam fidem & traditionem catholicæ eccleſiæ, ſcripto negare debeant hæreſim ſuam & confiteri catholicam fidem. Item Tharaſius patriarcha dixit, videtur vobis vt ſedes ſuas recipiant qui ab hæreſi reuertuntur ? Religioſiſſimi monachi dixerunt: Sicut receperunt vniuerſales vj. ſynodi ab hęreſi reuertentes ita & nos recipimus. Sancta ſynodus dixit: Placet omnibus nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius epiſcopus Ancyræ, & Theodorus epiſcopus Mireæ ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus ſedere in gradibus & in ſedibus ſuis. Item Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit: Non oportet nos qui epiſcopi ſumus, indigere doctrina, ſed aliorum eſſe doctores. Item Tharaſius epiſcopus dixit: Malorum doctorum mala eſt doctrina. eccleſia de malis doctoribus ſacerdotes non recipit. Item Ioan. Apocriſarius orientalium ſedium dixit: Hęreſis ſeparat omnẽ hominẽ ab eccleſia. Item Tharaſius epiſcopus dixit: Ecce multi canonici libri & ſynodici & paterni lecti ſunt, & ab hæreſi reuertentes docuerunt nos recipere ſi aliqua alia iuſta cauſa non eſt in eis.

Itẽ Petrus Apocriſarius papæ dixit: Romę exulatus eſt Macarius hæreticus à ſancta vj. ſynodo: & quadraginta dierũ inducias dedit illi pater noſter Benedictus papa, & quotidie mittebat ad eum Bonifacium conſiliariũ ſuum, & inſtruebat eum cõmonitoriis verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emẽdari. Hoc aũt faciebat vt eũ reciperet in ordine ſuo. Item Tharaſius patriarcha dixit: Quid dicitis de Anatolio? nónne etiã in quarta ſynodo factus eſt princeps[a] ? & ecce ab impio Dioſcoro ordinatus eſt. Et nos igitur ita recipiamus eos qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. Itẽ verè vox Dei eſt, quoniã non moriũtur filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur, quoniã ex Deo eſt ordinatio. Itẽ Tharaſius patriarcha dixit: Audiuimus paterna mãdata. Quid igitur? oportet recipere ab hęreticis ordinatos? Sancta ſynodus dixit: Audiuimus domine, & oportet nos recipere. Tharaſius patriarcha dixit: Plures eorum qui in vj. ſynodo conuenerunt: à Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro ordinati ſunt qui fuerũt & principes hæreſeos Monothelitarũ: quoniã iſti cõtinuatim in Conſtãtinopolitana ſede ſederunt, & ab vltimo eorum Petro ſcilicet, & vſq; ad vj. ſynodum non fuerunt plures quàm xij. anni. Thomas verò & Ioãnes Conſtãtinus ab hæreticis illis archiepiſcopi facti ſunt: & tamen propter hoc non ſunt reprobati. Sancta ſynodus dixit: Hoc manifeſtum eſt. Conſtãtinus epiſcopus Cypri dixit. Sufficienter oſtenſum eſt.

[a] ſubaudi. hæreſeos.

quòd

M.E.C.D. 2017

quòd ab hæreticis venientes recipiendi sunt. Si verò quis sponte ad hæreticum vadit,& accipit ordinationem : non recipiatur. Item Tharasius patriarcha dixit : Et ego refuto eos qui ob huiusmodi causam ad fidei subuersionem ordinati sunt, & maximè cùm præsentes essent orthodoxi episcopi à quibus poterant ordinari. sic est paternus intellectus . Si verò synodalis consonantia fuerit , & vnitas ecclesiarum de orthodoxis : qui præsumpserint ab immundis hæreticis ordinari , depositioni subiaceant. Sancta synodus dixit : Hoc est iustum iudicium.

3.pars. GRATIAN.

EX hac auctoritate datur intelligi quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum societatem transierit, vt de manibus eorum ecclesiasticæ dignitatis sacramenta percipiat: vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari desyderauerit,& postea suæ abrenuncians hæresi ad ecclesiam redierit, officio tamen accepto fungi nõ poterit. Auctoritate verò Cypriani prohibentur ab administratione ecclesiastica qui intra catholicam ecclesiam ordinati,ad fidei impugnationem dilabũtur. Porrò simoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei subuersionem,nec intra ecclesiam catholicam ordinati aduersus fidem armantur. quanuis enim nonnullos per pecuniam ordinent,non tamen fidem impugnant , nec gratiam spiritus sancti venalem prædicant. vnde veraci pœnitentia cùm hæresim suam detestati fuerint , præmissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus, Veruntamẽ capitulo illo Nicenæ synodi,si quis per pecuniam &c.& illo alio vij. synodi, si quis omnem traditionem &c.& Innocentij,& aliorum multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.

HINC etiam Leo iiij. Episcopis Britanniæ.

In ordine malè accepto simoniaci pœnitentiam agere non possunt. 5

REquiritis de his qui turpissimo lucro columbas in templo domini vendere non pertimescũt,& sua acta improba temeritate Simonis hæresi cõiungunt : vtrum possint in ordine pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinem & sacerdotalem fieri gradum. Quibus nos quidem conuictis, & his qui tam detestabile nefas (quod iam multis est damnatũ cõcilijs) peregisse noscũtur: nulla possumus pœnitẽtia subuenire, & tot spiritualibus patribus obuiare : sed in illorum patrum me sententia conuenire omnibus certum sit.

14.pars. GRATIAN.

NIsi rigor disciplinæ quãdoq; relaxetur ex dispẽsatione misericordiæ. Multorũ enim crimina sunt dãnabilia, quæ tamẽ ecclesia tolerat p tẽpore,pro persona,intuitu pietatis vel necessitatis,siue vtilitatis, & pro euẽtu rei. Pro tẽpore sicut Gelasius qui cùm necessitate temporis videret Italicam ecclesiam propter belli famisque incursionem ferè omniũ clericorum officio destitutã,adeò vt plærisque populis subsidia regendarum

Gela.pap.cap.X decret.

deessent

M.E.C.D. 2017

deeſſent animarum: conceſſit de monachis vel de laicis clericos aſſumi, ita dicens.

Gela. epiſcopis per Lucaniam.

Pro temporum neceſſitate apoſtolicæ ſedis decreta temperantur. 6

NEceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & apoſtolicæ ſedis moderamine conuenimur ſic canonum paternorum decreta librare, vt ea quæ præſentium neceſſitas temporũ in reſtaurandis eccleſiis relaxanda depoſcit: diligenti conſideratione (quantũ poteſt fieri) tẽperemus. ITEM Priſcis igitur.

Require ſupra in tractatu ordinandorum.

Inno epi. 22. ſcribens epiſcopis Macedoniæ.

ITEM Innocentius papa cùm neceſſitate temporis, ne nimium ſcandalum eſſet in eccleſia, ordinatos à Bonoſo hæretico ſuſciperet: ait in decretis ſuis.

Ceſſante neceſſitate debet ceſſare quod vrgebat. 7

QVod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus nõ fuiſſe. Quod ergo neceſſitas pro remedio reperit: ceſſante vtiq; neceſſitate debet ceſſare pariter quod vrgebat: quia aliud eſt ordo legitimus: aliud quod vſurpatio ad præſens fieri tempus impellit. Similiter ex diſpenſatione etiam in Niceno concilio de Nouatianis ſtatutum eſt, vt ad eccleſiam redeuntes ordinentur.

Cap. 8.

Iterum ordinentur qui ex Nouatianis ad eccleſiam redierint. 8

SI qui voluerint ad eccleſiam venire catholicam ex Nouatianis, placet ſancto concilio vt ordinentur: & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confeſſionem per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe cõmuni conſenſu catholicę eccleſię ſtatuta obſeruaturos. ITEM Greg. in regeſto.

Greg. epi. 31. lib. 10.

Iuramentum à ſchiſmate redeuntium. 9

QVotiens cordis oculus nube erroris obductus, ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, magna cautela nitendum eſt, ne latenter auctor ſchiſmatis irruat, & ab vnitatis radice eos qui ad eam reuerſi fuerint, telo iterum erroris abſcindat. Et ideo poſtquã ego. N. ciuitatis illius epiſcopus comperto diuiſionis laqueo quo tenebar, diutina mecũ deliberatione pertractans prõna & ſpontanea voluntate ad vnitatem ſedis apoſtolicæ diuina gratia duce reuerſus ſum, ne non pura mente, ſed ſimulata reuerſus exiſtimer, ſpõdeo ſub ordinis mei caſu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi. N. & per te ſancto Petro apoſtolorum principi atque eius vicario. N. beatiſſimo, & ſucceſſoribus eius, me nunquam quorumlibet ſuaſionibus vel quocunque alio modo ad ſchiſma, de quo redemptoris noſtri gratia liberante ereptus ſum, reuerſurum: ſed ſemper in vnitate ſanctæ eccleſię catholicæ, & cõmunione Rom. ponti. per omnia permanſurum, vnde iuratus dico per Deum omnipotentẽ, & per hæc ſancta quatuor [a] euãgelia quæ in manibus meis teneo, & ſalutem dominorum noſtrorũ. N. & N.

[a] aliàs propoſitis tantum euangelijs Iurant. c. vlti. extra. de Iuramẽt. calum.

remp.

M.E.C.D. 2017

temp.gubernantium,me in vnitate(ſicut dixi)eccleſiæ ad quã Deo propitio ſum reuerſus,& in communione Ro.pon.ſemper & ſine dubio permanere. Quod ſi(quod abſit)ab hac me vnitate aliqua excuſatione vel argumẽto diuiſero,periurij reatum incurrẽs, æternæ pœnæ obligatus inueniar:& cũ auctore ſchiſmatis habeã in futuro ſeculo portionẽ.Hanc autẽ profeſſionis promiſſionisq; meæ chartulam tibi.N.notario meo cum cõſenſu presbyterorũ.& diaconorum,& clericorum qui me in hac vnitate obligãtes,ſe in ſupraſcriptis omnibus prona ſimiliter volũtate ſecuti, atque propriis manibus ſubſcripturi ſunt,ſcribẽdam dictaui:& propria manu ſub ſcribẽs tibi tradidi.Acta in loco tali,die tali,& conſulibus ſupraſcriptis. Ego N.epiſcopus ciuitatis.N.huic confeſſioni promiſſionique; meę præſtito de conſeruandis ſupraſcriptis omnibus ſacramento ſubſcripſi.

CAETERVM ex canonum rigore contra ſcribit Felix papa omnibus epiſcopis. *Felix pap.3. cap.5.epiſtola.*

Qui extra eccleſiam baptizati fuerint, vel rebaptizati:ad eccleſiaſticam militiam non admittantur. 10

QVi in qualibet ætate alibi quàm in eccleſia catholica, aut baptizati aut rebaptizati ſunt,ad eccleſiaſticam militiam prorſus non permittantur accedere: quibus ſatis debet eſſe quòd in catholicorum numerum ſunt recepti: quoniam de ſuo ordine & communione videbitur ferre iudicium quiſquis hoc violauerit inſtitutum,vel qui non remouerit eum quẽ ex eius cœtu ad miniſteriũ clericale obrepſiſſe cognouerit. Pro perſona:ſicut beatus Greg.ſcribens Ianuario epiſcopo ait.

Rigor canonum pro perſona aliquando diſpenſatur. 11 *Greg.epiſt.1. lib.7.*

TAnta nequitia in aures meas de tua ſenectute peruenit, vt eam(niſi adhuc humanitus penſaremus)fixa iam maledictione feriremus.Et quidẽ penè fuerat in te ſententia iaculanda: ſed quoniam ſimplicitatem tuam cum ſenectute cognouimus, interim tacemus. Pietatis intuitu, ſicut de illiteratis & corpore vitiatis Gelaſius ait. *Gela.pap. 1.ad epiſcopos per Lucaniam cap.18.*

Canonum decreta pietatis intuitu nonnunquam relaxantur. 12

SI qui vel propria temeritate vel incuria præſidentium tales ſuſcepti ſunt.nihil vltra promotionem accipiant:ſatisq; habeant hoc ſibi pro nimia miſeratione conceſſum.

GRATIAN.

„ Neceſſitatis intuitu,ſicut Hilarius papa, qui cùm de quo-
„ dam epiſcopo præter notitiam vel cõſenſum Metroplitani or-
„ dinato loqueretur, ne in vtroque graue ſcandalum fieret, ait
„ in epiſtola ſua. *Hila.papa ad epiſc.Tarracon.*

Neceſſitatis cauſa quædam in eccleſia tolerantur. 13

QVoniam quicquid ab alterutra parte eſt iudicatum, omni videmus peruerſitate confuſum: temporum neceſſitate

M.E.C.D. 2017

tate perſpecta, hac ratione decernimus ad veniam peruenire quod geſtum eſt, vt deinceps nullus præter notitiam vel conſenſum Metropolitani ordinetur antiſtes.

Innoc. papa. 1. epiſt 22. epiſcopis Maced.

IDEM Innocentius.

De eodem. 14

QVotiens à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non poteſt, inultum ſolet tranſire. Priora ergo dimittēda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſolicitudine præcauenda.

Iuo id refert in Prologo. lib.

ITEM in epiſtola Cyrilli miſſa Maximo diacono Antiocheno.

Ex diſpenſatione quædam tolerantur quæ canonū rigor cōdemnat. 15

DIdici à diligendo mihi Paulo monacho quia recuſat pietas tua vſque hodie communionem reuerendiſſimi epiſcopi Ioannis amplecti, pro eo quòd quidam in Antiochena eccleſia malè adhuc cum Neſtorio vel ſentiant, vel iam ſenſerint, quidem, ſed forſitan, reſipuerūt. probet igitur tua modeſtia vtrum aliquando colligi nudè ac irreuerenter cum Neſtorio ſentiant, & inuicē colloquantur: licet aliquando cauteriatam habuerint conſcientiā: colligantur autem nunc acta pœnitentia ſuper his in quibus ſubrepti ſunt: quanuis confiteri fortaſſis reuereantur exceſſum. Vt autē non æſtimemur amare contentionē, amplectamur epiſcopi reuerendiſſimi Ioannis communionem, indulgentes ei: & cauſa diſpenſationis, eius negocium non ſubtilius vel diſtrictius ſiue vehementius erga ſe recognoſcat agitari. diſpenſationis enim gratia (ſicut dixi) eget negocium multum.

Iuo Carn. ibidem refert.

IDEM ad Ianuarium epiſcopum & Archimandritam presbyterum.

De eodem. 16

DIſpenſationes rerum nonnunquā cogunt parum quidem à debito rigore quoſdam exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant. ſicut enim hi qui mare nauigant, tempeſtate vrgente nauique periclitante anxiati quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant: ita & nos cum non habemus ſaluandorum omnium negociorum penitus certitudinē, deſpicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia.

GRATIAN. Vtilitatis intuitu, ſicut in Meldēſi cōci. perhibetur de filijs “
virginū vi raptarū, & ſic ad coniugium raptorum applicatarū. “

Vtilitatis intuitu quædam in eccleſia temperantur. 17

TAli coniugio generati, eccleſiaſticis ordinibus nō applicentur: niſi forte eos, aut maxima eccleſiæ vtilitas vel neceſſitas poſtulet, vel euidens meritorū prærogatiua cōmendet.

GRATIAN. *Acto. 10. e* HVIC Petrus concordans ait: In veritate comperi: quia “
non eſt acceptor perſonarum Deus. &c. Pro euentu etiam rei “
quæ-

M.E.C.D. 2017

» quædam in ecclesia tolerantur : sicut Leo ait in decretis suis » de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis. *Leo papa 1. epi. 85 episcopis Aphri.*

Laicis qui contra decreta canonum ad episcopatum promouentur, ex misericordia susceptum officium relinquitur. 18

EXigunt causæ, vt non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum competens vltio proferatur. Sed circunstant nos hinc mansuetudo misericordiæ, hinc censura iustitiæ: vt credamus quædam delicta vtcunque toleranda: quædam verò penitus amputanda. Illos ergo quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quòd ex laicis ad episcopale officium electi sunt, locum suũ tenere permittimus, non præiudicantes apostolicæ sedis statutis, nec beatorum patrum regulas soluentes: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione cõcedi, fas erit amplius impunè committi: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta postmodum vltione plectamus.

IDEM ad Mauros episcopos. *Leo ibidem paulo inferius.*

Donatistæ & Nouatiani quamuis reprehensibiliter ordinati, tamen ex necessitate tolerantur. 19

MAximum quoque ex laico reprehensibiliter licet ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus est ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est non repellimus dignitate: ita vt ipse libello ad nos directo catholicum se esse manifestet. IDEM. *Leo in eadẽ epi. paulo superius.*

De eodem. 20

DOnatum autem Seminacensem ex Nouatiano (vt comperimus) cum sua plebe conuersum, ita dominico gregi volumus præsidere, vt libellum fidei suæ meminerit, ad nos dirigendum, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & pleniſſimè cõfiteatur catholicã veritatem. Quæ autem nunc certa remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta posthac vltione plectamus. *Ibidẽ, superius.*

IDEM Iauuario episcopo Aquileiensi. *Idẽ Leo epist. 3. & 83. Iuliano Aquileiensi.*

Redeuntes ab hæresi post publicam professionem in suis ordinibus recipi possunt. 21

SAlubèrrimum enim & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est, vt siue presbyteri, siue diaconi, siue subdiaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem quã pridem amiserãt, rursum reuerti ambiunt: prius errores suos & ipsos auctores erroris à se damnatos sine ambiguitate fateantur: & sensibus prauis etiam peremptis nulla desperãdi superſit occasio: nec vllum membrum talium possit societate violari : cum per omnia illis professio propria cœperit obuiare, circa quos etiam illam canonum con-

M.E.C.D. 2017

conſtitionem præcipimus cuſtodiri vt in magno habeant beneficio ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine, ſtabilitate maneãt perpetua, ſi tamẽ iterata vnctione non fuerint maculati, [a] *nõ leuem enim apud deum noxam inuenit, qui de talibus ad ſacros promouendos ordines iudicaret.*

a Addit in manuſcrip. Cap. 36. ſynodorum Græcarũ à Marti. epiſco. Brac. collectarũ.

ITEM[a] ex concilio Matini papæ.

Ab hæreſi redeuntes, hæreſim & eius auctores publicè deteſtentur. 22

SI quis epiſcopus, ſiue alicuius epiſcopi presbyter aut diaconus in alicuius hæreſis opinione offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus, nullus epiſcopus in communionem eũ recipiat, niſi prius in communi concilio correcto ſuæ fidei libello ſatisfaciat omnibus: & ita liberam teneat ſuam purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis ſit decretum, ſi in aliqua hæreſis opinione fuerint nominati.

5. pars. GRATIAN. Gela. papa. I. epiſcopus per Lucaniam cap. II.

Ecce quibus de cauſis quædam in eccleſia tolerantur, quæ eiſdẽ ceſſantibus pia ſeueritate vindicantur. Quando aũt toleranda ſint, quãdo reſecanda: Gelaſius papa diſtinguit dicens. "

Quomodo in eccleſia aliqua ſint toleranda. 23

ETſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ ſi cæterorum conſtat integritas, nocere ſola non valeant: illa tamen magnopere præcauenda ſunt, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt: & ſi ea ipſa quæ nullo detrimento aliquotiẽs indulgenda creduntur, vel rerum vel temporum, quæ cogit intuitus, vel acceleratæ prouiſionis excuſat reſpectus: quanto magis illa nullatenus ſunt mutilanda, quæ nec vlla neceſſitas, nec eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas? Aliquando enim pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ mutilantur & relaxantur præcepta canonica. Breuiter oſtendimus qui reuertentes ab hæreſi in ſuis ordinibus valeant recipi, vel qui non. Nunc aũ rem quæritur de his qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſi ad vnitatem catholicæ matris eccleſiæ redierint, vtrum in eodem ordine iterum valeant ordinari. Semel enim conſecratus (vt ait beatus Gregorius) iterum conſecrari non debet. Item ſacramenta quæ ab hæreticis in forma eccleſiæ miniſtrantur (ſicut Auguſtinus teſtatur) reiterari non debent: ne non homini, ſed ſacramento videatur iniuria fieri. Sed illud Gregorij de his intelligitur qui conſecrationem ſacerdotalem vel epiſcopalem acceperunt: qui aut per manus impoſitionem, cùm ad eccleſiam redeunt, effectum ſuæ vnctionis accipiunt: aut ab eius adminiſtratione perpetuò ceſſare iubentur. Similiter illud Auguſti. de eadem myſtica vnctione, & de ſacramento baptiſmatis intelligitur. Sunt autem in eccleſia alij ordines, qui ſine ſacramẽtali vnctione ſola epiſcopi benedi "

5. pars. GRATIAN.

ctione

,, dictione cum quadam vasorum vel indumentorum distribu-
,, tione præstantur: vt sunt leuitæ & cæteri infra eos constituti:
,, hi quanuis ab hæreticis ordinentur, tamen ad ecclesiã redeun-
,, tes in eodem ordine (si aliàs digni fuerint) ab ecclesia ordi-
,, nentur: nec fiet in eis reiteratio muneris: cùm ab hæreticis ni-
,, hil doceatur eis fuisse collatum.

VNDE Vrbanus secundus scribit Petro Pistorienſi episco- *Iuo id refert lib. 3. de ordinatis.*
po, & Rustico abbati Vallis vmbrosæ.

Redeuntes ab hæreticis sunt reordinandi. 24

DAibertum à Nezelone licet simoniaco non simoniacè eiusdem cõfessione reperimus in diaconum ordinatum: & beati Innocentij papæ sententia constat declaratũ, quòd Nezelon hæreticus (quem constat ab hæreticis ordinatum) quia nihil habuit, nihil dare potuit ei cui manus imposuit. Nos igitur tanti pontificis auctoritate firmati, & Damasi papæ testimonio roborati, qui ait, Reiterari oportet quòd malè actũ est: Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum, atque vtilitati ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro (ecclesiæ necessitate ingruente) diaconum constituimus: quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram diaconi dationem: quoniam (vt prædiximus) qui nihil habuit, nihil dare potuit. ITEM Damasus papa.

De eodem.

PEr illicitam manus impositionem vulneratum caput illi 25 *Dama. epist. 4. de chorepiscopis.*
qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & vbi vulnus est infixum, est necesse medicinam adhiberi, qua infixa sanetur macula, id est reiterare necesse est quod legitimè actum non est, aut collatum minimè probatur. Nam quomodo possit honorem retinere, qui ab illo acceperit qui potestatem dare non habuit legitimè, inuenire non possum.

ITEM libro nono C. tit. ad legem Iuliam repetundarum. Imperatores Theodosius & Valerius. 26 *titule 27. leg. 6. 7. pars.*

SAncimus eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel precio, sed probatæ vitæ & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri, ita sanè, vt hi quibus honores per sedis tuæ, vel nostram fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quippiam, neque daturos vnquam postmodum fore siue per se, siue per interpositam personam in fraudem legis sacramentique, aut donationis venditionisve titulo aut velamento cuiusque contractus: & ob hoc (exceptis salarijs) nihil penitus tã in administratione positos: quàm post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis quam gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris contem-

M.E.C.D. 2017

nendo iusiurandum arbitremur immemorē, vt saluti proprię vllum commodum anteponat: tamen vt ad salutis timorem ex necessitate periculi subiugetur: si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere: non tantummodo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem accusandi cunctis tanquam publicum crimen concedimus facultatem: quadrupli pœna cum qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo.

ITEM Paschalis papa.

De eodem. 27

PAtet simoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos: & si commoniti nō resipuerint, ab exteris etiam potestatibus opprimendos. omnia etiam crimina ad cōparationē simoniacæ hęresis quasi pro nihilo reputantur. His breuiter præmissis, ad ea veniamus quæ ecclesia GRATIAN. « « «

QVAESTIO I.

AN IN MANIFESTIS IVDICARIVS ORDO SIT REQVIRENDVS.

QVòd autem nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur. De eo nanque ait Auguſtinus:

Aug. homi. 50. de vtilitate pœnitentiæ.

Damnari non valet, niſi aut conuictus, aut ſponte confeſſus. 1

NOs in quenquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum, aut ſpontè confeſſum.

ITEM Conſtantinus imperator.

De eodem.

Non inueni nec in Cod. Iuſtinianeo, nec Theodoſiano.

IVdex criminoſum diſcutiens non antè proferat ſententiam, quàm aut reum ipſe ſe confiteatur, aut per innocentes teſtes conuincatur. Hoc idem teſtatur Auguſtinus & eiſdem verbis. ITEM Gregorius.

Greg. epi. 50. li. 8. ad Dominianum.

De eodem. 2

SIcut ſine iudicio quenquam nolumus condemnari: ita quæ iuſtè diffinita ſunt, nulla patimur excuſatione differri.

ITEM Eleutherius papa.

Eleuthe. pa. ad epiſco. Gallie.

De eodem. 3

NIhil contra quemlibet accuſatum abſque legitimo & idoneo accuſatore fiat. nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus. ITEM Felix papa.

Felix pri. epi. ad Paternum, & Zephirinus ep. Io. ad epiſcopos Sicilien.

De eodem. 4

PRimates accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam proferant damnationis, quàm aut reũ ſe ipſe confiteatur: aut per innocẽtes & canonicè examinatos regulariter teſtes conuincatur. aliter irritam eſſe cenſemus, & iniuſtã epiſcoporum damnationẽ, & idcirco à ſancta ſynodo retractandã; ita vt oppreſſis ab omnibus in cunctis cauſis ſubueniatur.

IDEM decreuit Zepherinus papa.

Multi per tolerantiam ſuſtentandi ſunt, quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati. 5

VNus ex vobis me traditurus eſt. Bene dixit ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim eſt, à quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus aut conuictus excluſus non eſt. A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſimè noui ſeparatus & diuiſus eſt. Tale eſt ac ſi diceret: Et ſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo: vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete.

Mat. 26. b.

ITEM Gregorius Ioanni defenſori euntí in Hiſpaniam.

Gre. epiſt. 50. lib. 11.

M.E.C.D. 2017

Nullum seruetur iudicium, nisi rationabiliter habitum. 6.

IN primis requirendum est de persona presbyteri dilectissimi fratris & coepiscopi nostri Ianuarij, & si ita veritas se habet sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia atque loco suo idem presbyter modis omnibus reuocetur. Si autem dictum fuerit quia cõtra ipsum causa aliqua mota siue probata est: subtiliter ipso præsente & pro se rationem reddente quærendũ est & genus causæ & modus probationis: vt ex hoc colligere valeas vtrum adhuc in exilio vel deportatione demorari, an certè in ecclesia & officio suo debeat reuocari. De episcopi persona hoc faciendum est, vt si nulla contra eũ criminalis causa quę exilio vel depositione digna est, mota siue probata est, is episcopus qui eo superstite & peruersè & cõtra canones in ecclesia eius ordinari præsumpserit, sacerdotio ptiuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur: qui etiã eidem dilectissimo Ianuario fratri & coepiscopo nostro tradẽdus est, vt aut ab ipso in custodia habeatur, aut certè ab eo ad nostrãs mittatur. Episcopi verò qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt: sex mẽsibus dominici corporis cõmunione priuati agere pœnitentiã in monasterio decernantur: & suprascriptus Ianuarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si verò cõmunione priuatis mortis cõtigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in præiudiciũ damnationis vel depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse, ac talia feciſſe, nõ sua sponte, confessi fuerint: & tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentię temperãdus. Si verò ille qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauerit, & alter est ordinatus: quia leuioris culpę videtur, cum nõ quasi isti superstiti, sed successisse defuncto videatur: episcopatus illi officiũ ab ea tãtummodo ecclesia interdicatur, vt in alia ecclesia quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit possit esse episcop⁹: ad Malechitanam tamen ecclesiam nunquam aliquo modo reuersurus. Gloriosus autem Comitiolus quicquid prædictus episcopus per violentiam atque insecutionem *ipsius expendisse, vel damnum perpetrasse dato sacramento firmauerit: eidẽ episcopo restituere condemnetur. Si autem aliter quàm antefati episcopi petitio continet, actũ esse forsitã perhibetur, subtiliter quærẽdum est, & cognita veritate cũ Dei timore quod iustitiæ ordo suaserit, iudicandum est. Quia igitur Stephanus episcopus odio sui quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neq; aliquid ordinabiliter factũ, sed iniustè se asserit condẽnatum: diligenter quærendũ est primò si iudiciũ ordinabiliter est habitum, id est, si alij accusatores, atque alij testes fuerunt. Deinde causarũ qualitas est examinanda, si digna exilio vel depositione

Ibidem Greg.
**persecutionẽ.*

tione

M.E.C.D. 2017

tione fuerit, si eo præsente qui accusatus est, sub iureiurando testimonium contra eum dictum est, si scriptis actū est, si ipse licentiā respondendi ac defendēdi sē habuerit . Sed & de personis accusantium ac testificantium subtiliter quærendum est cuius cōditionis sint, cuiúsve opinionis, & ne inopis patrimonij sint: ne fortè aliquas contra prędatum pastorem inimicitias habuissent. Vtrum testimonium ex auditu dixerint: aut certè specialiter se scire testati sunt. Si scriptis iudicatum est: & partibus præsentibus sentētia recitata sit. Quòd si fortè hęc solenniter acta non sunt neq; causa probata est quæ exilio vel depositione digna sit: omnibus modis in ecclesiam suā reuocetur.

Hi verò qui cōtra Dei timorem & statuta canonū eū condemnauerūt: excommunicati in monasterium ad agendā pœnitentiam sex mensibus mittēdi sunt: ita sanè, vt si cuiquā eorum mortis contigerit imminere discrimē viatici benedictio ei non negetur. Ipse autem qui eo viuente locum eius temerariè ambiuit: priuatus sacerdotio, ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidē dilectissimo fratri, & coepiscopo nostro tradatur: vt eum ipse aut ad nos trāsmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi verò qui eum ordinare præsumpserunt, vel peruersæ ordinationi eius assensum præbuerunt: communione priuati sex mēsibus ad agendam pœnitentiā in monasterio deputentur. &c. vt suprà de causa Ianuarij episcopi. & infrà de eodem. Quòd si fortè aliqua de obiectis contra memoratum Stephanū episcopum probata sunt, aliqua verò doceri minimè potuerunt: cauta omnino consideratione pēsandum est vtrū leuiora capitula, an certè grauiora sunt probata, vt ex eis qualiter definitionem tuam formare debeas, possis scire. Glorioſus verò Comitiolus, si supradictus episcopus innocens esse claruerit: quicquid de rebus eius vel ecclesiæ ipsius tulit: ei sine aliqua dilatione restituat &c. vt suprà in causa Ianuarij episcopi. Si autem episcopum talem culpam, quod absit. &c. & infrà in causa monachorum. De persona presbyteri & infrà in causa. Clericus aduersus clericū. & infrà. De persona Ianuarij episcopi sciendum est grauiter omnino & contra leges esse actū vt violēter de ecclesia traheretur: cùm si quamlibet iniuriam à quocunq; episcopus passus fuerit in ecclesia, iniuriantē lex capitali pœna percutiat: & sicut maiestatis reum omnibus det accusandi licentiā: vt huius legis series loquitur Codice libro primo, titulo de episcopis & clericis, in cōstitutione prima. Si quis in hoc genus sacrilegij irruperit, vt in ecclesiam catholicā irruēs, sacerdotibus & ministris vel ipsi cultui locoq́; aliquid importet iniuriæ &c. & infrà. De persona episcopi Stephani hoc attēdendum est, quia nec inuitus ad iudicium trahi, nec ab episcopis alieni concilij debuit iudicari.

Tit. 2. lib. 1. Codicis lib. 10.

Greg. vbi supra epist. 54. lib. 11

M.E.C.D. 2017

Contra hoc si dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuerunt, nec patriarcham: dicendum est, quia à sede apostolica (quæ omnium ecclesiarum caput est) hæc causa audienda fuerat, ac dirimenda: sicut & prædictus episcopus petiisse dinoscitur. Quia ergo episcopus alieni concilij iudices habuit omnino suspectos, sententia non à suo iudice dicta nihil firmitatis obtineat. Quod autem dicitur à seruis suis accusatus, sciendum est quia audiri minimè debuerunt. Si verò de crimine maiestatis dicitur accusatus: nec ipsis etiam de eo credendum fuit, si vita & opinio eius talis autè nõ extitit. Quod autem dicit idem episcopus quia se absente aliqui vilissimi sint testes exhibiti: hoc si verum est, nullius est momenti. Testes autem quales vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimæ leges ostendunt: quæ penè nulli habentur incognitæ, quæ etiam illud sanciunt, vt vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat.

GRATIAN. Tit. 44. l. 3. & vltima.

Quod autem dicitur quia nihil sine scriptis iudicãdum est, legendum est Codice titulo .xliiij. libri. vij. constitutione vlti. ma. quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia præcipitur vt sententia quæ sine scripto dicta fuerit, nec nomen sententiæ habere mereatur. Item Codice libro. vij. titulo de sentrentiis ex breuiculo recitandis, Imperatores Valentinianus & Gratianus, &c.

Vltima sententia debet de scripto proferri. 7

STatutis generalibus iussimus vt vniuersi iudices quibus reddendi iuris in prouinciis permisimus facultatem, cognitis causis vltimas diffinitiones de scripti recitatione proferant. Huic adiicimus sanctioni, vt sententia quæ dicta fuerit cùm scripta non esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur: nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solennitas requiratur.

ITEM ex concilio apud sanctum Medardum. viij. cap.

a ygmarus. aHimarus Remorum archiepiscopus dixit.

De eodem. 8

LEgum ecclesiasticarum auctoritas talis est, vt in causis gestorum semper scriptura requiratur, adeò vt qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur. qui ad summum sacerdotium prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligatur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere iubetur. qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli inscriptione aut recipitur, aut deiicitur, sed & qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur: per scripturam accusari vel reconciliari iubetur: & sic in cæteris huiusmodi intantum scriptura deposcitur, vt sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Ioannem defensorem ex Ro-

M.E.C.D. 2017

ex Romanis legibus sumens scribit, Sententia quæ sine scriptis profertur, nec nomen sententiæ habere mereatur.

ITEM Nicolaus papa Girardo Turonẽti archiepiscopo.

Restituendus est quem neque conuictum neque confessum constat esse iectum. 9

NOtum sit tuæ fraternæ charitati quòd cum iste presbyter pauper nomine Christophorus de sua angustia ad nostrã clementiam lachrymabiliter sit conquestus, dicẽs se falsis criminibus impetitum, & ab ecclesia sua nõ conuictum neq; confessum irrationabiliter fuisse iectum: nam (vt ipse refert) tua diligentia per tres vices inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine, neq; de homicidij confessione (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, nisi quia suæ paupertatis causa quæ petebantur aut consentire noluit, aut adimplere non potuit: quod suus tamen æmulus vltroneus egit: qui iniuste illius ecclesiã præripuit. Idcirco magnopere monemus reuerentiam tuã vt quæ te fortè ignorãte Gieziaca cupiditate peracta esse vidẽtur, tuæ fraternitatis censura celeri emẽdatione corrigantur, scilicet restituendo ecclesię propriæ iã dictum sacerdotem, atq; ei reddendo tua pietate pristinum quem perdidit honorem: & nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & consentientem par pœna constringit. ITEM de lib. constitutionum.[a]

Antequam causa examinetur, aliquis excommunicari non debet. 10

NEmo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem antequam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduersus eam cõstitutionem excommunicauerit aliquem: ille qui excõmunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiã sanctę communionis redeat. ille autem qui nõ legitimè eum excommunicauit: in tantum abstineat tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit: vt quod iniuste fecit eum excommunicando, ipse iuste patiatur. ITEM Augustin. in epistola ad clerum & ad vniuersalem plebem Hipponensem.

a Subaudi Nouellarum. Nam apud Iulianum epitomatorem Nouellaru extat totidem verbis ex No. 123. Ergo falsò quidam putant hic constitutiones Caroli magni & filiorum eius intelligi.

Aug. epist. 137.

Incerta & dubia iudicari non possunt. 11

NOmen presbyteri præterea nõ ausus sum de numero collegarum eius vel supprimere vel delere, ne diuinæ pietatis potestati sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negociis sæcularibus iudices faciunt, quãdo ad maiorem potestatem dubitatio refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. In episcoporũ quoq; concilio constitutum est, nullum clericum qui nõdum conuictus est, suspendi à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentauerit. ITEM Melchiades papa.

Episcopis Hispaniarũ scribens.

M.E.C.D. 2017

Nec ſuſpicionis arbitrio nec ante verum & iuſtum iudicium aliquis condemnetur. 12

PRimo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cũm iuſtitia & charitate diffiniatis: neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium: nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio: ſed primum probate, & poſtea charitatiuam ſententiam proferte: & quod vobis non vultis fieri, alteri facere nolite.

Tit. 2. lib. 8. ITEM ff. lib. xlviij. tit. de accuſationib⁹ & inſcriptionibus.

Quid ab accuſatione prohibeantur, & qui recipiantur. 13

PRohibentur alij accuſare propter ſexũ vel ætatem: vt mulier & pupillus. Alij propter ſacramentum: vt qui ſtipendiũ merent. Alij propter magiſtratum & poteſtatẽ: in qua agentes ſine fraude in ius vocari non poſſunt. Alij propter delictum proprium: vt infames. Alij ropter turpem quæſtum: vt qui duo iudicia aduerſus duos r os ſubſcripta habẽt: nummóſve ob accuſandum vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionem ſuam: vt filij contra parentes, & liberti contra patronos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ: vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem: vt ſunt qui minus quàm quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes ſi ſuam iniuriam exequantur, mortémve propinquorum defendant: ab accuſatione non excluduntur. Liberi libertiq; non ſunt prohibendi ſuarum defendẽdarum rerum gratia de facto parentum patronorúmve queri: veluti ſi dicant ſe vi à poſſeſſione ab his expulſos: ſcilicet non vt crimen vis eis intendant, ſed vt poſſeſſionem recipiant. Nã & filius non quidem prohibitus eſt de facto matris conqueri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum quo magis cohæredem habeat: ſed eam ream lege Cornelia facere ei permiſſum non eſt. Ab alio delatum, alius deferre non poteſt: ſed eum qui abolitione publica vel priuata interuenieute aut deſiſtente accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam pertinẽtem audiri præfecto annonæ deferentem diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Famoſi quoque accuſantes ſine vlla dibitatione admittuntur. Milites quoque ad hanc accuſationen admittendi ſunt. Serui quoque deferentes audiendi ſunt.

2. pars. GRATIA. His omnibus auctoritatibus datur intelligi ꝙ nullus ſt condẽnãdus niſi iudicio ordinabiliter habito aut cõuincatr. aut reum ſeipſum confiteatur. Verùm hæc de illis intelligenda ſunt quorum crimina ſunt occulta. Cæterum quę manfeſta ſunt, iudiciariũ ordinem nõ requirunt. VNDE Aimro.

Sine accuſatione, manifeſta iudicentur. 14

Nicol. pa. 1. MAnifeſta, accuſatione non indigent. ITEM Nicolaus papa Carolo regi.

De eo-

M.E.C.D. 2017

De eodem. 15

QVæ Lotharius rex nepos veſtèr fecit, accuſatione non indigent. Manifeſta enim ſunt (teſte apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c. *Galat. 5. d.*

" In manifeſtis enim calliditate accuſantium nõ opprimitur reus: nec tergiuerſatione proprium crimen celatur: cum culpa ſua oculis omnium ſpontè ſe ingerat: atq; ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur: qui ideo tantum inſtitutus eſt, vt nec innocentia inſidiis pateret aduerſantium, nec culpa delinquentium ſententiam effugeret iuſti examinis. GRATIAN.

VNDE Stephanus papa Leoni epiſco Thianenſi. *Iuo Carn. lib. 4. de iudic. & cri. refert ex eodem.*

Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. 16

DE manifeſta & nota plurimis cauſa non ſunt quęrendi teſtes: vt ſanctus Ambro. in epiſtola ad Corinthios dixit de fornicatore, ſententiam exponens apoſtoli. Iudicis inquã non eſt ſine accuſatore damnare: quia dominus Iudã, cũ fuiſſet fur, quia non eſt accuſatus, minimè eiecit. Cognito autem opere iſtius pellendũ illũ apoſtolus de cœtu fraternitatis cenſuit, oẽs enim crimen eius ſciebãt, & non arguebant, publicè enim nouercam ſuã loco vxoris habebat: in qua re neq; teſtibus opus erat, neq; tergiuerſatione aliqua poterat tegi crimẽ. & paulopoſt. Abſens facie, præſens autẽ auctoritate ſpiritus qui nuſquam abſens eſt, iam iudicaui vt pręſens eum qui hoc admiſit,
" tradi Satanæ in interitum carnis. & infrà. Sed ſciendum eſt, GRATIAN.
" quod eorum quę manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita aliis: alia ſunt manifeſta aliis, & occulta iudici: quædam verò ſunt nota iudici & aliis. Quæ iudici tantũ nota ſunt, ſine examinatione feriri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In vna enim eadẽque cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.

VNDE Auguſt. in homil. de pœnitentia. *Augu hom. 50.*

Quando aliqui ſunt corrigendi, quando tolerandi. 17

MVlti corrigũtur, vt Petrus: multi tolerãtur, vt Iudas: multi neſciuntur donec veniat Deus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. & infra. Nos verò quemquam prohibere à cõmunione nõ poſſumus (quãuis hæc prohibitio nondum ſit mortalis: ſed medicinalis) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatũ aut conuictum. quis enim vtrũque ſibi auderet aſſumere, vt cuiuſquã ipſe ſit & accuſator & iudex? Huiuſmodi etiam regulam Paulus in epiſtola ſua ad Corinthios breuiter inſinuaſſe intelligitur, cum quibuſdã cõmemoratis criminibus eccleſiaſticis, formam ad omnia ſimilia ex quibuſdã daret. ait enim. Scripſi vobis in epiſtola ne cõmiſceamini cũ fornicariis, nõ vtiq; fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis ſeruien- *Matth. 16.* *1. Corinth. 5. d.*

M.E.C.D. 2017

tibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Non enim possunt homines in hoc mundo manentes nisi cū talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorū colloquium
Matth.9.b. conuictumq; vitauerint. Vnde dominus cum peccatoribus & publicanis comedens: Nō est, inquit, necessarius sanis medicus, sed male habētibus. non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. & ideo consequenter apostolus etiam
1.Corint. 5.d. adiungit. Nunc aūt scripsi vobis: Non cōmisceamini fornicariis. Si quis aūt frater nominatur fornicator, aut idolis seruiēs, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cu huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt, iudicare? Nónne de his qui intus sunt, vos iudicatis? de his e-
Deute.21.b. nim qui foris sunt, iudicabit deus. auferte malū à vobisipsis, quibus verbis satis ostēdit non temere aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ cōmunione: vt si per iudiciū auferri non possunt, tolerentur potius, ne peruerse malos euitando ab ecclesia ipse discedēs, eos quos fugere videtur, mittat ad gehennā: quia ad hoc nobis in scripturis sunt exempla proposita, velut in messe vt palea sufferatur vsq; ad vltimum ventilabrū: vel intra illa retia vbi pisces boni cum
Matth.13.f. malis vsq; ad separationē quæ futura est in littore: id est, in fine sæculi, æquo animo tolerantur. Non enim contrariū est il-
Roma.14.a. lud huic loco quod dicit apostolus: Tu quis es qui iudicas alienum seruū? suo domino stat, aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiā extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege dei secundū ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatū atq; conui-
1.Corint.5.d. ctum, alioquin illud cur dixit. Si quis frater nominatur aut fornicātor, aut idolis seruiens, &c. nisi quia eā nominationē voluit intelligi quę fit in quenquā, quum sentētia ordine iudiciario atq; cum integritate profertur. Nam si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes: quia sæpe falso in quoquā crimina nominātur. Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi comites ad supplicia, nec gaudeāt quia plures inueniant sibi similes. nam propterea non minus ardebunt: quia cum multis ardebunt. IDEM in eodem.

August. ser.16. de verbis domini.

Peccatum quod tantum iudici notum est, ab eo damnari non valet. 18

Matth.18.b. SI peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. quare? quia in te peccauit. Quid est in te peccauit? Tu scis quia peccauit. Quia enim secretū fuit quādo in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod peccauit in te. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum vis corā omnibus arguere, non eris corrector erroris, sed proditor. Attende quemadmodum vir iustus Ioseph tanto flagitio quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit antequā sciret vn-

de illa

M.E.C.D. 2017

de illa cõceperat quam grauidã ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe nouerat. Reſtabat itaque certa adulterij ſuſpicio: & tamen quia ipſe ſolus nouerat, ipſe ſolus ſciebat, quid dicit euãgelium? Ioſeph autem cum eſſet iuſtus & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Ergo corripienda ipſa ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa verò corripienda ſunt ſecretius quæ peccantur ſecretius. Diſtingue tempora, & concordabit ſcriptura. Sic agamus, & ſic agendũ eſt, non ſolum quando in nos peccatur, ſed etiam quãdo peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto debemus corrigere. Nouit enim neſcio* quem homicidam epiſcopus, & nemo alius illum nouit. Ego nolo eum publicè corripere, & tu quæris inſcribere. Prorſus nec prodo, nec negligo. corripio in ſecreto: pono ante oculos eius dei iudicium: terreo cruentam conſcientiam: perſuadeo pœnitẽtiam. hac charitate præditi eſſe debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quaſi non reprehendamus, aut putant nos ſcire quod neſcimus: aut putant nos tacere quod ſcimus. Sed fortè quod ſcis, & ego ſcio, non tamen coram te corripio: quia curare volo, non accuſare. Sunt homines adulteri in domibus ſuis in ſecreto peccantes: aliquando nobis ab vxoribus ſuis plærunque zelantibus, aliquando maritorum ſalutem quærentibus produntur. Nos non prodimus palam, ſed in ſecreto arguimus, vt vbi cõtigerit malum, ibi moriatur. non tamẽ vulnus illud negligimus: ante omnia oſtendẽtes homini in tali peccato conſtituto ſauciamq; gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.

Matt. 2. c

** al quem homicidam nouerit. &c.*

,, Quando vero crimen eſt notũ alijs, & nõ iudici: nec tũc ſi-
,, ne examinatione feriendum eſt: quia in crimen ſibi occultũ
,, iudex ſententiã ferre non debet. VNDE Euariſtus papa ait.

4. pars. GRATIAN. *Epiſt. 2.*

Sententia non præcipitanter ferenda eſt. 19

DEus omnipotens vt nos à præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret: cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare prius quàm manifeſtè cognoſceret quę dicebãtur. Vnde ipſe ait: Deſcendã & videbo vtrũ clamorẽ qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. Deus omnipotẽs cui nihil eſt abſcõditum, ſed ei omnia manifeſta ſunt antequam fiant: non ideo hæc & alia multa quæ ob prolixitatem capitulo non inſeruimus, per ſe inquirere dignatus eſt: nõ quod ea ignoraret, ſed vt nobis exẽplum daret ne præcipites in diſcutiẽdis & iudicãdis negociis eſſemus: & ne mala proximorũ pri⁹ quiſquã preſumat credere, q̃ probare: cui⁹ exẽplo monemur ne ad proferendã ſententiã vnquã præcipites ſimus: aut temere indiligenterq; probata, indiſcuſſa quoquo modo iudicem⁹: dicẽte

Heb. 4. d

Gen. 18. c.

veritatis

M.E.C.D. 2017

Mat. 7. veritatis voce: Nolite iudicare,& non iudicabimini. in quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini.& reliqua. Mala verò audita nullum moueant:nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat: sed ante audita diligenter inquirat:nec præcipitanter quicquam agat aliquis. Si enim deus cognitor omnium,Sodomorum mala(quorum clamor ad cælum vsque peruenerat)omnia sciens , prius nec credere nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, quæ audierat opere comprobaret : nos qui sumus homines & peccatores , quibus incognita sunt occulta iudicia dei: hoc præcauẽtes, nullum ante veram iustãq; probationem iudicare aut damnare debemus : manifestè Paulo apostolo dicente: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo enim domino aut stat,aut cadit.

Luc. 6.f.

Rom. 14.

5. pars. GRATIA.

Quando autem crimen notum est iudici & alijs : aliquãdo reus inficiatur factum: veluti si quis negaret se interfeciſſe eũ quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecit. hic quia se reum negat, sine examinatione feriri non potest. Aliquando euidentia ipsa operis reum esse testatur , quando opere publico crimen suum confitetur. tunc post secundum & tertiam correctionem sine examinatione damnandus est vel puniendus,si incorrigibilis extiterit.In hoc itaque vltimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosij & Nicolai: Manifesta, accusatione non indigent. fornicator enim in quem sine examinatione sententia apostolica processerat, publicè coram omnibus nouercam suam pro vxore habebat. Lotharius quoque rex de quo Nicolaus scribit , similiter publicè vxorem suam dimiserat,& aliam superduxerat.

1. Cor. 14.a

1. Cor. 5

Nico. pa. 1. VNDE idem Nicolaus papa scribit archiepiscopis & episcopis per Galliam,Italiam, & Germaniam constitutis.

Sine accusatione manifesta ferienda sunt. 20

SCelus quod Lotharius rex (si tamen rex veraciter dici possit,qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus scilicet fœminis Teberga & Gualdrada commisit: omnibus manifestum est. Sed dudum episcopos Teugualdum & Guntarium in tali facto eum habuisse tutores atque fautores pene totis orbis vndique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat . Igitur decernente nobiscum sancta synodo in præsentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati,atque à regimine episcopatus alienati indubitanter existunt.

QVAE-

M.E.C.D. 2017

QVAESTIO II.

AN EXPOLIATVS SIT ALIQVO IVDICANDVS.

QVod autem expoliatus ante iudicem ſtare non poſſit, multis auctoritatibus probatur.

AIT enim Ioannes papa. *Ioan.pa.1. epi. 1.ad Zacha. archiepiſcop.*

Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda. 1

ANtiquitus decretum eſt vt omnes poſſeſſiones & omnia ſublata atque cunctos fructus ante litem cõteſtatam perceptos epiſcopus vel primas poſſeſſori reſtituat.

ITEM Nico. papa.

De eodem. 2

OMnes leges tam eccleſiaſticæ quàm vulgares & publicæ pręcipiunt vt omnia ſibi ablata reſtituantur ei, qui ſuis eſt rebus expoliatus. ITEM Stephanus papa. *Stephan.papa.1 epiſt.2*

Nullus debet accuſari dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus. 3

NVllus epiſcoporum dum ſuis fuerit rebus expoliatus, debet accuſari priuſquam omnia ei quæcunque ablata ſunt quocunque ingenio, legibus redintegrẽtur: ita vt omues poſſeſſiones atque omnes fructus ante inceptam accuſationẽ prĩmates & ſynodus epiſcopo de quo agitur, funditus reſtituãt.

ITEM Euſebius fratribus conſtitutis per Alexandriam & Aegyptum. *Euſe.pa.epiſt.2*

Nec conuocari ad ſynodum, nec in aliquo debet iudicari ſpoliatus. 4

IN ſcripturis veſtris reperimus quoſdam epiſcopos veſtris in partibus à propriis ouibus accuſatos: aliquos videlicet ex ſuſpicione: & aliquos ex certa ratione. Et iccirco quoſdã ſuis eſſe rebus expoliatos: quoſdam verò à propria ſede depulſos: quos ſciatis nec ad ſynodum comprouincialem, nec ad generalem poſſe conuocari, nec in aliquo iudicari antequam cũcta quæ eis ablata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur.

ITEM Iulius papa. *Iul.1.cap.8. in decretis.*

De eodem. 5

NVllus poteſt conuocari aut iudicari antequam omnia ſibi ablata, & omnia iura ei in integrum reſtituantur: quia non habet priuilegium quo poſſit exui iam nudatus.

ITEM Zepherinus papa. *Zephe.epiſt.2. ad epiſopos Aegypti.*

De eodem. 6

PRæceptum ergo eſt in antiquis ſtatutis, eiectos atque ſuis rebus expoliatos eccleſias proprias recipere: & primo ſua omnia eis reddi: & demũ ſi quis eos iuſtè accuſare voluerit, æquo periculo facere: iudices eſſe decernentes, epiſcopos recta ſapiẽtes & in eccleſia cõuenientes vbi teſtes eſſent ſingulorũ qui oppreſſi videbantur: nec prius eos reſpõdere quàm omnia ſua eis & eccleſijs eorum legibus integerrimè reſtituantur.

QVAE-

M.E.C.D. 2017

QVAESTIO III.

QVA POENA SINT FERIENDI, QVI IN ACCVSATIONE VEL TESTIFICATIONE DEFECERVNT.

GRATIAN. QVa autem pœna feriendi ſint qui in accuſatione deficiunt, canonũ cenſura diffinit. pœnam enim illati criminis cum diſpendio exiſtimationis excipient.

VNDE Gelaſius papa.

De his qui non probanda obiiciunt. 1

SI quis circa huiuſmodi perſonas non probãda detulerit, auctoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere: vt damno pudoris, & exiſtimationis diſpẽdio diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari ſaltem de cætero non licere. ITEM Damaſus papa.

Dama. epiſtola 3 ad Stephanum archiepiſcopũ.

Si accuſator in accuſatione defecerit, talionem recipiat. 2

CAlũniator ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat. ITEM ex decreto Hadriani papæ.

De eodem. 3

QVi non probauerit: quod obiecerit, pœnam quam ipſe intulerit patiatur. ITEM Damaſus papa.

De his qui falſis criminibus aliquem impetunt. 4

SI quis epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus impetierit vel accuſauerit, & probare non poterit: nec in fine dandam ei communionem cẽſemus. Aliud eſt accuſationem non implere, & aliud eſt cõuitium non probare. Illud enim nulli ſine abolitione. hoc omnibus licet.

2. *pars.* GRATIAN.

VNDE Fabianus papa.

Fabia. epi. 3. ad Hilariũ epiſco.

Conuitium non eſt pro accuſatione habendum. 5

SI quis iratus crimen cuilibet temere obiecerit, conuitium non eſt pro accuſatione habendum: ſed permiſſo tractandi ſpatio, ſi id quod iratus dixit, per ſcripturam ſeſe probaturum fateatur: vt ſi forte reſipiſcens quæ per iracundiam dixerit, iterare aut inſcribere noluerit: non vt reus criminis teneatur.

3. *pars.* GRATIAN. * *al. probare, quia falſum eſt: aliud &c.*

Sed aliud eſt crimen illatũ non poſſe probare, *aliud aliqua promiſſione accuſationem deſerere. huic enim qui promiſſione deceptus accuſationẽ deſerit, venia datur: illi verò qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.

VNDE beatus Greg. ſcribit Ioãni epiſcopo Corinthiorũ.

Greg. epiſcop. 94. li. 4.

De eo qui promiſſione illectus accuſationem deſerit. 6

PAulum itaque diaconum quamuis culpa ſua vehementer confundat, quòd deceptus promiſſione ab accuſatione ſui epiſcopi deſtiterit, tamen hanc ei culpam ignoſcimus.

GRATIA. *Idẽ Greg. ibidẽ paulò inferius.*

Oĩs igitur qui crimẽ obiicit, ſcribat ſe probaturũ. Reuera ibi ſemper cauſa agatur, vbi crimẽ admittitur: & q nõ probauerit quod obiecerit: pœnã quam intulerit, ipſe patiatur. IDEM.

De

M.E.C.D. 2017

De his qui accusationem deserunt, vt ecclesiasticos ordines accipiant. 7

EVphemiū*atq; Thomā q pro deferēda accusatione episcopi sui sacros ordines acceperūt, eisdē ordinibus priuatos esse cēsemus: atq; ita sicuti depositi sunt, volum⁹ permanere. *al. Euthemiū, siue Enthemiū.

» Hinc colligitur clericorum infamiam per Romanum pon-
» tificem aboleri posse, contra illud Gelasij: quanquam animas
» per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamen abolere
» non possumus. contra illud Stephani; qui cùm causas enu-
» merasset ex quibus infamia irrogatur: hos omnes, inquit, sub
» nota perpetuę infamię ad pœnitentiā suscipimus. Vel nō siūt
» infames lege canonū omnes quos leges sæculi infames pro-
» nunciāt: cùm Paulus diaconus qui non impetrata abolitione
» ab accusatione destiterit, hac auctoritate dignitatē officij sui
» recuperauit: quē senatusconsultū Turpillianu infamē pronun
» ciauit. Quod etiam de ea fateri cogimur quæ intra tēpus lu-
» ctus nubit: cum matrimonia hodie regātur iure poli, non iure
» fori: & iure poli mortuo viro mulier soluta est à lege viri: nu-
» bat si vult. Sed idē Stephanus ecōtra scribit dicens: Infames
» dicimus quoscūq; leges sæculi infames pronunciant. Sed il-
» lud Gelasij & Stephani, quanquā animas &c. sub nota perpe-
» tuæ infamiæ &c. de illis intelligitur quibus per iudicē ciuilē
» infamia irrogatur: quorum sicut examinatio & castigatio, ita
» & in integrū restitutio non nisi ad ciuilem iudicē spectat. De
» ea vero quæ intra tempus luctus nubit, nō est contrarium ei
» quod Stephanus ait: Infames dicimus &c. cùm enim leges sæ-
» culi præcipuè in matrimonijs sacros canones sequi non dedi-
» gnentur: non videntur pronunciare infamē eam quæ apostо-
» lica & canonica auctoritate, non illicite nubit. GRATIA.

» Notandum est quoque quod aliud est cùm aliquem pœni- 4. *pars.*
» tuerit criminaliter accusasse, & inscriptionem feciſſe, si ab in- GRATIAN.
» nocente fuerit absolutus. Aliud si pecuniā à nocente accepe-
» rit, vt à probatione eius quod obiecerat desistat.

» VNDE in lib. capitulorum. clxxv. cap. legitur.

De eo quem pœnitet criminaliter accusasse. 8 Vet. LXXX.

SI quem pœnituerit accusasse criminaliter & inscriptionem feciſſe de eo quod probare non potuerit: si cum accusato innocente conuenerit: inuicem se absoluant. Si verò iudex eum qui accusatus est criminosum esse cognouerit, & inter reum & accusatorem per obreptionem cōuenerit de colludio: pœnam accipiat legibus constitutam. 5. *pars.* GRATIAN.

Notandum quoque est quod sicut dige. libro xlviij. legitur titu. de abolitionibus criminum. Accusatorū temeritas tribus modis deregitur aut enim calūniātur, aut præuaricātur, aut tergiuersantur. Calūniari, est falsa crimina scienter intendere. Præuaricari, est vera crimina abscondere. Tergiuersari, est in vni- *Tit. 16. ad Senatusconsultum Turpillianū & De abolitionibus cri. leg. pri.*

M.E.C.D. 2017

in vniuersum ab accusatione desistere. Calumniatoribus pœna legitimè*irrogatur. Sed non vtique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur: qui reo absoluto, de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processit. & si quidem iustum eius errorem repererit: absoluit eum. Si verò in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. quorum alterutrum etiã ipsis verbis pronunciationis manifestatur. nam si quidem ita pronunciauerit, non probasti: pepercit ei. sin autem pronunciauerit, calumniatus es: condemnauit eum: & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. nam facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis: pœnę verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. Si autem interloquendo dixerit, Titius temere accusasse videtur: non calumniatorem pronunciauit. Temeritas enim facilitatis veniam cõtinet: & inconsultus calor, calumniæ vitio caret: & ob hoc nullã pœnam huic irrogari oportet. Vlpianus libro xlvij. titu. de præuarica. Præuaricator, est quasi varicator: qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. nam qui præuaricatur, ex vtraq; parte consistit. quinimmo ex altera. Is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit. Cæterum aduocatus non propriè pręuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet: Siue priuato iudicio, siue publico præuaricatus sit, hoc est prodiderit causam suam: hic extraordinem solet puniri. Sciendũ est quod hodie his qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria. & infra. Accusator de præuaricatione conuictus, postea nõ accuser ex lege. & infra. In omnibus causis (præterquã in sanguine) qui delatorẽ corrũpit: ex senatusconsulto Turpilliano pro cõuicto habetur. & infra lib. xlviij. titu. de abolitionibus criminum. Præuaricatorem esse eũ ostendimus qui colludit cũ reo, eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò excusationes admitteret. Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit: punitur. Abolitio priuatim à præsidibus postulari ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec pręses hanc cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum debet abolitionẽ petere: alioquin prout quid admiserit, eius nomine senatusconsulti pœnam patietur. Et tit. eodẽ. Destitisse cũ accipimus, qui in totum animum agendi deposuit. Non qui distulerit accusationẽ: sed qui permissu imperatoris ab accusatione destitit: impunitus est. Abolitio enim pœnã remittit, infamiam nõ tollit. [a] Vnde imperatores Valẽtinianus & Gratianus AAA. ix. lib. C. titu.

*al. lege Rhemia.

Tit. 15. de præuaricatoribus lepti.

Le. 2. eiusd. Lege 5. eiusdem tituli. Lege 7. eiusdem lib. 48. dige. ad senatusco̅sultum Turpillianũ & de abolitio. cri. tit. 16. lege 1. Lege 13. eiusdẽ tit. Tit. 43. lege. 3.

a Verba Gratiani.

M.E.C.D. 2017

C.titu. de generali abolitione dixisse leguntur. Indulgentia, patres conscripti, quos liberat[a] à pœna notat: nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Si autem restituo te in integrum princeps dixerit: infamiam tollit. a Deest.

,, Vnde in eodem lib. legitur tit. de sententiam passis, & resti- GRATIA.
,, tutis: cuidam deportato in insulã imperator Antoninus dixis- Ti. 51. lib. 9.
,, se legitur. Restituo te in integrum prouinciæ tuæ. & adiecit: Cod. le. 1.
Vt autem scias quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini tuo & omnibus cæteris [re restituo.]

QVAESTIO IIII.

DEFICIENTIBVS ACCVSATORIBVS QVIS SIT COGENDVS AD PVRGANDVM.

,, DEficientibus verò accusatoribus reus non videtur esse GRATIAN.
,, cogendus ad purgationem. Sicut enim possessor de-
,, ficiente actore titulum suæ possessionis probare non
,, cogitur: ita qui impetitur, ad innocentiam suam purgandam
,, cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque papæ Cor-
,, nelij & Triburiensis concilij sacerdotes iurare prohibentur, ni-
,, si pro recta fide. Ait enim Cornelius.

Iuramentum à sacerdotibus non est exigendum. Corn. pa. epist. 2. ad Rufum episcop. orienta. Idem paulò inferius.

2 SAcramentum hactenus à summis sacerdotibus vel reliquis exigi nisi pro recta fide minimè cognouimus: nec nisi spõtè eos iurasse reperimus. ITEM.

De eodem.

3 NOs sanctorum sequentes apostolorum eorumque successorum iura firmamus: & sacramenta incauta fieri prohibemus. ITEM.

4 NOs sacramentum ab episcopis nescimus oblatum: nec vnquam fieri debet nisi pro recta fide. Idem ibidem.

ITEM ex concilio Triburiensi.

Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat, episcopo præcipiente terminetur. Ca. 21. con. Trib.

5 SI quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet quærimoniæ controuersiam, episcopo præcipiẽte sine personarum acceptione finiatur. laicus per iuramentum (si necesse sit) se expurget, presbyter verò vice iuramenti per sanctam consecrationẽ interrogetur: quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim per quam corpus & sanguis Christi conficitur, iuramẽto polluetur? Absit, cum dominus in euangelio discipulis suis (quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia) dicat: Nolite omnino iurare: sit autem sermo vester, est est, & non non: quod autem his abundantius est, à malo est.

,, Verũ his auctoritatibus nõ omnimoda iuramẽta prohibẽtur. Matth. 5. f. 2. pars.

M.E.C.D. 2017

fieri à ſacerdotibus:ſed tantum incauta,& ea quę pro qualibet « «
cauſa temporali iudicio offeruntur. cùm autem populari infa- « «
mia ſacerdotes opprimuntur:tunc ad innocẽtiæ ſuæ aſſertio- « «
nem iuramenta debent offerre. « «

Greg. 3. ad Bonifacium.

VNDE Gregorius papa ait.

Sacerdos ſi à populo fuerit accuſatus, iuramento innocentiam ſuam affirmet. 6

PResbyter vel quilibet ſacerdos ſi à populo accuſatus fuerit,& certi teſtes inuenti non fuerint qui criminis illati veritatem dicant: iuſiurandum in medio faciat, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

Greg. pap. epi. 23. ad Iuſtinũ presbyterum.

ITEM ex regeſto Gregor. ad Iuſtinum imperatorem capite ſeptimo.

De Leone epiſcopo quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. 7

Ex. mag. Iuo. P. 5.

HAbet hoc propriũ antiqui hoſtis inuidia, vt quos improborum actuum perpetrationẽ[Deo ſibi reſiſtẽte]*deijcere non valet, opinionem eorũ falſa ad præſens ſimulando dilaceret. Quoniam igitur quædã cõtra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſerat: vtrũ vera eſſent, diſtricta diutius fecimus inquiſitione perquiri: ſed nullam in eo de eis quæ fuerant dicta, culpã inuenimus. Sed ne quid videretur omiſſum quod noſtro potuiſſet cordi manere ambiguũ, ad beati Petri ſacratiſſimũ corpus diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere:quibus præſtitis magna ſumus exultatione gauiſi, quòd huiuſmodi innocentia eius euidenter enituit:pro qua re gloria veſtra prędictum virum cum omni charitate ſuſcipiat, & reuerentiam ei qualem ſacerdotem decet, exhibeat: nec aliqua cordibus remaneat de his quæ iam ſunt purgata, dubietas. Et ita ſupradicto vos epiſcopo deuotiſſimè oportet in omnibus adhærere, vt congruè decenterque Deum in eius perſona videamini (cuius eſt miniſter) honorare.

Idem Greg. epiſt. 8. lib. 11.

ITEM ex eodem ad Brunichaldam reginam Francorum cap. ccxxxij.

Quomodo beatus Gregorius Mennam epiſcopũ iuramẽto purgare fecit. 8

Ex mag. Iuo. P. 5.

MEnnam verò reuerendiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum poſtquam ea quæ de eo dicta ſunt requirentes, in nullo inuenimus eſſe culpabilẽ: qui inſuper ad ſacratiſſimũ corpus beati Petri apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his quæ obiecta fuerant eius opinioni, ſe monſtrauit alienum: reuerti illum purgatum abſolutumque permiſimus: qua ſicut dignum erat, vt ſi in aliquo reus exiſteret, culpam in eo canonicè puniremus:ita dignum non fuit vt eum adiuuante innocentia diutius retinere vel affligere in aliquo debercmus.

Purga-

M.E.C.D. 2017

Purgationem tamen ante te duobus ſibi ſacerdotibus iunctis, vbi accuſator ceſſauerit, eundem ex ſe præbere tuo cõmiſimus arbitrio. Vulgarem denique ac nulla canonica ſanctione fulciram legem, feruentis ſcilicet aquæ ſiue frigidæ, ignitiqúe ferri contactum, aut cuiuſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omnino facta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, immo apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſimè.

IDEM Caſtario notario Rauennæ. *Idem Gregor. epiſto. 8. lib. 7.*

De Maximo Salonitano epiſcopo, qui ſacramento ſeipſum purgauit. 9

QVanto à nobis creditur, & neceſſarias vides tibi cauſas iungi, tanto ſtrenuum deberes te & ſolicitum exhibere. proinde ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramento firmauerit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri: atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit, & de inobedientia ſua (ſicut deputauimus) egerit pœnitentiam, volumus vt ad conſolandum illum epiſtolam quam ad eum ſcripſimus (qua ei & gratiam noſtrã, & communionem reddiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic humiliatis & pœnitentibus locum veniæ negare non debemus. IDEM Martiano epiſcopo Rauennæ. *Idem Grego epi. 10 79. lib. 7. ad Marinianum.*

De eodem.

QVæ de cauſa Maximi ſunt agenda, ex epiſtolis quas ad vos tranſmiſimus, agnouiſtis: ſed quia qualis de hac re fraterniratis veſtræ voluntas ſit, magis à præſentium latore Caſtorio Chartulario noſtro renũciãte cognouimus, ideo ſi idem Maximus corã vobis & prędicto Chartulario noſtro de ſimoniaca hæreſi ſe ſacramẽto purgauerit: atq; de alijs ante corpus ſancti Apollinaris (vt ſcripſimus) tantũmodo requiſitus, liberũ ſe eſſe reſponderit, cauſam ipſius veſtræ fraternitatis iudicio de eo quòd excommunicatus miſſarũ ſolennia agere præſumpſerit, cõmittimus qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubiũ habeatis. Nam quicquid à vobis de hac cauſa fuerit ordinatũ: nos & gratanter ſuſcipimus, & libenter admittimus. ITEM Sixtus papa omnibus epiſcopis. *Sixtus 3.*

Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit. 11

MAndaſtis vt ſcriberem vobis qualiter inſtans iurgiũ contra me ſuſcitatum ſit, vel à quo: vt veſtro adminiculo pelleretur, & cauſa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodã Baſſo, & iniuſtè me perſequi: quòd audiens Valẽtinianus Auguſtus noſtra auctoritate ſynodum congregari iuſſit, & facto concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, licet euadere aliter ſatis potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiens,

M.E.C.D. 2017

coram omnibus me purgaui: scilicet: à suspicione & æmulatione me liberans: sed non alijs qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendi formam dans.

Iuo refert lib. 5. de cler. sola. infa.

ITEM Alexander Rimaldo Cumano episcopo.

De causa Gillandi presbyteri. 12

SVper causa Gillandi presbyteri tui de morte episcopi sui prædecessoris tui infamati in medium consuluimus: itaque circunstantium fratrum vnanimi assensu tuę dilectioni referimus præfatum Gillandum presbyterum ante te repræsentandum, vbi si certi accusatores defuerint, tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter quæcunque ob hoc iniustè amiserit, ac sacerdotium accipiat, & integra beneficia.

Iuo ibidem lib. 5. refert.

ITEM ex concilio Agarhensi.

De purgatione clericorum si conuinci non potuerint. 13

SI legitimi accusatores crimina sacerdotes probare non potuerint, & ipse negauerit: cum septem socijs sui ordinis (si valet) à crimine semetipsum expurget. Diaconus verò si eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset.

Ibidem cõtinuo. Iuo. Carn. scribit ex eodem.

ITEM ex concilio Hilerdensi.

De eodem. 14

PResbyter si à plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur vsque ad dignã satisfactionẽ, ne populus fidelium in eo scãdalum patiatur. digna verò satisfactio est (sicut à maioribus constitutum esse docetur) quando siue secundũ canones siue ad arbitrium episcopi vij. sibi collegas adiungit: & iurat in sacrosancto euangelio coram posito quòd crimen sibi illatum non perpetrauit. & hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum exequatur officium. ITEM Siluester papa.

De eodem. Palea. 15

GRATIA. Extant in veteri manusc. subnota Paleæ.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per « scripturam prohibere ne missarum solennia celebrare de- « buisset, donec quid esset, verius potuissemus cognoscere. «

ITEM in concilio Triburiensi. «

Cap. 22. *Palea.* 16

NObilis homo vel ingenuus si in synodo accusatur & ne- « gauerit, si eum constiterit fidelem esse, cum xij. ingenuis « se expurget. Si autem deprehensus fuerit in furto, aut periurio, « aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur: sed (sicut « qui ingenuus non est) feruenti aqua, vel candenti ferro se ex- « purget ITEM Imarus Remorum episcopus. «

De eodem. 17

SI mala fama de presbytero exierit, & accusatores ac testes legales defuerint: ne contra apostolum infirmorũ corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministe-

rium

M.E.C.D. 2017

rium noſtrum: néve ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabantur, ſecundum decreta maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris quos ſcimus ſe nolle peierare, ſacramento famam ſuam purget.

ITEM Innocentius Aquilienſi patriarchæ, & Mantuano epiſcopo.

De eodem. 18

QVotiens frater noſter Tridentinus epiſcopus in noſtra & veſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtram latere non credimus: cuius cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata producti ſunt aduerſus eum accuſatores viua voce & ſcripto aſſerentes quòd eccleſiam ſancti Petri de Pado presbytero Paulo dederit pro quatuor modijs frumenti, quos ab eiuſdem eccleſiæ laicis acceperit: verum quoniam nec accuſatores, nec teſtes ſecundū formam canonum & ſanctorum patrū ſtatuta in cauſa ipſa procedere potuerunt: communi fratrum noſtrorū concilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quatuor abbatū & religioſorū ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porrò expurgationis tenor erit huiuſmodi. Idē epiſcopus ſupra ſancta euāgelia primum iurabit quòd pro eccleſia ſancti Petri de Pado presbytero Paulo danda, neq; ipſe per ſe, vel per ſummiſſam perſonā, neq; alius pro eo ſe ſciente precium receperit. Deinde expurgatores ſuper ſancta Dei euangelia iurabunt: ſcilicet quòd ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Nos itaq; cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis vt congruo loco in vnum conuenire curetis: & ita cauſam ipſam iuxta præſentium tenorem præſtante domino reſtaureris, quatenus & omnis de cætero huius quæſtionis ſcrupulus auferatur, & vtriq; parti ſua iuſtitia conſeruetur. Si quis verò de vobis certa præpediente cauſa intereſſe nō poterit, vos qui adeſſe poteritis, idem iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter. A. prædictam purgationem fecerit: vos ei auctoritate noſtra prædictum officium & Tridentinam eccleſiam reſtituite. hanc autem purgationem ante proximam purificationem beatæ Mariæ virginis adimplere iubemus.

In veteri manuſc. extat ſub nota Paleæ.

„ In præmiſſis auctoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe purga-
„ re voluerit: vt ſacri canones modum non neceſſitatem pur-
„ gandi accuſato imponant: ſicut apparet ex fine capituli Sixti papæ, & auctoritate Leonis, qui data purgatione ait de ſeipſo.

GRATIA.

De Leone qualiter ſe purgauit. 19

AVditum eſt fratres chariſſimi qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt: quamobrem ego Leo pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro

Ex. mag. Iuo. P. 5. Iuo Car. lib. 5. refert.

M.E.C.D. 2017

Alia sunt verba apud Iuo. sed idem sensus.

vestro coram Deo & angelis eius: quia istas criminosas & sceleratas res quas illi mihi obijciũt: nec perpetraui, nec perpetrare iussi. hoc autem faciens non legem præscribo cæteris, qua id facere cogantur.

GRATIA.

Ecce qualiter summus pontifex semetipsum purgat: nec cæteris necessitatem purgandi præscripsit. vnde datur intelligi quod satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati: non in arbitrio iudicis. Sed cum in Hilerdensi cõcilio presbyter iubeatur suspendi vsque ad condignam satisfactionem: cùm etiã in decreto Leonis in arbitrio ponitur episcopi quota manu sacerdos purgare se debeat: patet quòd ad purgationem cogendus est: nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit. VNDE Leo papa scribens ad Carolum regem, ait.

Iuo. Carn. ibidem refert.

Qualiter sacerdotes se purgare debeant. 20

OMnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus quòd sæpissimè (suadente hoste antiquo) sacerdotibus crimina diuersa obijciuntur. Sed qualiter ex eis ab his rationabiliter examinatio & satisfactio fiat: licet bonæ memoriæ tẽpore domini genitoris vestri Pipini, siue priscis tẽporibus à sanctis patribus & reliquis bonæ fidei & deuotionis hominibus sæpissimè ventilatũ fuerit: tamẽ nos pleniter inde aliquid diffinitum reperire minimè quiuimus. Nostris quippe temporibus idipsum à sanctis episcopis & reliquis sacerdotibus ac cæteris ecclesiasticæ dignitatis ministris vestris in regnis, seu in alijs Deo degentibus, nobísq; vnà cũ eis agentibus, sæpissimè propter multas & nimias reclamationes quæ ex hoc ad nos de diuersis partibus venerunt, ventilatũ est. Sed qualiter cõsultu domini & patris nostri Leonis apostolici, cæterorumq; ecclesiæ Romanæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, siue Orientalium & Græcorum patriarcharũ, & multorũ sanctorum episcoporum & sacerdotum, necnon etiam nostrorũ Romanorum episcoporum, sacerdotum, omniumq; cæterorum, ac leuitarum auctoritate & consensu, atque reliquorum fidelium & cunctorum consiliariorũ nostrorum consultu diffinitum est: vos omnes vtriusq; ordinis ministros scire volumus. Statutum est nanq; ratione & necessitate auctoritate prædicta & etiam consultu omnium, vt quotienscunq; cuiquam sacerdoti crimen imponitur: si ipse accusator talis fuerit, vt recipi debeat: quia quales ad accusationẽ sacerdotũ admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est. Si autem (vt dictũ est) ille accusator qui canonicè est recipiendus, eum cũ legitimo virorum numero & bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tũc canonicè diiudicetur: & si culpabilis inuentus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum superscripto prætextu approbare ipse accusator minimè poterit: & hoc canonicè

nonicè diiudicetur. Ipſe ergo ſacerdos ſi ſuſpicioſus aut incredibilis ſuo epiſcopo aut reliquis ſuis conſacerdotibus, ſiue bonis, & iuſtis de ſuo populo vel ſua plebe hominibus fuerit: ne in crimine aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut cum quinque vel ſeptem bonis ac vicinis ſacerdotibus exemplo Leonis papæ qui duodecim epiſcopos in ſua purgatione habuit, vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe eſſe propter tumultum populi perſpexerit: & cum aliis bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quid de accuſatore faciendum ſit: plenius in canonibus reperiri poterit.

,, Iuramento verò candentis ferri vel feruentis aquæ purga- 3. *pars.*
,, tio data nõ eſt addenda. VNDE Stephanus quintus [a]Hu- GRATIA.
,, berto epiſcopo Maguntino. a Vuiperto. ver.

Candentis ferri & feruentis aquæ iudicium in eccleſia prohibetur. 21

COnſuluiſti de infantibus qui in vno lecto dormiẽtes cum parentibus, mortui reperiuntur: vtrum ferro candente, aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt, nanque & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in vno lecto collocent, ne negligentia qualibet proueniente ſuffocentur vel opprimantur, vnde ipſi homicidij rei inueniantur. Nam ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri à quolibet, ſacri nõ cenſent canones. Et quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim cõfeſſione, vel teſtium approbatione publicat delicta habito præ oculis dei timore commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò & incognita illi ſunt relinquenda qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur vel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio: quia ſi ille qui cõceptum in vtero per abortum deleuerit, homicida eſt: quanto magis qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

,, Hoc autem vtrum ad omnia genera purgationis, an ad GRATIA.
,, hæc duo tantum quæ hic prohibita eſſe videntur pertineat,
,, non immeritò dubitatur propter ſacrificium zelotypiæ: & il-
,, lud Gregorij. Si vir qui frigidæ naturæ eſſe dicitur, per ve-
,, rum iudicium probare potuerit vxorem ſuam nunquam ſe
,, cognouiſſe: ſeparetur ab ea. b In vet. manuſcripto non eſt palea, ſed verba Gratiani.

[*Palea.*[b]] 22

IN libro nanq; Numeri legitur dominum præcepiſſe Moyſi vt loqueretur filiis Iſrael, & diceret eis: Vir cuius vxor *Num. 5. b. Cap. 23.*

M.E.C.D. 2017

eius errauerit maritumq; contemnens dormierit cum alio viro:& id maritus deprehendere nequiuerit, sed latet adulteriū, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro:si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partē sacci farinæ hordeaceæ:non fundet super eam oleum, nec imponet thus:quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulteriū. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram domino:assumetq; aquam sanctā in vase fictili: & pusillū terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam . Cumq; steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius:& ponet super manus eius sacrificium recordationis, & oblationē zelotypiæ. Ipse autem tenebit aquas amarissimas in quibus cum execratione maledicta congessit:adiurabitq; eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum , & si non polluta es deserto mariti thoro:non tenebunt te aquæ istæ amarissimæ , in quas maledicta congessi. Si autem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum alio viro, his maledictionibus subiacebis:det te dominus in maledictionē, & exemplū cunctorū in populo suo, putrescere faciat fœmur tuū, & tumēs vterus tuus dirumpatur:ingrediantur aquæ maledictæ in ventrē tuum, & vtero tumescente putrescat fœmur tuum. & respōdebit mulier:Amen, amen. Scribetq; sacerdos ista maledicta in libello, & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere:quas cùm exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram domino, imponetq; illud super altare, ita duntaxat vt prius pugillū sacrificij tollat de eo quod offertur, & incēdat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas:quas cùm biberit, si polluta est, & cōtempto viro adulterij rea est, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre compurrescet fœmur, eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus verò absq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. quòd si polluta nō fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.

4. pars. GRATIA. Sed quælibet huiusmodi purgatio videtur esse inhibita, « cùm ita in præmissa auctoritate Stephani papæ dicitur: Spon « tanea confessione &c. ITEM ex decretis Nicolai papæ. «

In nouo testamento monomachia non recipitur. 23

MOnomachiam verò in lege nō assumimus, quam præcepram fuisse non reperimus: quam licet quosdā iniisse legamus, sicut Dauid sanctum & Goliam sacra prodit historia: 2. Reg. 17. nusquam tamen vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit auctoritas:cùm hæc & huiusmodi sectantes deū solūmodo tentare videantur. CONTRA in concilio Guarmacienſi. 5. pars. Vormatienſi.

Si fur-

M.E.C.D. 2017

Si furta in monasterio fiunt, iudicio monachi se expurgent. 24

SAepe contingit vt in monasteriis monachorum furta perpetrentur, idcirco statuimus vt quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsentibus fratribus: & sic expleta missa omnes communicentur in hæc verba : Corpus domini sit tibi hodie ad probationem. ITEM.

Quicunq; de adulterio accusatur, probabili iudicio se expurget. 25

INterrogatum est, si duo de adulterio inculpati fuerint : & vnus profitetur, & alter negat, quid inde agendum sit ? Decretum est in sancto concilio, vt ille qui negauerit, probabili se iudicio expurget, & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat. ITEM.

Cùm plures de adulterio accusantur, & vnus cæteros purgare voluerit, omnes rei habeantur si vnus in iudicium ceciderit. 26

STatuit quoque sancta synodus, vt si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi vt alter illorum vtrosque iudicio purget diuino : si vnus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur. ITEM.

In con. Vormatiensi.

Pro singulis missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur. 27

SI episcopo aut presbytero aliquod maleficium imputatum fuerit, pro singulis missam celebrare debet & communicare : & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus ecclesiæ extraneus habeatur.

,, Illud verò ꝙ Sixtus & Leo in fine suæ purgationis addide- GRATIA.
,, runt, ex eorū exemplo intelligendum est. Exemplo enim suæ
,, satisfactionis noluerunt cæteris præscribere legem purgandi.

QVAESTIO V.

AN DVORVM TESTIMONIO EPISCOPVS SIT CONDEMNANDVS.

,, QVòd verò quarto loco quærebatur an duorum testi- GRATIA.
,, monio episcopus sit condemnandus, multorum au-
,, ctoritatibus probatur. sicut enim in euangelio Ioan- *Ioan. 8. c.*
,, nis legitur, ait Christus ad Iudæos: in lege vestra scriptum est, *Deute. 17. b.*
,, quoniam duorum hominum testimonium verum est. Hinc
,, consequenter argumentatur contra eos dicens : Si duorum
,, hominum testimonium verum est, quare testimonium
,, meum & patris mei non accipitis ? Item Paulus in epistola ad Corinthios : In ore duorum vel trium testium stabit *1. Corint. 13. a.*
,, omne verbum. Item in epistola ad Hebræos : Quis præua- *Hebr. 10. c.*
,, ricans legem Moysi, duobus vel tribus testibus conuictus,
,, sine miseratione lapidabitur. ITEM ex concilio Bracha- *Cap. 9.*
,, rensi. ij.

M.E.C.D. 2017

Quot testibus quisque clericorum conuinci debeat. 2

PLacuit vt si quis aliquem clericorum macula fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. quòd si non potuerit datis testimoniis approbare quod dicit: excommunicationem accusati accusator accipiat.

2. *pars.* GRATIAN. *In epilogo conc. Romani.*

Ex præmissis itaque colligitur, quòd duorum vel trium testimonio episcopus conuinci vel damnari potest. Porrò Syluester papa in generali synodo residens econtra dixit.

Quot testibus episcopus vel presbyter vel cæteri clerici sunt conuincendi. 3

a Hoc caput & sequens nō seruantur.

PRæsul non damnetur nisi cum.lxxij.testibus: presbyter autem cardinalis nisi cum.lxiiij. testibus non deponatur. diaconus verò cardinalis vrbis Romæ nisi cum.xxvij.testibus nō condemnabitur. subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi.vij.testibus condemnabitur. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia. ITEM Leo quartus.

Episcopi non nisi.lxxij.testibus condemnandi sunt. 4

NVllam damnationem episcoporum vnquam esse censemus nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per duodecim episcopos: aut certè probata sententia per lxxij. testes idoneos, qui tales sint qui accusare possint. Et prius ad sacra Christi quatuor euangelia sacramenta præstent quòd nihil falsum depromāt: sicut nobis beatus Siluester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. Et si inter eos quos damnandos esse dixerint homines, fuerit episcopus qui suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri: nullus super illum diffinitiuam præsumat dare sententiam: sed omnino eam audiri decernimus.

GRATIA. Sed hoc vel speciali priuilegio de clericis Romanæ ecclesiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundam: qui cùm non sint spectatæ vitæ & scientiæ, in accusationem ministrorum dei repēte prosiliunt. Quorum verò vita adeò laudabilis est, vt in omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulli dubitatio nasci poterit: eorum testimonio duorū vel trium testium, quilibet iure conuinci & damnari potetit.

QVAESTIO VI.

AN REMEDIVM SIT DANDVM EI QVI CAVSA DILATIONIS VOCEM APPELLATIONIS EXHIBVIT.

GRATIA. *Fabianus epist. 3. ad Hilarium episcopum.*

SEquitur sexta quæstio, qua quærebatur quo remedio causa vitiata subleuetur: & si remedium illud sit dandum ei qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Causa vitiata remedio appellationis subleuari poterit.

VNDE Fabianus papa ait.

Causa

M.E.C.D. 2017

Cauſæ vitiatæ remedium appellationis ſubueniat. 1

LIcet appellatori vitiatam cauſam remedio appellationis ſubleuare. *Sixtus pa. 3. epiſt. ad epiſcop. Orientales.*

[*Palea.*[a]] 2

APpellantem non debet afflictio vlla aut carceris aut retentionis iniuriare cuſtodia. ITEM Anacletus papa. a Extat in vet. manuſc. *Epiſt. 1. in fine.*

De eodem. 3

OMnis oppreſſus liberè ſacerdotum ſi voluerit appellet iudicium: & à nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur & liberetur & audiatur. Si autem difficiles cauſæ aut maiora negocia orta fuerint, ad maiorem ſedem referantur: & ſi illic facilè decerni non potuerint, aut iuſtè terminari: vbi fuerit ſummorum congregatio ſub metropolitano cõgregata (quæ per ſingulos annos fieri ſolet & debet) iuſtè & deo placitè coram patriarcha aut primate eccleſiaſtica negocia, & coram patricio negocia ſecularia iudicentur in communi.

ITEM Sixtus à Petro P. P. VIII. papa omnibus rectoribus eccleſiæ ſcribit, dicens. *Sixtus epiſtol. 2*

Quiſquis pulſatus fuerit, apoſtolicam ſedem appellet. 4 Ex mag. Iuo.

SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſacratam & apoſtolicam ſedem appellet, & ad eam quaſi ad caput ‖ſuffragium[b]‖ habeat: ne innocens dãnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur. ITEM Gregorius. b Legendum, ſuffugium. *Sixtus pa. epiſt. 1. id habet*

Epiſcopi grauioribus cauſis pulſati apoſtolicam ſedem appellent. 5

OMnes epiſcopi qui in aliquibus pulſantur vel criminantur grauioribus cauſis: quotiens neceſſe fuerit, liberè apoſtolicam ſedem appellent, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant. ITEM Marcellus papa. *Mar. epi. 1. ad epiſ. Antiochiæ.*

Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam. 6

AD Romanam eccleſiam omnes epiſcopi qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuũ cõfugere, eamq; appellare debẽt, vt inde accipiant tuitionem atque cõſecrationem. Quod omnib⁹ minimè cõuenit denegari epiſcopis: ſed abſq; vlla cuſtodia, aut excommunicatione, aut expoliatione vel dãnatione liberè ire cõcedatur. ITEM Victor epiſcop⁹. *Victor epiſt. 1. ad Theophylum epiſc. Alexand.*

Qui à proprio metropolitano ſe grauari putauerit: maiorem ſedem appellet. 7

SI quis putauerit ſe à proprio metroplitano grauari, apud patriarcham vel primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

ITEM Zepherinus vrbis Romæ epiſcopus. *Zephe. epiſt. 1.*

Ad Romanam eccleſiam quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. 8

AD Romanam eccleſiam ab omnibus (maximè tamẽ ab oppreſſis) eſt appellandum, & cõcurrendum quaſi ad matrẽ: vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur: à ſuis oppreſ-

M.E.C.D. 2017

oppreſſionibus reuelentur: quia non poteſt nec debet mater
Iulius pa. 1. ca. 22. in decretis. obliuiſci filium ſuum. ITEM Iulius papa.

Quotiens aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur. 9

PLacuit vt à quibuſcunq; eccleſiaſticis iudicibus ad alios iudices eccleſiaſticos vbi eſt maior auctoritas, prouocatum
Idem Iulius ca. 30. fuerit, audientia non negetur. ITEM.

Iniuſtè damnati reſtitutionem, & oppreſſi auxilium à Romana eccleſia debent habere. 10

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſunt cõceſſa tam de congregandis cõciliis & iudiciis, ac reſtitutionibus epiſcoporum, quàm etiam de ſummis eccleſiarum negociis, vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant, & talia ab impiis non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione.

Cùm ergo Zepherinus dicat ab omnibus eſſe appellandum, “
2. pars. GRATIA. maximè tamen ab oppreſſis, & Marcellus ſcribat: Omnes epiſcopi qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, appellare debent: “
patet quòd accuſato (ſiue grauetur, ſiue non) vox appellationis non eſt deneganda. Quidam tamen ita diſtinguunt, vt volentes, ad conſecrandos: neceſſitatem patientes, ad oppreſſos “
referant, vt ſit ſenſus: Omnes qui voluerint à Romana eccleſia conſecrationem accipere, & ab aliquibus impediũtur, eam “
debent appellare. Quibuſcũque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam confugere, ſimiliter vocem appellationis exhibeant, vt iſti tuitionem, & illi conſecrationem ab ea recipiant. Similiter & illud Zepherini diſtinguitur: Ab omnibus “
eſt appellandum ad Romanã eccleſiam: intelligẽdum eſt, qui ab ea conſecrationẽ voluerint accipere, vel qui à prælatis ſuis “
aliquam iniuriam paſſi fuerint, maximè tamen ab oppreſſis. “
ſecundum primã interpretationem oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti. iuxta ſecundam verò oppreſſi dicuntur à “
iudice iniuſtè condemnati, ſecundum hanc diſtinctionem “
qui in aliquibus negotiis non ad reuelandum, ſed ad differendum vocem appellationis exhibuerint: appellandi auctoritatem non habent. SED cùm Gregorius ſcribat omnibus “
per diuiſas prouincias.

De cauſa appellationis cognoſcere nõ licet, niſi ei ad quẽ appellatur. 11

DEcreto noſtro veſtram rogantes charitatem mandamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum Aldricum Cenomanenſis eccleſiæ epiſcopum accuſare damnabiliter tentauerit: liceat illi poſt auditionem primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare: & noſtra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos noſtros ex latere miſſos iuxta patrũ decreta ſuas exercere atq; diffinire actiones, nullusq; illum ante hoc iudicet aut iudicare præſumat: ſed ſi quid (quod abſit)

M.E.C.D. 2017

absit)graue intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura:vt nihil prius de eo qui ad sinum sanctæ ecclesiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur,quàm ab eiusdem ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum:quæ vices suas ita alijs impertiuit ecclesijs, vt in partẽ sint vocatæ solicitudinis,non in plenitudinem potestatis. Si autem(quod non arbitramur)à quoquam secus præsumptum fuerit:ab officio cleri submotus, auctoritatis apostolicæ reus ab omnibus iudicetur,ne lupi qui sub specie ouium subintrauerunt,bestiali sæuitia quosdam audeant lacerare: & quod sibi fieri nolunt,alijs inferre præsumant.

ITEM cùm [a]Iulius papa dicat. *Iuli⁹ pa.1.epist.*

Iudicia appellantium ab eis sunt audienda ad quos appellatur. 12 *1.ad episcopos Orientales.*

QVi se scit alijs esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum.ipsa nanque ecclesia quę prima est,ita reliquis ecclesiijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatę solicitudinis,non in plenitudinem potestatis. vnde omnium appellãtium apostolicam sedem episcoporum iudicia, & cũcta maiorum negocia causarum eidem sedi reseruata esse liquet: præsertim cùm in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare rentauerit,sacerdotum causas non sine honoris sui periculo se apud eandem sedem nouerit redditurum.

[a] al.Vigilius.

,, Item cùm Nicolaus papa in Remensem archiepiscopum GRATIAN.
,, inuehatur, qui Rotardum episcopum appellantem apost. se-
,, dem damnare ausus est,ita dicens.

De Remensi archiepiscopo qui appellantem Romanam sedem iudicare est ausus. 13

ARguta sapientia tua(vtinam in bono)accepto fomite iudicij materiam depositionis aduersus Rotardũ assumpsit, & ab itinere apostolicæ sedis remouit,& continuatim apostolicam sedem appellantem damnauit,& carcerali custodiæ mãcipauit. & infrà. Priuilegia tamen apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullo modo debuissetis, quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiæ ad hanc deferri iubent: & infrà. Hoc quippe nos in Rotardo idcirco noueritis operatos, vt priuilegia sedis apostolicæ quæ malè à vobis violata esse videbantur,auctoritate apostolica, & canonica patrum deliberatione pristino tandem ingenio, & proprio decorentur honore. ITEM Leo papa.[b] *Leo 1.epi. 82 ad Anastasium episcopum.*

Quisque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat. 14

QVi scit se quibusdam præpositum,non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum:sed obediẽtiam quam exegerit,etiam ipse dependat: & sicut non vult grauis oneris sarcinas

[b] Vniuersis per Cæsariensem Mauritaniã cõstitutis vet.

M.E.C.D. 2017

nas ferre, ita non audeat alijs importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri dicentis: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Mat. 11. d

Patet ergo quòd nulli appellanti sunt inducię denegandæ. "
GRATIAN. Cæterùm si causa frustatoriæ dilationis appellauerit: à iudice " ad quem prouocatum fuerit condemnabitur. Tempus verò " appellationis est ante datam vel post datam sententiã. Quo- " tiens enim quis se grauari senserit, liberè potest appellare. "

VNDE Sixtus papa ait. "

Sixtus epi. 1. ad Gratum episco.

Qui grauatur à proprio metropolitano, primates aut vniuersalis ecclesiæ sedem appellet. 15

SI quis putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud [a]primates diœceseos aut penes vniuersalis apostolicæ ecclesiæ[b] papam iudicetur.

a patriarcham vel primatem. in vet.

b pro incluso in vet. h: gitur sedé

Romanam sedem appellet, qui iudicem suspectum habet. 16

QVotiens episcopi se à suis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint: mox Romanam appellent sedem, atque eis libere ire liceat: & dum prædictam Romanam ecclesiam appellauerint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat antequam amborum causa Romani pontificis auctoritate terminetur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit nihil erit, sed viribus carebit.

IDEM Iulius papa.

Iulius pri. ad episcopos. Orien. c. 30. In veteri manuscripto non est Palea.

De eodem. [*Palea.*] 17

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter concessa sunt, vt ab ea omnes auxilium oppressi, & iniustè damnati restitutionem sumant.

Oppressi & se prægrauari putantes intelliguntur ante datã " sententiam: iniustè verò damnati post datam sententiam. "

GRATIAN.

Euti. pa. epist. 2 episco. per Siciliam.

VNDE Euticianus vrbis Romanæ episcopus scribit om- " nibus episcopis. "

Ante exitum causæ per appellationem recedere licet. 18

NOn ita in ecclesiasticis agendum est negocijs sicut in secularibus. nam in secularibus postquam legibus vocatus quisque venerit, & in foro decertare cœperit: non licet ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis verò dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se viderit prægrauari. Qui verò ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit: communione priuetur.

3. pars.

VNDE in concilio Mileuitano.

Cap. 24.

Excommunicetur qui iudicibus suis obtemperare non vult. 19

QVisquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cùm hoc primæ sedis episcopo fuerit pro-

M.E.C.D. 2017

probatum, det literas vt nullus ei communicet episcoporum donec obtemperet.

,, Item quod post datam sententiam appellari possit, Fabia- GRATIAN. Epe. 3. ad Hila-
,, nus papa testatur dicens. rium episcopũ.

Non denegetur appellatio ei quẽ in supplicium sentẽtia destinauit. 20

LIceat etiam criminalibus causis appellare: nec vox appellationis denegetur ei quem in supplicium sententia destinauerit. Quod antè idem affirmat.[a] Fabia. ibidem.

a Felici adscribitur in quibusdam libris vet. 4. pars.

Ante datam sententiam licet alicui appellare. 21

SI quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis
,, exhibeat. *quam nulli oportet negari*†. Post datam verò sentẽtiam
,, qui appellare voluerit, intra quinque dies appellet: & intra
,, eosdem à quo prouocauit literas dimissorias accipiat: & intra
,A eosdem ad quem appellauit iter arripiat.

†addit in manusc.

,, VNDE in Theodosianis legibus sic statutum inuenitur. Iuo. Carn. lib. 4 de Appell. referẽ.

Quod sequitur sumptum ex lib. 5. sententiarum Pauli. sed Gratianus vocat breuiarium Alarici in quo extant Pauli sententiæ, leges Theodosianas. Contius.

In veteri meo manuscripto, adnotatum reperi ad marginem huius capitis, Theodosianã esse hanc legẽ vel Lombardam vt & sequentes vsq; ad caput. Anteriorũ j. *e. & Ideo abrogatas esse has leges vsque ad d. caput. Anteriorum. Cæterum in hoc cap. Propter. erant verba quædam Auiani interpretis perperam verba Pauli enarrantis, quæ idcirco reliquit Gratianus quia ea non intelligebat. Contius.*

Post latam sententiam intra quod tẽpus quisque appellare debeat. 22

PROpter superfluam appellatorum licẽtiam, ne in retractandis vel reuocandis sententijs liberum habere arbitrium videantur: & tẽpora appellationis & pœnæ cõstitutę sunt: vt qui cũq; apud iudicẽ qui causam eius audiuit, appellare, & ad aliũ iudicẽ prouocare voluerit, intra quinque dies appellet, & in his ipsis quinque diebus ad iudicem ad quem prouocauerit, sine aliqua dissimulatione perueniat: & ipse dies in quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur. Quod si longius iter sit, exceptis quinque diebus spacium dierum quo iter agi possit. Habita dinumeratione. xx. milium diurnorũ per singulos dies computetur. ITEM [b]. Iuo ibidem continuo.

b Paulus lib. 5. sententiarũ tit. 36. de dimissoriis literis.

A quo appellatur, ad quẽ appellatiũ fuerit: dimissoriæ literæ dirigãtur. 23

AB eo à quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cognituras est, dimissoriæ literæ dirigantur: quæ vulgo apostoli appellantur: quarum postulatio & acceptio intra ‖ quinq; dies ‖, ex officio [c] finienda est. [d] Ista iam superius sub titulo de cautionibus & pœnis appellantium interpretata sunt. Qui intra statuta tempora dimissorias non postulauerint vel acceperint, vel reddiderint, præscriptione ab agendo submoueantur, & pœnam appellationis ferre cogantur. IDEM. Iuo ibidem.

‖ quintũ diẽ vet.

c facienda est apud Paulum.

d Verba sunt Auiani interpretis breuiarij Alaricini.

De

M.E.C.D. 2017

De his qui causa dilationis appellant. 24

QVicunque non confidentia iustæ causę, sed causa[a] differẽdæ moræ, ne contra eum sentẽtia proferatur, appellauerit: vel si de facto suo confessus, ne [b]abiiciatur appellare voluerit: huiusmodi appellationes non recipiantur. ITEM.

Cùm possessor appellat dum euentus causæ dubius est, possessionis fructus sequestrentur. Verba sunt Auiani interpretis apud Paulum lib. 5. tit. 38. mirum sanè est Gratianum relictis verbis Pauli, maluisse verba interpretis adscribere. 25

QVotiens post auditam causam possessor appellat: fructus possessionis de qua agitur, dum sequendæ[c] audiẽtiæ euentus dubius est, meritò sequestrantur. Nam si petitor appellauerit, hoc ab eo postulari non potest: quia non potest sequestrari quod non habet. Si propter prædia vrbana vel mancipia vel iumenta appellatur: possessiones[d] eorum, vel mercedes, vel vectura, etiam si de nauis naulo agatur, deponi solent.

VERBA Pauli, I. C. ti.

Iniustè appellans omnino puniendus est. 26

OMnino probandũ est vt quotiẽs iniusta appellatio pronũtiatur, sumptus quos dum sequeretur aduersarius impendit: reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

Præmissis auctoritatibus intra. v. dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens, intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit dicens.

IMPERATOR Iustin. Augustus.

Intra decem dies remedium appellationis conceditur. 27

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponẽtes, & maximè hæc circa appellationes facientes, in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessariũ. Antiquitati enim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet. Sin autem per procuratorem causa ventilata sit: in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse damnosum: plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum prouocationes esse porrigẽdas, in promptum periculum incidisse: & biduo transacto causas perdidisse. Vnde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi. Et sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores vel curatores & tutores ventilentur: posse intra decem dierum spatium à recitatione sentẽtiæ numerandorum iudicibus ab his quorum interest offerri: siue magni siue minores sint: excepta videlicet sublimissima prętoriana præfectura: vt liceat homini intra id spatium plenissimè delibe-

a pro differẽdæ legit. apud Paulum afferendæ.
b vet. abdicatur in Cod. Theod. addicatur.
Iuo Carn. eodem lib. 4 continuo legit.
Fallitur hic Gratianus.
Constitutio. 23 nouellarũ cõsti.
c sequendæ, legẽdum est secũdæ. vt apud Paulum loco antè allegato.
d possessiones, legendum pensiones. vt apud Paulum.
e Idem Paulus lib. 5. sentẽt. tit. vlt. De meritis appellationum.

M.E.C.D. 2017

deliberare siue appellandum ei sit, siue quiescendum: ne timore instante opus appellatoriū frequētetur: sed sit omnibus inspectionis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrenare. Ad hoc sancimus, siquando lis speratur in nostrum inferri consistoriū: si fortè contigerit imperatoris maiestatem occupatā publicis causis ex mundanis prouisionibus, nō posse conuocare patres quatenus causa agitetur: nō ex hoc litē periclitari. Quod enim vitium est litigantiū, si culmē imperatoriū occuperur? vel quis tātæ est auctoritatis, vt nolentē principem possit ad conuocandū patres cæterósq; proceres coarctare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta permaneat, donec imperator sua sponte motus, & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundū morē procedere. Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autē neglexit. Cùm enim venerāda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes à minoribus iudicibus non solū ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabiliū iudicū tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerēt: nouitas autem hoc dereliquerit: euenit vt super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur: & homines propter minimas causas magnis fatigētur dispēdijs: vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoq; sancimus, siquando ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraq; Libya prouocatio speratur vsq; ad decē librarum auri quantitatē: non in hanc regiā vrbem eā venire, sed ad præfectum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei penitus post diffinitiuam sentētiam appellatione porrigenda. Similiq; modo quotiens in Asiana diœcesi vel Pontica tale aliquid emerserit vsque ad prædictam quātitatem decem librarum auri: appellationes ad viros spectabiles comites fortè vel proconsules vel prætores vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinē præfecti Augustalis vice sacri cognitoris intercedāt: & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen & legū timore proferant *decidendas. *al. perferant.
Orientalem autem tractum* causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarū auri quantitatem limitatas, ad vitum spectabilem comitē Orientis mittere, simili modo audiētiam & finem eis impositurum sancimus. Illo videlicet obseruato, vt viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices nō ad alios eadē spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes īn litibus, quantæcunque sint quantitatis: (cùm nō oporteat ad cōpares iudices appellationes referri: sed à minori iudicio in maius tribunal ascendere) sed ad illustrissimā præ- *al. orientalis autem tractus.

d fecturam

M.E.C.D. 2017

fecturam illorum appellationes, cuiuſcunq; ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigãtur: quæ vnà cum viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat: vtroq; officio ſubminiſtrante, id eſt, tam ex ſactis ſcrinijs more ſolito, quàm præfectorio. Ita tamẽ hoc ſancimus, vt nec à ducibus vel ab alijs ſpectabilibus iudicibus quibus fortè etſi priuati ſint, imperialis maieſtas cauſa iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat: ne cauſa non gradatim procedere, ſed perperam videatur: ſed à præſidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referatur. Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, vel duces qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati: vel hi qui à principe ſunt delegati, ſpectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes ſub quacunque quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes antiquo more iudices referantur: omnibus alijs quæ in appellationibus ſtatuta ſunt vel ab antiqua proſapia, vel auctoritate anteriorum conſtitutionũ, vel à noſtra humanitate: intactis illibatíſque cuſtodiendis.

Tit. 4. le. 1. lib. dige. 49.

ITEM dige. titu. quando appellandum ſit.

Quando appellandum ſit primo vel ſecundo. 28

BIduum vel triduũ appellationis ex die ſententiæ latæ computandum erit. Quid ergo ſi ſententia fuerit ſub conditione dicta: vtrum ex die ſententiæ tempus cõputamus ad appellandum, an verò ex die quo conditio ſententiæ extiterit? Sanè quidem non eſt ſub conditione ſententia dicenda. Sed ſi ſit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim tempora ad appellandum computari debere. Quod autem in ſententijs receptum eſt, vt vel altera die vel tertia prouocetur: hoc etiam in cæteris obſeruandum eſt, ex quibus ſententia quidem non profertur: appellari tamen oportet & poteſt: vt cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio non admittitur. Dies autẽ iſtos in quibus appellandũ eſt, ad aliquid eſſe vtiles oratio diui Marci voluit: ſi fortè eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt libelli dentur. Ait enim: Is dies ſeruabitur quo primo facultas adeundi erit. Quare ſi fortè poſt ſentẽtiam ſtatim dictam copiam ſui non fecerit is qui pronũciauit, vt fieri aſſolet: dicendum eſt nihil nocere appellatori. Nam vbi primum copiam eius habuerit, poterit prouocare. Ergo ſi ſtatim ſe ſubtraxerit: ſimiliter ſubueniendum eſt. Quid ergo ſi cõditio horæ effecit vt ſe reciperet? Si fortè ſententia dicta ſit iam ſuprema hora, vtique non videbitur ſe ſubtraxiſſe. Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiam fecerit. Cæterum ſi non fecerit: an imputetur alicui quòd ad domum eius non venerit, quodque in hortos nõ acceſſerit, &

vlterius

M.E.C.D. 2017

vlterius quòd ad villam ſuburbanam? Magiſque eſt vt non debeat imputari. Quare ſi in publico adeundi eius facultas non fuit: melius dicetur facultatem non fuiſſe adeūdi. Si quis ipſius quidem à quo appellauit, adeundi facultatem non habuit, vt ei libellos daret: eius autem ad quem appellauit, habeat copiam: videndum eſt an ei præſcribi poſſit quod eum non adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeundi fuerit copia: locū habeat præſcriptio. *In propria cauſa biduum accipitur, Propriam cauſam ab aliena quomodo diſcernimus?* Palam eſt eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentū vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. [a] Si aduerſus abſentem fuerit pronunciatum, biduum vel triduum ex quo quis ſcit, computandum eſt: non ex quo pronunciatum eſt. Quod autem abſentem dicitur poſſe prouocare ex quo ſcit, ſic accipimus, ſi nō in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille non prouocauit, difficile eſt vt hic audiatur. Si quem *in inſulam deportandum annotauerit præſes prouinciæ: & imperator reſcripſerit vt deportetur: videamus quando ſit appellandum: vtrum cum imperator reſcripſit vt deportetur, an cum ei ſcribitur. Et puto tunc eſſe appellandum, cùm recipi eum præſes iubet. Cęterum verendum eſt ne ſero ſit, vt tunc prouocetur cū imperator inſulam ei aſſignauerit. comprobata enim ſententia præſidis vel prætoris, tunc ſolet princeps inſulam aſſignare. Rurſus illud verendum eſt, ſi mendacijs apud principem onerauit eum quē deportandum laborat: intercludi ei viam prouocandi. Quid igitur eſt? Rectè dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc, & illo tēpore non fruſtra prouocaretur: quia non aduerſus principem ſed aduerſus iudicis caladitatem prouocauit. [b] Illud quoque videndum eſt, ſi cum imperatori ſcriberetur, exemplum literarū litigatori æditū ſit, neq; is appellauerit, & poſtea contra eum reſcriptum ſit: an appellare à literis pridem ſibi ęditis poſſit. Certè nō poteſt: quia qui tunc nō appellauit, vera eſſe quæ ſcripta ſunt conſenſiſſe videtur: nec eſt audiendus ſi dicat euentū ſacri reſcripti ſe ſuſtinuiſſe.

Addit. in vet.

a L. 1. §. fi. ff. quando appellandum ſit.

L. 1. ff. quando appellādum ſit.

*al. ſi quidem in inſulam.

b L. vlt. C. quādo appellandum ſit.

ITEM Vlpianus libro xlix. in titu. de appellationibus recipiendis vel non. 29

Tit. 5. le. 1.

NOn ſolent audiri appellantes niſi hi quorum intereſt, vel quibus mandatum eſt, vel qui negocium alienum gerunt, quod mox reus ratū habeat. Sed & ſi mater ex pietate prouocauerit, dicendum eſt & hanc audiri debere. & ſi litem præparandam curare maluerit, intercedere nō videtur: licet ab initio defendere non poteſt. Scæuola libro iiij. regularum. Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionē in ciuili negocio habendam iudex interlocutus eſt: vel in criminali ſi cōtra leges hoc faciat. Marcellus libro primo de appellationibus. Eius qui ideo cauſam agere fruſtratur, quia dicit ſe libellū principi

5. pars.

Lex. 2. ff. ibidem.

L. 4. ff. ibidem.

M.E.C.D. 2017

dediſſe,& ſacrum reſcriptum expectaſſe:audiri deſideriũ prohibetur:& ſi ob eam cauſam prouocauerit, appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus prohibetur.

Li.49.dige. tit.7. ITEM de dimiſſorijs libellis lege prima.

De dimiſſorijs libellis. 30

POſt appellationem interpoſitam literæ dandæ ſunt ab eo à quo appellatum eſt,ad eum qui de appellatione cogniturus eſt,ſiue ad principem,ſiue ad quemlibet alium:quas literas dimiſſorias ſiue apoſtolos appellant. Senſus autem literarum talis eſt,appellaſſe puta Lucium Titium à ſententia talis iudicis: quæ inter illum & Mæuium dicta ſit. Sufficit autẽ petijſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter & ſæpius: & ſi nõ accipiat ipſum conteſtetur.nam inſtantiam petentis dimiſſorias cõſtituriones deſiderant.Aequũ eſt igitur ſi per eum ſtetit qui debeat dare literas,quo minus det: ne hoc accipienti noceat. Vlpianus libr.quarto in titulo nihil innouari appellatione interpoſita. Appellatione interpoſita ,ſiue ea recepta fuerit , ſiue non:medio tempore nihil nouari oportet. [a] Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellauerit, propter quædam non : Vtrũ ſit differenda pœna eius an non: quæritur.Et ſi quidem grauiora ſunt crimina ob quæ appellatio interpoſita eſt,leuius autem id propter quod quis non appellauit,recipienda eſt omnino appellatio,& differenda pœna. Si verò grauiorem ſententiam meruit ex ea ſpecie ex qua non eſt appellatum:omnino pœna imponenda eſt.

Li.49.dige. tit.7. Lege prima. a d.l.1.S.vlt.

GRATIAN. Forma apoſtolorum hæc eſt. Ego N. ſanctæ Bononienſis eccleſiæ epiſcopus te presbyterum Rolandum capellanũ ſancti Apollinaris ad apoſtolicam ſedem quam appellaſti, ab obſeruatione noſtri iudicij his apoſtolis dimitto . Forma verò appellationis ante ſententiam hæc eſt. Ego Adelinus ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter(licet indignus)ſentiens me grauari à domino Gualterio ſanctæ Rauennatis eccleſiæ archiepiſcopo, Romanam ſedem appello,& apoſtolos peto . Si verò poſt datam ſentẽtiam appellare voluerit:hic erit ei modus appellandi. Ego. ‖A‖. ſanctæ Rhe.eccleſiæ mini.licet indi.contra ſententiam domini. G. S. Rau. eccleſiæ archiepiſcopi iniuſtè in me latam pridie Calen. Maij anno domini incarnationis Mclxj.*indictio.*iiij.Rom. ſed. appello , & apoſtolos peto. Si autem vnus vel duo pro pluribus appellare voluerint , ſic appellabunt: Ego P. & G. ſyndici canonicorum S.B.e. ſentientes nos prægrauari contra ſententiam,&c. Romanam ſedem appellamus, & apoſtolos poſtulamus. & huiuſmodi appellationes in ſcriptis fieri debent. Ad iudicium autem alterius fidei catholico appellare non licet.

Adelmus

*al. Mcv. *al. feria.* Sic in meo manuſcr. Contius.

Cap.78. VNDE in Carthaginenſi concilio.iiij.

Excom-

M.E.C.D. 2017

Excommunicetur catholicus qui committit causam suam iudicio alterius fidei. 31

CAtholicus qui causam suam siue iustam siue iniustã ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

Notandum verò est quod quidẽ iudices sunt à quibus appellari nõ oportet. VNDE in concilio Mileuitano legitur. 6. pars. Cap. 24.

A quibus iudicibus prouocari non licet. 32

AIudicibus quos communis consensus elegerit: non liceat prouocari.

,, Quod de arbitris intelligẽdum est. Iudicum enim alij sunt GRATIA.
,, ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij verò sunt qui ab apostolico, vt ecclesiastici, vel ab imperatore, vtpote sæculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt qui nullam potestatem habentes, cùm consensu litigantium in iudices eliguntur: in quos cõpromittitur vt eorum sententiæ stetur. Horum
,, alij sunt ordinarij & arbitrarij: alij arbitrarij tantum. Ordinarij
,, & arbitrarij sunt qui legitimam potestatẽ habentes, ab eis eli-
,, guntur ad arbitrandũ qui non sunt suę iurisdictioni suppositi.
,, Ab his, etsi vt arbitrarij sedeant, & non vt ordinarij: priuilegio
,, tamen ordinarię dignitatis grauatus aliquis appellare valebit.
,, VNDE in Cartha. concilio. iiij. legitur. Cap. 10. conc. Cartha. 3.

A iudicibus qui eliguntur communi cõsensu prouocare non licet. 33

SAnè si ex consensu partium iudices electi fuerint: etiam à pauciori numero quàm constitutum est, liceat prouocari.

ITEM ex concilio Mileuitano. Cap. 21.

Qui de episcoporum iudiciis queruntur, à vicinis episcopis audiantur, vel ab aliis ex consensu eorum adhibitis. 34

PLacuit vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis quas habuerint: si de iudiciis episcoporum suorũ questi fuerint, vicini episcopi eos audiãt: & inter eos quicquid est diffiniant adhibiti ab eis ex consensu episcoporũ suorum. Quòd si ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarũ suarum. Ad transmarina autem qui putauerint appellandum: à nullo intra Africam in cõmunione suscipiantur. [Nisi[a] fortè Romanam sedem appellauerint.] Is aũt qui appellauerit, ad eũ à quo appellauit, remitti non debet. VNDE in Sardicensi concilio.

a Inclusa, perperam sunt à Gratiano inserta, cũ in nullis exẽplaribus cõcilij Mileuitani reperiantur.

De eodem. 35

SI quis episcopus accusatus fuerit, & omnes iudicauerint cõgregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum: si appellauerit cum deiectus fuerit, & cõfugerit ad beatissimum Romanę ecclesię episcopũ, & voluerit se audiri: si iustũ putauerit vt reuocetur vel renouetur examen: scribere episcopis dignetur episcopus Romanus, his qui in finitima & propinqua altera prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirãt, & Cap. 7.

M.E.C.D. 2017

iuxta fidem veritatis diffiniãt. Quòd ſi is qui rogat cauſam ſuã iterum audiri, deprecatione ſua monuerit epiſcopũ Romanũ, vt de latere ſuo presbyteros mittat: erit in poteſtate eius quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittẽdos eſſe qui preſentes cum epiſcopis iudicẽt, vt etiã habeant auctoritatẽ perſonæ illius à quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio. Si verò crediderit ſufficere epiſcopos cõprouinciales, vt negotio terminũ imponant: faciat quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit. ‹‹

GRATIAN. Arbitrarij tantum ſunt qui nullam legitimam poteſtatem ‹‹ acceperunt, à quibus appellari non licet: quia eis imputandum eſt quòd ſibi tales elegerunt. Si verò ſententia eorum à ‹‹ quibus appellatur, ſoluta fuerit per eum ad quem appellatum eſt: nihil eis oberit: niſi fortè vel inimicitia vel pecunia ‹‹ deprauati iniuſtam probentur tuliſſe ſententiam. VNDE ‹‹ in eodem concilio Carthaginenſi. iij. legitur. ‹‹

Cap. 10. *Cum per appellationem ſententia ſoluitur, non debet obeſſe ei qui non iniquo animo iudicauit.* 36

7. pars. HOc etiam placuit, vt à quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum: non eis obſit quorum fuerit ſoluta ſententia ſi conuinci non potuerint vel iniquo animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Quæritur autem de eo à quo appellatur: an ſit euocandus in teſtimonium apud eum ad quem appellatur, ſuper negocio cuius

Cap. 1. cognitionem ſuſcepit. DE hoc ita ſtatutum eſt in Carthaginenſi concilio quinto.

Clericus non deuocetur in teſtimonium illius cauſæ cuius primum cognitionem ſuſcepit. 37

*al. ſtatuendum eſt. STatutum * eſt vt qui in eccleſia quamlibet cauſam iure apoſtolico eccleſiis impoſito agere voluerit, & forſan deciſio clericorum vni parti diſplicuerit: non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eum qui præſes vel cognitor fuerit: & nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur.

GRATIA. Ab eis quoque ad quos prouocatum fuerit (ſicut in Africano concilio legitur) vlterius prouocari non licet. ‹‹ ‹‹

Non licet prouocari ab his ad quos prouocatum fuerit. 38

Cap. 63. SI autem prouocatum fuerit, eligat qui prouocauerit iudices, & cum eo ille contra quem prouocauerit: vt ab ipſis deinceps nulli liceat prouocare.

GRATIAN. Poſt ſecundam prouocationem intelligendum eſt. tertiò ‹‹ enim in vna eademq; cauſa ſuper eiſdem capitulis prouocare ‹‹

Titul. 70. non licet. Vnde in vij. libr. Cod. titul. ne liceat in vna eademq; ‹‹ cauſa tertiò prouocare, imperator Iuſtinianus ſcribit. ‹‹

Si quis in quacunq; lite iterum prouocauerit: non liceat ei tertiò

M.E.C.D. 2017

tertiò in eadem lite ſuper eiſdem capitulis prouocatione vti, vel ſententias excellentiſſimorum præfectorum prætorio retractare, licentia data litigatoribus arbitro dato ipſius audiẽtiam qui eum dedit, ante litis conteſtationem inuocare, & huiuſmodi petitione minimè prouocationis vim obtinente.

» Cùm autem in cauſa capitali vel ſtatus interpellatum fue- GRATIA.
» rit: non per procuratores, ſed per ſeipſos appellantes cauſam
» ſuam agere oportet. VNDE Hadrianus papa.

Appellationem in cauſa capitali vel ſtatus interpoſitam, per procuratorem exequi non licet. 39

SI quando in cauſa capitali vel cauſa ſtatus interpellatũ fuerit: non per exploratores: ſed per ſeipſos eſt agendum.

» Tempus autem exequendæ appellationis annus eſt: vel ſi GRATIA.
» iuſta cauſa interceſſerit, biennium. VNDE in authenticis *Conſtitutione*
» conſtitutione. xj. collatione. v. legitur. 50.

De eodem. 40

EI qui appellat, impertitur annus: intra quẽ ſecundum ſe cõmunitérve litem exequatur: aut ſi iuſta interceſſerit cauſa, alius annus indulgetur: quo tranſacto lite non completa, maneat ſententia rata. Appellatore ceſſante cum vnus menſis ſupereſt ex biennio: licet victori ingredi vt reus quæratur. quo ſiue inuento ſiue non, ſuas afferat allegationes: vt vel confirmetur vel reſcindatur ſententia: omni caſu abſente in expenſis condemnando. Neutro concurrente poſt ſecundum annum fatalem permanet ſententia, Conſtitutione. ij. collatione. iiij. Sed lis quæ ſperatur in conſiſtorium principis inferri abſque damno moræ, manet intacta donec ipſe faciat eam introduci, & à proceribus ſecundum morem dirimi. *Conſtitutione. 93. nouellarum.*

» Si verò is qui appellauit, pœnitentia ductus ab appellatio- GRATIAN.
» ne deſiſtere voluerit, non prohibetur, ſicut in ſeptimo libro
» Codicis titulo de appellationibus, imperatores Archadius
» & Honorius ſtatuiſſe leguntur. Si quis libellos appellationis *Titu. 62.*
» ingeſſerit, ſciat ſe habere licentiam & arbitrium ex pœniten- *lege. 28.*
» tia commutandi, & ſuos libellos recuperandi, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputetur. Eſt autem quando appellatio-
» nem interponi non eſt neceſſe. In eodem namque libro & eo-
» dem titulo iidem imperatores decreuerũt. Nominationes ve- *Lege. 27.*
» rò libellis vel ædictis factæ citra concilium publicum, non
» valent: à quibus nec appellare neceſſe eſt. Diffinitiua quo- 8. *pars.*
» que ſententia quæ condemnationem vel abſolutionem non
» continet, pro nulla habetur. Item ſententia citra ſolitum or-
» dinem iudiciorum à præſide prolata, auctoritatem rei iudi-
» catæ non obtinet. Item ſi ſententia lata fuerit contra res
» prius iudicatas à quibus prouocatum non eſt, ſententiæ aucto
» ritatem non obtinebit: & ideo appellare neceſſe non eſt. Item

M.E.C.D. 2017

si sententia contra ius scriptum feratur: veluti dum defunctus & minor. xiiij. annis fuisse, & testamẽtum iure fecisse dicitur: nullas vires obtinet: nec contra eam est necessariũ auxilium prouocationis. Si verò contra ius litigatoris sententia dicatur, veluti dum minor. xiiij. annis xiiij. annum impleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse pronunciatur, ad prouocationis remedium oportet confugere. Item si plures iudices dati sunt, & vnus tantùm ex eis pronunciasse proponitur. non videtur appellandi necessitas fuisse: cùm sententia firmitatem iure non obtineat. Item cum certa ratione & sine certo iudices mulctare possunt. Si verò aliter contra statutum legis modum mulctam irrogauerint: quod contra ius gestum videtur infirmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi. Venales quoque sententias quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur: etiam citra interpositæ prouocationis auxilium infirmas esse decretum est. Item si propter infirmitatem ætatis ad honorem ad quem nominatus est, inhabilem te esse probaueris, prętermissa appellatione iniqua nominatio remouebitur. Sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio qui per contumaciam absens, cùm ad agendam causam negocio prius summatim perscrutato vocatus esset, condemnatus est. Nullus[a] etiam homicidarum, veneficorum, malefi-corum, adulterorum, itemq; eorum qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusq; confessus audiatur appellans. & hoc in notoriis. In occultis autem, si testibus productis, instrumentis prolatis, aliisq; argumentis præstitis, sententia contra eum lata sit, & ipse qui cõdemnatus est, aut minimè voce sua confessus est, aut formidine tormentorũ territus aliquid cõtra se dixerit, prouocandi licentia ei nõ denegatur. Nulli quoq; officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur: nisi in eo tantum negocio quod ipse ciuili ratione super patrimonio fortè apud proprium iudicẽ inchoauerit. Quotiens etiã fiscalis calculi satisfactio postulatur: aut tributum exposcitur, aut publici aut priuati debiti euidẽtis atque conuicti redhibitio flagitatur, appellatione exclusa necessario in contumacẽ vigor iudiciarius exercetur. Ab executore sententiæ appellati nõ potest: nisi fortè executor sententiæ modum iudicationis excedat. Si quis etiam ausus fuerit prouocare ne volũtas defuncti testamento scriptura referetur: vel ne hi quos scriptos patuerit hæredes, in possessionẽ mittãtur, & is cuius de ea re notio erit, appellationẽ receperit, & iudex qui tam ignauam conniuentiá adhibuerit, & litigator qui tam importunè appellauerit. xx. libris argenti mulctentur. De possessione

Ex lib. 7. Codicis. titu. 65. Quorum appellationes non recipiuntur.

[a] ad verbũ hic recitat. leg. 1. 2. & 3. Codi. quo mo. appellatio. non recip.

M.E.C.D.,2017

» sessione etiam & eius momento si causa dicatur, quæ sentẽtia
» interlocutoria appellatur: quãuis prouocatio interposita fue-
» rit, tamen lata sentẽtia sortiatur effectum. Quãdoque vnã &
» eandem plures simul reportant condemnationẽ: nec diuersi-
» tas factorum separationẽ accipiet: quo casu si omnes appella-
» uerint, & vno ex his agente eorum appellatio iusta pronuncia-
» ta fuerit, emolumẽtum victoriæ etiam ad alios pertinebit. Si
» autem vnus tantùm appellauit, eiusq; appellatio iusta pronũ-
» ciata est: ei quoq; prodest qui non appellauit. Quòd si æta-
» tis auxilio vnus contra sententiã restitutionem impetrauerit:
» maiori qui suo iure non appellauit, hoc rescriptum non pro-
» dest. Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis
» necessitas videtur imposita. verumetiã. xxx. dierum spatia ex
» die sententiæ diffinita sunt: intra quæ gesta vbà cum relatione
» litigatoribus conuenit præstari. Similiter arbiter appellatio-
» nem suscipere, & relationem dare cõpellitur si delegatus fue-
» rit. Litigatoribus verò copia est etiam sine scriptis libellis il-
» lico voce appellare cum res iudicata poposcerit, tam in ciuili-
» bus quàm in criminalibus causis. Ab eo autem qui de appella-
» tione cognoscit, non potest fieri recursus ad iudicẽ à quo fue-
« rit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad pro-
« uincias remotam sibi occasionẽ atque excluſam penitus intel-
« ligant: cum super omni causa interpositam prouocationem
» vel iniustam tantum liceat pronunciare vel iustam. Hæc
» omnia in vij. li. Cod. inuenies à titu. de appellationibus vsque
» ad titu. ne liceat in vna eademq; causa.

QVAESTIO VII.

AN LAICI VEL QVILIBET INFERIORVM ORDINVM IN ACCVSATIONE MAIORVM SINT AVDIENDI.

» QVod verò laici in accusatione episcoporum non sint » audiendi. Euaristus papa testatur dicens. GRATIAN.

Laici in episcoporum accusatione non sunt recipiendi. 1 *Epist. 2.*

NOn est à plebe aut à vulgaribus hominibus arguẽdus vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis subditorum disponitur à deo vita rectorum. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissimè solet cõuertere in malum, & in electis ponere maculam. ITEM Siluester papa. *In epilogo conci.*

Laicus clericum non accuset. 2 *Rom.*

NVllus laicus audeat clerico crimen inferre. ITEM papa. *Marcellinus epistol. 2.*

De eodem. 3

LAico non liceat quemlibet clericum accusare. ITEM Iulius papa. *Iulius. 1. ca. 36. decretorum.*

M.E.C.D. 2017

Anathematizatus sacerdotes accusare non potest. 4

IN sancta Nicena synodo statutum est vt nemo anathematizatus in nostram suscipiatur accusationem: nec illi qui nos in suam nolunt recipere accusationē: cum nos super illos sciamus à domino constitutos, non illos super nos, & sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec obligari: quia rarum est omne quod magnum est. Portemus onera omnium qui grauantur. Quinimo hæc portat in nobis beatus Petrus apostolus: cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur: quatenus eius fulti auxilio nunc & in perpetuum ab omnibus tueamur aduersis. ITEM Eusebius.

Euseb. epist. 1. ad apiscopos Gallię.

De eodem. 5

LAicos non accusasse episcopos hactenus obseruatum & constitutum est: quia non sunt eiusdem conuersationis, & oppido eis quidam infesti existunt: quippe cum vita eorum & conuersatio debeat esse secreta, & à laicorum actibus remota: nec ab eis impeti debent etiam qui eorum castitatem & grauitatem nolunt imitari: maximè cum eos nolunt recipere in suis accusationibus. ITEM Fabianus papa.

Fab. epist. 2. ad episcopos Orientales.

Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum sunt suscipiendi. 6

SIcut sacerdotes vel reliqui clerici à secularium laicorum excluduntur accusatione: ita illi ab illorum sunt excludendi & alienandi criminatione. & sicut illi ab istis, ita & isti ab illis non recipiuntur: quoniam sicut domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum conuersatione, ita & litigatio: quia seruum Dei non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes. ITEM ex concilio Maguntino. 7

Hoc caput deest in plerisq; editionibus.

DEcretum est vt presbyteri suos plebeios & accusare & attestimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subiacebunt. ITEM Clemens.

Cle. epist. 1. ad Iacobum.

Laici clericos accusare non debent. 8

SAcerdotes & reliqui sacræ ecclesiæ ministri, omnesq; plebes episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) quàm debent agant: nisi in fide errauerint. ITEM.

Idem Clem. epi. 2. ad eundē Iac.

De eodem. 9

QValis condemnatio eis immineat qui in patres peccant, diuina scriptura ostendit dicens: Si enim Cham quia non operuit pudenda patris, maledictus est: multo ampliori condemnationi digni sunt qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferunt.

Genes. 9. a.

GRATIAN. *In epilogo conc. Roma.*

Personæ inferiorum ordinum in superiorum accusationem recipiendæ non sunt. ‘‘ ‘‘ ‘‘

VNDE Siluester papa.

Minores

M.E.C.D. 2017

Minores non debent accusare maiores. 10

CLericus aduersus exorcistam, exorcista aduersus acolytū, acolytus aduersus subdiaconum, subdiaconus aduersus diaconum, diaconus aduersus presbyterū, presbyter aduersus episcopum accusationem dare, aut testimoniū ferre non valet. ITEM Zepherinus papa:

Zeph. epist. 1 ad episc. Siciliæ.

De eodem. 11

MAiorum quispiam, minorum accusationibus non impetatur. ITEM Anacletus papa.

Anacletus epist.

De eodem. 12

SEntentia Cham filij Noe damnantur qui suorum doctorū vel præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui verenda patris non operuit, sed irridenda monstrauit. *3. Genes. 9. d.*

ITEM Eusebius papa.

Epi. 2. ad episc. Alexandriæ.

Oues pastorē suum (nisi à fide exorbitauerit) non debent accusare. 13

OVes quæ suo pastori commissæ sunt: eum nec reprehēdere, nisi à fide exorbitauerit nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quāquam reprehendenda rectè videantur.

GRATIAN.

» His auctoritatibus probatur quod subditi siue sint laici siue clerici, prelatos suos accusare non possunt. Verùm de criminosis & de infamibus intelligēdum est: qui vitam suorum » prælatorum parati sunt reprehendere, non imitari: quod ex » verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

Ex epist. 2. Anaclet.

Quare laici in accusatione episcoporum non audiantur. 14

LAici in accusatione episcoporum audiendi non sunt: quia oppido eis quidam infesti sunt; & indignum est vt ab eis accusentur qui eorum grauitatem nolunt imitari. IDEM.

Idē Anac. epist. 2. ad episc. Italiæ.

Sacerdotes non nisi à viris idoneis & probatis accusari possunt. 15

ACcusatio quoque eorum, super qua nos consulere voluisti: non nisi ab idoneis & probatissimis viris qui suspicionibus & sceleribus carēt, fieri debet: quia & dominus sacri corporis sui tractatores à vilibus ac reprobis & non idoneis personis infamari noluit nec calumniari: sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit. Vnde liquet quòd summi sacerdotes, id est episcopi à deo sunt iudicādi, nō ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerādi: sed potius ab omnibus fidelib⁹ portādi: ipso domino exēplum dante quando per seipsum & non per alium vendentes & ementes eiecit de tēplo sacerdotes. Nullus enim (vt reor) inuenitur inter illos qui velit seruū suū ab alio quàm à se iudicari, quod si præsumptū fuerit, aut multa indignatione ipse irascitur aut poti⁹ vindictā querit super eū. vnde & dominus ait per prophetā. Qui vos tāgit, me tāgit: & tangit pupillā oculi mei. Et paulò post. Si detractores quoruncūq; grauiter iudicātur, & in pditionis laqueum

Ioan. 2. c.

Zach. 2. c.

M.E.C.D. 2017

laqueũ cadunt: multo magis laceratores & detractores atque accusatores famulorũ dei dãnantur: & in barathrũ (nisi se correxerint, & per eorũ satisfactionẽ condignã egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt: & vindicibus flammis exuruntur.

Hæc & alia periculosa considerantes apostoli constituerunt, ne facilè commouerentur aut lacerarentur vel accusarẽtur columnæ sanctæ ecclesiæ dei: quæ apostoli & successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis aduersus eos vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causam habuerit: prius ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio ea sanent commoniti quæ sananda sunt, & charitatiuè emendent quæ iustè emendãda cognouerint. Si autem aliqui eos priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, vel infestare præsumpserint, excommunicentur: & minimè absoluãtur antequam per satisfactionem (vt iam dictum est) condignam pœnitentiam egerint: quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. ITEM Alexander.

Epistol. 1.

Communione priuetur qui priuatim aduersus episcopum conqueritur priusquam familiariter eum conueniat. 16

SI quis erga episcopum vel actores ecclesiæ quãlibet querelã iustã se habere crediderit: nõ prius primates aut alios adeat iudices, quàm ipsos à quibus se lęsum existimat, familiariter conueniat, non semel, sed sæpissimè, vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationem. si autem secus egerit, ab ipsis aut ab alijs communione priuetur tanquam apostolorum patrumque aliorum contemptor. ITEM Euaristus papa.

Euaristus epistola 2.

Nisi opinione discussa non audiantur accusatores episcoporum. 17

SI qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum: non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri antequã eorum discutiatur existimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscięntia, quóve merito, si pro deo, aut pro vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumpserint.

Epi. 2. ad episcopos Galliæ.

ITEM Calixtus papa.

Maiores natu nõ accusent, nisi qui sint rectæ fidei & cõuersationis. 18

QVærendum est in iudicio cuius sit conuersationis & fidei & is qui accusat, & is qui accusatur: quoniam hi qui nõ sunt rectæ fidei ac conuersationis, & quorum vita est culpabilis, & quorum vita fides & libertas nescitur: non permittuntur maiores natu accusare: neque viles personæ in eorum recipiuntur accusatione. ITEM Sixtus papa.

Epi. 2. ad episc. Hispa.

Absque duobus vel tribus testibus non recipiantur episcoporum accusationes. 19

Exo. 13.
1. Tim. 5.

ACcusatio episcoporum non est facilè recipienda, dicente domino: Non accipias vocem mędacij. Et apostolus inquit

M.E.C.D. 2017

quit aduersus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcauenda: quanto magis de episcopis? ITEM ex conci. Aurelianensi. Cap. 8.

Pro sola cõuentione episcopi non submoueatur aliquis à cõmunione. 20

SI quis ab episcopo vel ab ecclesia vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum: si nihil conuitij aut criminationis obiecerit, eum pro sola conuentione à communione ecclesiæ non liceat submoueri.. ITEM Euaristus papa. Epist. 2.

Quare subditi prælatos suos reprehendere non possunt. 21

SVnt nonnulli qui præpositos suos peruersè reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint.

» Ex his omnibus datur intelligi, quòd illi ab accusatione GRATIAN.
» remouentur qui non affectione charitatis, sed prauitate suæ
» actionis vitam eorum diffamare & reprehendere quærunt.
» Quod verò præmissis auctoritatibus criminosi prohibeantur
» ab accusatione prælatorum, testatur Augustinus in libro So-
» liloquiorum ita dicens.

Non oẽs subditi sed criminosi tantũ prohibentur accusare prælatos. 22

PRæsumunt prælati non debere se reprehendi vel accusari, pro eo quòd canones non eos passim constituunt accusandos: quod tantum negatur solis criminosis: cum de reprehendendo veritas ipsa constituat: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. &c. *Ioan.* 18. *d*

» Opponitur huic distinctioni. Ipsi sacri canones distinguũt 3. *pars.*
» in quo casu pastores sint accusandi à subditis, dicentes. Oues GRATIAN.
» pastores suos non accusent nec reprehendant, nisi à fide exor-
» bitauerint. Ecce in quo casu sunt accusandi à subditis: in alijs
» autem minimè. Huic oppositioni respondetur sic: Distinctio
» illa canonum, de criminosis & infamibus intelligitur. Oues
» enim criminosæ & infames pastorem suum accusare vel re-
» prehendere non possunt, nisi à fide exorbitauerit. Cæterum si
» à fide exorbitauerit: tanta est labes huius criminis, quòd ad
» eius accusationem & serui aduersus dominum, & quilibet
» criminosi & infames aduersus quemlibet admittuntur.
» VNDE Dionysius papa. *Diony. epist. 2. ad Seuerũ episc.*

Infames & hæretici homines bonæ famæ accusare non possunt. 23

ALieni erroris socium, vel à sui voluntarie proposiri tramite recedentem, aut sacris patrum regulis & constitutionibus non obedientem suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere rectè credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse censemus qui suam fidem aut Christianam legem præuaricãtur, aut apostolicam aut regularem libenter postponunt auctoritatem. ITEM ex concilio Toletano .iiij. Cap. 63.

Chri-

M.E.C.D. 2017

Christianos accusare vel in eos testificari non possunt qui fidem acceptam deseruerunt. 24

NOn potest erga homines esse fidelis, qui deo extiterit infidelis. Iudæi ergo qui dudum Christiani effecti sunt, & in Christi fide præuaricati sunt, ad testimonium dicendũ admitti non debent, quãuis se esse Christianos annuncient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur. Infirmari oportet eorum testimoniũ, qui in fide falsi docentur: nec eis est credendum qui veritatis à se fidem abiecerunt. ITEM Caius papa Felici chorepiscopo.

Caius pa. Felici episcopo.

Hæretici, Iudæi, vel Pagani Christianos accusare non possunt. 25

PAgani vel hæretici siue Iudæi non possunt Christianos accusare, aut vocem infamationis eius inferre. In hoc cap. decernitur vt hæretici non impetant rectè credentes. vnde ecõtra intelligitur quod hæretici ab hæreticis impeti possunt. Item à tramite sui propositi voluntariè recedentes non possunt impetere seruantes limitem suæ professionis.

GRATIAN. Ex hoc datur intelligi quod recedentes à suo proposito, similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus sanctorum patrum non possunt accusare obtẽperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur quòd inobedientibus inobedientes accusare licet. Vnde generaliter colligitur quòd in accusatione æqualitas fidei & conuersationis inter accusantem & accusatum semper consideranda est: vt is qui accusat, vel par vel superior inueniatur.

ITEM Nouellarum constitutionum.

Iuo. Carn. li. 5. refert de causis & nego. laicorũ.

Hæreticus hæreticum accusare & contra eum testificari potest. 26

SI hæreticus contra hæreticum litiget: cuique eorum hæreticum testem adducere licet. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget: pro orthodoxo quidem hæretici testimonium valeat, cõtra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. Item Orthodoxis autem litigantibus ad testimonium nulli hæretico pateat aditus.

GRATIAN. Sed quæritur si flagitiosissimus catholicus possit conuenire hæreticum de alio crimine quàm de hæresi? Huic quæstioni ita respondetur: in quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei: in eo à malo catholico accusari potest. In quó autem superior fuerit, videlicet in conuersatione vitæ: in eo à flagitiosissimo conueniri non potest. Item quòd dicitur, pastores pro suis actibus magis sunt tolerandi quàm corrigendi, dupliciter intelligitur, vel quia à criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi. vnde ibi subinfertur: quia sæpe pro meritis subditorum deprauatur vita rectorum. Quorum ergo merito (deo permittente) vita rectorum deprauatur, ab eis potius sunt tolerandi quàm corrigendi, vel quia sunt quidã qui

sæpe

M.E.C.D. 2017

sæpe deseruntur à publicis documentis, & crimen quod intendunt, probare non valent. De quibus in homilia de pœnitentia Augustinus ait. *Hom. 50.*

Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt. 27

PLerunque* boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & taceant, quia sæpe deseruntur à publicis documẽtis quibus ea quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. * *al. plerique.*

» De his etiam illud Anacleti intelligitur. Sententia Cham » filij Noe damnantur, qui suorum doctorum vel prępositorũ » culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, » sed ridenda monstrauit. Hac enim auctoritate subditi non » prohibentur ab accusatione, sed à proditione. Aliud est enim » prodere, aliud accusare. Prodit qui non probanda defert: ac- » cusat qui reo præsente crimen iudici offert probaturus quod » intendit. Cham solus vidit pudenda patris, & ideo per eum » intelliguntur qui cùm soli sunt conscij criminum suorum » prælatorum, atque ideo accusare non possunt: vitam tamen » eorum infamando alijs ridendam offerunt. *4. pars. GRATIA. Gene. 9. d.*

» Item obiicitur quòd subditi etiam religiosi prælatos suos » accusare non possunt. Legitur enim in Exodo, quòd Ma- » ria soror Aaron quæ prima post transitum maris rubri sum- » pto tympano hymnum cantare meruit, postea murmurans » in Moysen, eo quòd Aethiopissam duxerat in vxorem, à » domino lepra percussa est. Item in libro Regum legitur, » quòd cum Dauid fugeret à facie Saul, latuit in spelunca, in » qua cùm Saul diuertisset ad purgandum ventrem, Dauid » præscidit oram chlamidis eius, quod se feciſſe postea grauiter doluit, & vehementer pœnituit. Saul à domino erat reprobatus: & ex inuidia Dauid persequebatur, vt eum morti traderet. Dauid erat vir humilis & mitis, Saule à domino substitutus, per Samuelem vnctus in regem: sed tamen quia præcidit oram chlamydis Saulis, grauiter fleuit: cùm à Saule sola » administratione vnctionis separaretur. Vnde datur intelligi » quòd subditi quanuis religiosi sint, prælatos suos criminosos » accusare non possunt. Nam per Saulem qui ventrem purgabat, prælati intelliguntur: qui malitiam corde conceptam, in » opus producunt. Item legitur in libro Regum, quòd cùm » arca domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, à bobus » recalcitrantibus arca inclinata est, cui dum Oza leuita manum » adhiberet vt eam redigeret, à domino percussus interijt. Per » arcam prælati intelliguntur: per Ozam subditi: per inclinationem arcæ casus intelliguntur prælatorum: per illum qui » manum adhibuit, intelliguntur reprehendẽtes vel accusantes » vitam doctorum, qui à domino percussi intereunt. His ita re- » spondetur, verũ est per arcã significari prælatos, & per Ozam subditos. *Exod. 15. e. Num. 12. a. 1. Regum 24. a. 2. Re. 18. et 19. 1. Regum. 24. 2. Regum. 6. a.*

M.E.C.D. 2017

ſubditos. Illud verò falſum eſt quod per inclinationem arcæ ſignificetur prælatorũ. Aliud eſt enim inclinari vel deſcendere, aliud cadere. Legitur enim quòd ſaluator noſter ſe inclinauerit, ſicut qnando digito ſcribebat in terra, & de mõtibus frequenter deſcenderit, in quos aſcendebat, vt vel pernoctaret in oratione, vel vt diſcipulos in monte altiorã doceret præcepta: vel vt turbas fugiens, ex altitudine montis eas reſpicere, & liberè poſſet docere. Inclinatio vel deſcenſio humilitatem ſignificat, qui ſpirituales nonnunquam carnalibus condeſcendunt, vt eorum infirmitati compatiantur, iuxta illud Apoſtoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Hos etiam ſignificauerunt angeli quos Iacob vidit in ſcala deſcendentes. De his per Prophetã dicitur: Inclinauit cælos & deſcendit. Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati, qui ſubditorum culpam miſericorditer portant: & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur quòd bobus recalcitrantibus arca inclinata eſt. Boues quippe recalcitrantes, ſubditos ſignificant ſuis doctoribus non obedientes, quibus dum prælati compatiuntur, quaſi bobus recalcitrantibus arca inclinatur. Leuita qui manũ adhibuit, ſignificat illos qui miſericordiæ compaſſionem in prælatis ſuis reprehendunt: eoſq; in ſeueritatis amaritudinem erigere volunt. Vnde bene leuita iſte Oza dicitur. Oza quippe robuſtus dicitur. Illi enim robuſti dicuntur, qui cùm de ſua iuſtitia præſumunt, miſericordiam peccantibus negandum putant, & impendẽtes reprehendunt. Vnde à domino percuſſi intereunt: quia iudiciũ ſine miſericordia erit illis qui nolunt facere miſericordiã delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur: Noli eſſe nimis iuſtus: quia eſt nimis iuſt⁹, qui perit in iuſtitia ſua. Sic & Moyſi illud intelligitur. Per Moyſen enim prælati intelliguntur: per Aethiopiſſam vxorem peccatores intelliguntur. Moyſes Aethiopiſſam vxorem ducit, cùm quilibet prædicator peccatorem ſibi copulat, vt ex eo ſobolem bonorum operum deo gignere valeat. hanc copulam dum Maria, id eſt, ſubditi reprehẽdunt, lepra peccati inficiũtur. vel per Mariam ſynagoga intelligitur, quæ in Moyſen, id eſt, in Chriſtũ murmurauit: quia Aethiopiſſam, id eſt, eccleſiã de gentibus ſibi copulauit, quos lepra perfidiç & erroris ſordidos fecit. Nõ ergo his auctoritatibus ſubditi prohibentur ab accuſatione ſuorum prælatorũ, ſed mouentur ne reprehẽdant miſericordem compaſſionem eorum. Itẽ per Saulem prælati intelligũtur, & per Dauid ſubditi. Saul purgãs ventrẽ eos ſignificat, qui malitiam corde cõceptam, foras in opus producut. Sed in præciſione chlamydis non ſignificatur niſi reprehenſio peccati. per chlamydẽ enim regis* poteſtas intelligitur. Hãc pręcidit qui prælatum ſentẽtia

Ioan. 8. a
2. Cor. 11. g.
Gen. 28. c
Pſal. 17.
Iaco. 2. d
Eccl. 7. c
* regni.

M.E.C.D. 2017

tia damnationis ferit:quod nulli ſubditorum licet.facta enim paſtoris,oris gladio,id eſt,ſententia damnationis à ſubditis feriẽda non ſunt. Hinc eſt quod Hieronymus ait ſuper Marcum,de pontifice qui ſcidit veſtimenta ſua . Sciſſio veſtis ſciſſionem ſignificat ſacerdotij:quod in proximo erat ſcindendū, & auferendum Iudæis . Vel per Dauid ſignificantur qui nequitiam ſuorum prælatorum videntes, maiora eorum peccata contemnunt,minima verò & leuia quaſi extremam orā chlamydis præcidentes reprehendere & lacerare ſatagunt.Vel quia Saul ſolus diuertit in ſpeluncam in qua Dauid ſolus latebat. Item ſuper hoc poteſt intelligi quod de Cham dictum eſt:qui ſolus vidit pudenda patris,quæ non cooperuit,ſed ridenda mõſtrauit.Hac itaque auctoritate non inhibetur ſubditis accuſare prælatos ſi accuſabiles fuerint.Item probatur quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt etiam ſi religioſi fuerint. Infames enim ſunt eo ipſo quòd ſuorum doctorum vitam reprehendere conantur.Infames enim fiunt (vt canonum tradit auctoritas)omnes qui in patres armantur,& qui doctorũ ſuorum vitam reprehendunt vel accuſant. Nullius autem infamis in accuſatione prælatorum eſt audiendus: niſi fortè à fide exorbitauerit : vt ſuprà dictum eſt . Cùm ergo ſubditi eo ipſo quòd in accuſationem prælatorum proſiliunt,infames efficiũtur:infamibus autem copia accuſandi denegatur : patet quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. *Geneſ.9.d*

His ita reſpondetur:non omnes prælati pro prælatis habentur.nomen enim non facit epiſcopum, ſed vita.

VNDE Gregorius Ianuario epiſcopo ſcribit. *Epiſt.1.lib.7.*

Quem ætas non vita ſeniorum facit, grauiter eſt increpandus. 28

PAulus dicit:Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula tunc eſt obſeruanda, cùm culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum.vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet,ibi diſtricta increpatione feriendus eſt.nam ſcriptum eſt:Laqueus iuuenum omnes vos. *1.Tim.5.a* *Eſa.42.d*
& rurſus: Maledictus puer centum annorum. *Eſa.65.d*

ITEM Hieronymus ad Herliodorum. *De laude vitæ ſolitariæ,to.1.*

Dignitas non facit epiſcopum, ſed vita. 29

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi.attendis Petrum, ſed & Iudam conſidera.Stephanum ſuſcipis, ſed Nicolaũ reſpice.Non facit eccleſiaſtica dignitas chriſtianum.Cornelius cẽturio adhuc ethnicus dono ſancti ſpiritus mundatur. presbyteros Daniel puer iudicat.Non eſt facile ſtare loco Pauli,tenere gradum Petri,iam cum Chriſto regnantium . Infatuatum ſal ad nihilum prodeſt,niſi vt proiiciatur foras,& à porcis conculcetur. VNDE Auguſt.homil.7. *Act.10.* *Dan.13.e* *Ibidem paulò inferius.* *Luc.14.g*

M.E.C.D. 2017

Non episcopi nomen, sed vita reuerentiam meretur. 30

NOn omnis qui dicit, pax vobis: quasi columba est audiendus. Corui de morte pascuntur. Hoc columba non habet: imò de fructibus terræ viuit, innocens est victus eius.

Beda ad cap. 2. epist. 2. Petri.

ITEM Beda in secunda epistola Petri.

Docti ab indoctis, clerici à laicis quandoque meritò reprehẽdũtur. 31

2. Petr. 2. c

Num. 22. g

SEcuti sunt viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem verò habuit suæ vesaniæ subiugale mutum: quod hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam. Plærunque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, vt etiam hebetũ sensus paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, illorum detestentur insaniam: & illorũ distorta & deo contraria itinera sanius sapiendo redarguant. Et (quod peius est) nõnunquam multi catholicorum intãtum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, clerici à laicis meritò redarguantur: qui iure cõparantur prophetæ, qui verbis asinæ cõtra naturam loquentis corripitur: nec tamen à proposito praui itineris retardatur: quibus etiam apertissimè nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bosor nanque carneus, siue in tribulatione positus interpretatur. Neque enim alia magis causa luxurioso existit verbum veritatis amore pecuniæ, vel desideriorum temporalium adulterare, quàm quia carnis se concupiscentiis mancipauerunt. Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus siue præcipitans eos interpretatur: talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam spõte deserunt, quid nisi vanus populus sunt? Qui etiam in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria quæ corrigant, sed quæ illos delectant erronea prædicant: de quibus apertè subditur: Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum reseruatur.

Ibidem.

GRATIAN. Quia ergo non omnes episcopi sunt episcopi, presbyteri à “

Dan 13. e Daniele puero iudicantur. Sal infatuatum à porcis conculca- “

Matth. 10. b tur: & qui dicit, pax vobis, plærunque non colũba, sed coruus “
reputatur: patet quòd non semper pro officio vel auctoritate “
personæ ab accusatione est cessandum: imò contra prauos est “
agendum, cùm omnis persona criminaliter peccans alteretur: “

Ioan. 8. d & (vt ita dicam) capite minor legibus censeatur. Qui enim fa- “
cit peccatum, seruus est peccati, tam in pœna quàm in culpa. “

VNDE Augustinus ait.

Qui susceptum officium non administrat, non est episcopus: sed canis impudicus. 32

QVi nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta deterfit, nec filiorum crimen correxit: canis impudicus dicendus est, magis quàm episcopus.

Quibus

M.E.C.D. 2017

Quibus ergo Hieronymus, Augustinus, Gregorius auferūt nomen columbæ, episcopi, senioris: nónne & priuilegium est auferendum dignitatis, vt possint à subditis reprehendi? Vnde scriptura dissimulans priuilegium prauæ senectutis, ait: Maledictus non senior, sed puer centum annorum. Apparet ergo quòd hi ex accusatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere & lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed vita & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prælatorum suorum quàm infames. Item quod dicitur, maiorum quispiã minorum accusationibus non impetatur: minores intelligendi sunt non dignitate, sed vita.

GRATIAN.

Esa. 65. d

VNDE Hieronymus ait de Paulo super epist. ad Galat.

Hieron. ad cap. 2. epist. ad Gal.

Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet. 33

PAulus Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non imparem sciret.

Hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat.

GRAT.

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum.

Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit. 34

QVanquam secundum vocabula quæ vsus obtinuit, episcopatus sit presbyterio maior: Augustinus tamen Hieronymo minor est. IDEM lib. ij. de vnico baptismo.

Aug. cap. 1. lib. 2. de baptismo cõtra Donatist.

Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. 35

PVto quòd sine vlla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro Apostolo comparatur quantũ attinet ad martyrij coronam. cæterùm magis vereri debeo ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illũ apostolatus principatũ cuilibet episcopatui præferẽdum? Sed etsi distat cathedrarum gratia: vna tamẽ est martyrũ gloria. Item cùm Petrus à Paulo posteriore corrigatur, & pacis atq; vnitatis vinculo custodito ad martyriũ promouetur: quãto facilius & fortius quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatum est: vel vnius episcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendũ est? IDEM.

Ibidem paulo inferius.

Non in honore sed in veritate filius æquatur vel præponitur patri. 36

QVeritur pater de malo filio, queritur filius de duro patre: seruamus honorificentiam patri, quæ debetur à filio: Non æquamus filium patri in honore: sed pręponimus filium patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum. ITEM Ambrosius*.

Amb. serm. 66. de natali Petri & Pauli.

*In manuscri. quodam decretorum libro citatur hoc caput ex [illegible] Maximi epis.

Aequales fuerunt meritis (licet gradu differẽtes) Petrus & Paulus. 37

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos apostolos & speciali quadam prærogatiua præcellunt: verùm inter ipsos quis cui pręponatur, incertũ est. Puto enim illos æquales

M.E.C.D. 2017

esse meritis, qui æquales sunt passione: & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putamus quòd vna die passi sunt, vno loco, sub vno persecutore. Vna die, vt ad Christum pariter peruenirent. In vno loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrosque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria: persecutor decretus est pro virtute. Et in quo loco iidem tandem martyriū pertulerunt in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum: scilicet vt vbi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis, vt vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur.

GRAT. 5. pars. Item pœnitentes, digami, sacerdores accusare non possunt. " Vnde generaliter colligitur quòd quicunque sacerdotes non " sunt, vel esse sacerdotes non possunt, in sacerdotes accusatio- " nem vel testificationem proferre non possunt. "

Fab. pap. epist. 2. ad episcopos Orient. VNDE Fabianus ait.

Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non valent. 38

IPsi apostoli & eorum successores statuerunt vt sacerdotes domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis nec sunt, nec esse possunt. ITEM Damasus papa.

Epist. 3. ad Stephanū archiep. *Sacerdotes accusare vel in eos testificari non valent qui ad sacerdotium prohibentur eligi.* 39

TEstes absque vlla infamia aut suspicione vel manifesta macula, & veræ fidei plenitudine instructi esse debent, & tales quales ad sacerdotium eligi diuina iubet auctoritas. Quoniã (vt antiquorum tradit auctoritas) sacerdotes criminari non possunt, neque in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorem.

GRAT. In principio huius quæstionis. Sic & illud Syluestri intelligitur, Laicus non accuset clericum, &c. id est, qui in inferiori gradu constituti, ad superiorem " ascendere non possunt: in superioribus agentes accusare non " debent. Ecce ostensum est quid respondeatur auctoritatibus " & argumentis, quibus subditi ab accusatione prælatorum vi- " debantur repellendi. Nunc demonstrandũ est quibus rationi- " bus probentur recipiendi: & quid cõtrà respondeatur à prælatis. Christus qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus " ait: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierũt domus Israel, " &c. inter opprobria & verbera quæ ab eis patiebatur, ait: Si " malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c. Item, " quis ex vobis arguet me de peccato? At quicunque ad testifi- " candum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur: ad eun- " dem accusandum admitti possunt. Cùm ergo oues, vt aduer- " sus pastorem suum testimonium ferant, & vt ipsum (si pos- " sunt) reprehendant admittantur, patet quòd subditi possunt "

Matt. 15. Ioan. 18. Ioan. 8.

accusare

M.E.C.D. 2017

accusare prælatos suos. His ita respondetur: Christus quanuis esset pastor suarum ouium quas verbo & exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt aliis: vnde quidam prælati, quidam subditi vocantur) in populo suo pastorale officiũ non gerebat. mystica enim & visibili vnctione, nec in regem, nec in sacerdotem vnctus erat: quæ solæ personæ in populo illo prælaturæ nomen sibi vendicabant. Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prælatorum: sed tantum ostenditur quòd auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cùm officia ecclesiastica non habeãt, verbo tamen & exemplo quoscunque valent lucrari deo satagũt. Respondetur & aliter. Aliud est quod de rigore cogimur seruare disciplinæ: aliud quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus Iudæos ad se arguendum admisit perfectione humilitatis: non seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi: hac auctoritate criminosi & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi: cùm essent sceleratissimi, qui de nece Christi tractantes, innocentem damnare volebant. hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere subditos in accusatione sui: sed permittuntur si velint. Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps apostolorum erat. Vnde datur intelligi quòd subditi possunt reprehendere prælatos suos si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur si vnde sit reprehendendus aduertatur. Petrus cogebat gentes Iudaizare, & à veritate euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem est in se à fide exorbitare, & alios exemplo vel verbo à fide deiicere. ergo hoc exemplo non probantur prælati accusandi à subditis, nisi fortè à fide exorbitauerint vel alios exorbitare coegerint. Item. Cùm Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quòd ad gentilẽ diuertisset. Ecce quòd prælati iure possunt reprehendi à subditis. Sed huic oppositioni beatus Gregorius respondet dicens. *Galat. 2. c* *Epist. 39. li. 9. Theotistæ patriciæ.*

Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit. 40

PEtrus potestatem regni acceperat: & tamen idem apostolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ cur ad gentes intrasset, non ex potestate officij (qua posset dicere: Oues pastorem suum non accusent nec reprehendant) sed ex auctoritate diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant spiritum sanctum, respondit. *Matth. 16. c*

» Cùm ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed GRATIA.
» noluit: non ergo hoc exemplo prælati coguntur suscipere re-

M.E.C.D. 2017

prehenſionem ſubditorum. Ex hac etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Lodouico Auguſto dictum.

Imperiali iudicio apoſtolicus ſe emendare permittit, ſi quid erga ſubditos iniuſtè commiſerit. 41

NOs ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus: veſtro ac miſſorū veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus: certè non veritatis diſcipuli, ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magiſtri. inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc quæ diximus perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui deum per omnia timeant: & cuncta (quemadmodū ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant. & non tantum hæc ſola quæ ſuperius diximus, quærimus vt examuſſim exagitent: ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negocia: ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit quod ex eis indiſcuſſum vel indiffinitum remaneat.

GRATIA. 6. pars. Numer. 22. c

Item. Cùm Balaam ariolus iret ad maledicendum populū, « angelus domini aſinæ cui inſidebat, in via ſe oppoſuit: euagi- « natoq; gladio eam ab itinere compeſcuit: quam dum ille ver- « beribus affligeret, in vocem prorupit: & prophetæ veſaniam « redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute prophetæ « inſipientiam reprehendit: multo magis ſubditi poſſunt accu- « ſare prælatos ſuos. His ita reſpondetur. verum eſt quòd pera- « ſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaam prælati: non tamen « hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſub- « ditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis, ſi for- « tè eos ad malum cogere voluerint. Balaā nanq; aſinam vrgēs, « vt ad maledicendum populo dei eū veheret: ſignificat eos qui « verberibus & cruciatibus à ſubditis exigūt, vt eis in malo fau « tores & coadiutores exiſtant. ſed quia angelus, quilibet vide- « licet prædicator euaginato gladio, apertè ſcilicet prædicato ti « more & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ « illos reuocat: licet eis in huiuſmodi vocē cōqueſtionis prorū- « pere, & prælatis ſuis dicere: Cur nos verberibus affligitis? cur « nobis iniuſtè iraſcimini? nūquid vobis inobediētes aliquando « fuimus, niſi nūc cū ad malū cogimur? videte illū qui prohibet « ab incepto. Nō ergo hinc prælati probātur accuſandi à ſubdi- « tis. Item. Cùm Dauid adulterium & homicidium commiſiſ- « ſet: miſſus eſt à deo Nathā propheta vt eum redargueret. Ec- « ce quòd prælati ſunt arguendi & reprehendendi à ſubditis. Sed « notandum eſt quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mūdus iſte re- «

2. Reg. 12. c

gitur:

M.E.C.D. 2017

„ gitur:regalis videlicet,& ſacerdotalis . Sicut reges præſunt in
„ cauſis ſæculi:ita ſacerdotes in cauſis dei.Regum eſt corpora-
„ lem irrogare pœnam : ſacerdotũ ſpiritualem inferre vindictã. 2.Reg.6.d
„ Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus & propheris
„ præerat in cauſis ſæculi, tamen ſuberat eis in cauſa dei . Vnde
„ reges à prophetis & à ſacerdotibus vngebantur, & eorum ob-
„ latione peccata regũ expiabantur . Sicut ergo Ozias à domi- 2.Paral. 26.
„ no lepra percuſſus eſt,quia ſacerdotum officia vſurpare voluit:
„ ſic ſacerdotibus & prophetis regum vſurpare officia nõ licuit.
„ Nathan ergo propheta cùm regẽ redarguit,ſuum eſt executus
„ officium, in quo erat rege ſuperior : non vſurpauit regis offi-
„ cium,in quo erat rege inferior . monuit eum vt per pœniten-
„ tiam peccata ſua expiaret: non tulit in eum ſententiam , qua
„ tanquam adulter & homicida morti addiceretur.Sic & beatus
Ambroſius Theodoſium,& beatus Innocentius imperatorem
„ Arcadiũ excommunicauit , & ab eccleſiæ ingreſſu prohibuit.
„ Sicut enim non ſine ratione iudex gladium portat: ita non
„ ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes accipiunt. Ille portat gla
„ dium ad vindictam malefactorum,laudem verò bonorum:iſti
„ habent claues ad excluſionem excommunicandorum , & re=
„ conciliationem pœnitẽtium. Hoc ergo exemplo ſubditi pro-
„ bantur reprehendendi à prælatis,non prælati à ſubditis. Item.
„ Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices à populo Dan. 13.e
„ conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit:& conuictos damna-
„ uit.Conſtat ergo quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt
„ redarguere dignitatibus vel poteſtatibus ſublimatos. His ita
„ reſpondetur:miracula(& maximè vereris teſtamenti)ſunt ad-
„ miranda,non in exemplum noſtræ actionis trahenda . Multa
„ enim concedebantur tunc,quæ nunc penitus prohibẽtur. Tũc 1.Reg.15.e
„ enim Samuel Agag pinguiſſimũ regem Amalech in fruſta di
„ uidendo conſcidit:nunc nulli eccleſiaſticorum iudicum iudi-
„ cium ſanguinis agitare licet. Tunc Phinees Iudęum coeũtem Num.25.e
„ cum Madianita interfecit:& reputatum eſt ei ad iuſtitiam:ho
„ die ſacerdotibus huiuſmodi actus in perniciem ſui officij ver-
„ teretur. Exemplo ego Danielis non ſolũ accuſandi vel redar-
„ guendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in præla-
„ tos vendicarent, ſi illud in argumentum noſtræ actionis lice-
„ ret aſſumi,quod nulla vnquã auctoritate permittitur . Magis
„ ergo ex hoc facto datur intelligi,quòd in nouiſſimis tempori-
„ bus ſuſcitaret deus ſpiritum pueri iunioris, illius videlicet de
„ quo per propheram dicitur:Puer natus eſt nobis.& iterum:Ec Eſa.9.a
„ ce puer meus qui iudices iniquitatis , ſcribas ſcilicet & Phari- Ibidem 42.a
„ ſæos falſis criminibus Suſannam, id eſt eccleſiã accuſantes,&
„ reã adulterij pronunciantes, eo quòd Chriſtũ ſequeretur: con
„ uinceret & condemnaret. Item Hieroymus refert in libris vi-

M.E.C.D. 2017

rorum illustrium, quòd Damasus papa à subditis de adulterio accusatus, cum xlij. episcopis se purgauit. Item Symmachus papa in Romana synodo dignitate sua expoliatus, prius statui suo reddi decernitur, vt tunc veniret ad causam: & si ita rectè videretur accusantium propositionibus responderet. digna res visa est maximo numero sacerdotum, atque meretur effectū: & cùm postmodum ordinaretur quomodo esset accusandus: præfatus papa vt causam diceret occurrebat: sed ab æmulis est impeditus. ITEM Greg. ait de seipso.

Redarguendi se licentiam beatus Gregorius aliis præstat. 42

SI quis super his nos redarguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere cõtenderit: veniat ad sedem apostolicam, vt ibi ante confessionem beati Petri mecum iustè decertet: quatenus ibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam.

GRATIA. Ex his omnibus colligitur quòd subditi possunt reprehendere & accusare prælatos suos. Sed sicut de Christo dictum
Ioan. 18. d est, quando Iudæis dixit: Si malè locutus sum, &c. ita de istis intelligendum est quòd suo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi subditos in accusationem sui, sed non coegerunt. ITEM.

De eodem. 43

PAulus Deaclinæ ciuitatis episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis: conuincitur: deponitur: alius loco eius substituitur.

GRAT. Hoc an ex dispensatiõe accusati, an ex rigore iuris sit factū,
Greg. epist. 35. lib. 10. ex regesto Gregorij ad Ioannem episcopum cap. ccxvj. potest perpendi, vbi ait.

Paulus Deaclinæ ciuitatis episcopus subditorum accusatione conuictus deponitur. 44

LAtor Nemesion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Deaclinæ ciuitatis episcopus inter alia mala in corporali crimine lapsus à suis clericis accusatus atque conuictus, episcopali sententia depositus est: postea cum auxilio sæcularium veniens episcopatum more prædonis ingressus est: ablatisque rebus ecclesiæ dilectissimum Nemesion latorem præsentium sibi substitutum ab eo episcopatu proiecit, & ad summam iniuriam ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque vestra hæc omnia curet addiscere: & quæcunque ecclesiæ abstulit, omni mora vel excusatione cessante reddere compellat. Si verò nihil ecclesiæ, sed proprium se dixerit abstuliſſe, quanuis graue & iniquum fuerit vt non à vobis vel metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit: veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestræ debet examine constare si verum est. Sed & illud diligenter quærendum est, si quid malè de rebus dilapidauit ecclesiæ, vt ex eo quod nunc abstulit,

M.E.C.D. 2017

abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

„ Hoc edicto nõ in accusatores vel depositores vlciscitur, sed GRATIA.
„ in depositum vlterius prosequitur: vt si vltra ad episcopatum
„ aspirare tentauerit, omnibus modis repellatur, & ad agendam
„ pœnitentiam perennem in monasterium detrudatur. Quem
„ ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem omnibus modis
„ repellit, quem graui pœnitentiæ subiicit: patet non sua dispen
„ satione, sed canonum censura à subditis esse accusatum & con
„ uictum. Et vt iam non exemplis, sed legibus agamus: viden-
„ dum est quid Grego scribat Innocentio & reliquis episcopis
„ Sardiniæ ita dicens.

Quod subditi prælatos suos accusare possunt. 45

METropolitanum vestrum in aliquo postponere nõ præsumatis: excepto si (quod non optamus) contra eundem vos aliquid causæ habere contingat, vt ob hoc sedis apostolicæ iudicium petere debeatis.

ITEM vniuersis episcopis concilij [a]Nicasij.

Vitam prælatorum subditi nulla dissimulatione negligant. 46

SIcut (inquit) laudabile discretũq; est reuerentiam & honorem exhibere prioribus: ita rectitudinis & dei timoris est si qua in eis sunt quæ indigent correctione, nulla dissimulatione postponere: ne totũ (quod absit) corpus morbus inuadat, si languor nõ fuerit curatus in capite. Quædã enim de primate vestro Clemẽtio ad nos perlata sunt, quæ quoniã ita grauia sunt, vt transire indiscussa nullo modo debeãt: fraternitatẽ vestram hortamur vt cum omni solicitudine ac viuacitate mentis indagare multis modis debeatis illata: & si sunt vt audita sunt, vltione canonica resecẽtur. Admonemus autẽ vt nõ cuiusquam personæ gratia, non fauor, nõ quodlibet blandimentũ quemquam vestrũ ab his quæ nunciata sunt nobis, molliat, vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam veritatem vos propter deum accingite. Nam si quis in hoc piger aut negligens esse præsumpserit, dictis criminibus apud deum se noluerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi facinoris causas non mouetur.

Greg. epist. siue cap. 37. lib. 10. episcopis concilij Vizachij.

a Vizachii manusc.

„ Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi GRATIAN.
„ non oportere contendit: audiat quid Gelasius c. xxvij. dicat
„ omnibus clericis cuiuscunque ordinis ita scribens.

Gelas. pap. 1. episcopis per Lucaniam & Bruttiam cap. 30.

Clerici excessus sui episcopi auribus deferant Romani pontificis. 47

QVapropter nec clericorum quisquam apostolicæ offensæ se confidat futurum immunem, si in his quæ salubriter sequenda apostolica deprompsit auctoritas, siue episcopum, siue presbyterum siue diaconum viderit excedentem, & nõ protinus ad aures Romani põtificis deferre curauerit: pro-

M.E.C.D. 2017

bationibus duntaxat competenter exhibitis: ita vt transgressionis vltio fiat cæteris interdictio delinquendi. sin verò: modis omnibus erit vnusquisque pontificum ordinis & honoris sui clisor, si cui clericorum vel auditui totius ecclesiæ hæc putauerit supprimenda. IDEM. 48

SI quid in ecclesia damni, aut in his quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate prohibita, pontificem vestrum videritis admittere: mox nostris auribus relatione signate: vt quid fieri debeat, censeamus. ITEM ex conci. Chalce. ca. xx.

Clerici aut laici sine examinatione ad episcoporum accusationem non admittantur. 49

CLericos aut laicos passim accusantes, & sine probatione episcopos aut clericos ad accusationem non recipiendos decernimus: nisi prius discutiatur eorũ existimationis opinio.

Sixtus pa. 3. epi scopis orientalibus.

ITEM ex synodo Romana.

Quælibet persona episcopos aut alios accusans, monstranda documentis inferat. 50

SI quis episcopus aut diaconus aut quilibet clericus apud episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona accusati fuerint: quicunque fuerit vir ille, siue sublimis honoris, siue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit dicenda probationibus monstranda documentis se debere inferre. ITEM Damasus papa Stepha. archiepiscopo.

Epist. 3.

Sacerdotes non accusent qui ad eundem ordinem prouehi non possunt. 51

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt prouehi honorem. ITEM Iginus papa.

Epist. 1.

Nisi irreprehensibiles in maiorum accusatione non recipiantur. 52

CRiminationes maiorum natu per alios non fiant nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint se omni suspicione carere & inimicitia, & irreprehensibilem habere fidem, ac conuersationem ducere.

GRAT. Colligitur itaque ex his omnibus quòd subditi in accusa- «
tione prælatorum sunt admittendi. Nunc videndũ est an mo- «
Stepha. papa. 1. epis. 2. omnibus episcopis. nachi in accusatione episcoporum sint audiendi. Hadria- «
nus papa videtur eos ab accusatione remouere, ita dicens: «

Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt. 53

PLacuit eorum accusandi sacerdotes, & testificãdi in eos vocem obstruere, quos non humanis* vocibus tantum, sed & diuinis mortuos esse scimus: quia funestam vocem potius interdici, quàm audire oportet.

**al. ab humanis vocibus, sed diuinis, &c.*

GRATIA. Item in conc. Chalcedon. præcipitur vt ecclesiasticas actio- «
Pela. 2. episcopis Italiæ. nes monachi attrectare nõ præsumant. ITEM Pelag. papa. «

Monachi

M.E.C.D. 2017

Monachi in accusatione non sunt audiendi. 54

NVllus monachus talia vsquam arripiat: nec sæcularia aut ecclesiastica negocia perturbare præsumat: quia mortua est in talibus vox eorum.

» Sed aliud est quod ex præsumptione assumitur temeritatis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. monachi enim ex præsumptione episcopos accusare non possunt: ex charitate possunt. vnde & in canonibus præcipitur vt cubicularij episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi: vt de eius vita testimonium dicere possint. ITEM illud Eleutherij papæ omnibus generaliter dicitur. GRAT. 7. pars. Eleuthe. epi. ad Galliæ prouincias.

Consentire conuincitur qui cum possit, peruersis negligit obuiare. 55

NEgligere cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud quam ‖fauere‖. nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. ITEM Hiero. tam de se q̃ de aliis monachis in primo prologo[a] bibliæ scribit dicēs. ‖ *fouere* Hieron. ad Paulinum. a al. bibliothecę

Quantum ex vita merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat. 56

SAncta quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum ex vitæ merito ædificat ecclesiam Christi, tãtum nocet si destruentibus non resistat. ITEM Grego. Ex Greg. admonitione. 5. tertiæ partis pastoralis

Subditi vitia prælatorum reprehendere studeant. 57

ADmonendi sunt subditi ne plus quàm expedit sint subiecti: ne cum student plus quàm necesse est hominibus subijci, compellantur vitia eorum venerari. IDEM generali synodo præsidens dixit.

Clerici siue electi monachi sint cubicularij episcopi. 58

CVm pastoris vita in exemplum debeat esse discipulis: plerunq; clerici qualis in secreto sit vita tui pastoris, nesciũt: quã tamen sæculares pueri sciunt: de qua re præsenti decreto constituimus vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi in ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: vt is qui in loco regiminis est, tales habeat testes qui veram eius in secreto conuersationem videant, & ex sedula visione exẽplum profectus sumant. IDEM Virgilio episcopo Arelatensi. Vide Antoninũ in parte 2. historialis speculi. Epi. 49. lib. 9.

Prauos in sua societate episcopus habere non debet. 59

PErueniit ad nos, fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Serenũ Massiliẽsem prauos homines in societate sua habere: ita deniq; vt presbyterum quendam qui post lapsum carnis in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat, quod à vobis subtiliter est requirẽdum. Et si ita constiterit: curæ vobis sit nostra eum sic vice corrigere, vt & qui talẽ recipit, non familiaritate fouere, sed discat se potius vltione comprimere: & qui receptus est, discat lachrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis cumulare. ITEM Paschalis papa.

Viros

M.E.C.D. 2017

Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeant. 60

EPiſcopi lectioni & oratione vacent: & ſemper ſecum preſbyteros & diaconos aut alios boni teſtimonij clericos habeant: vt ſecundum apoſtolum & ſanctorum patrum inſtituta poſſint irreprehenſibiles inueniri.

GRATIAN. *Luc. 3. a*

Item Ioannes baptiſta cum duceret eremiticam vitam, ſcribas & phariſæos, ſacerdotes & leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. "

Item ex canonibus diffinitur: Illi ſacerdotes accuſare poſſunt qui ad eundem gradum conſcendere valent. Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant: patet quòd & ipſi ſacerdotes libere accuſare poſſunt.

QVAESTIO VIII.

ACCVSATIO AN DEBEAT FIERI IN SCRIPTIS.

Epi. 2. ad epiſcopos Galliæ.

DE accuſatione verò qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur. Ait enim Calixtus papa.

Accuſatio ſemper fiat in ſcriptis. 1

Titu 19. le. 25.

ACcuſatorum perſonæ nunquam recipiantur ſine ſcripto: nec abſente eo quem accuſare voluerint, quibuſlibet accuſare permittatur. Codice lib. iiij. titu. de probationibus. 2

SCiant cuncti accuſatores eam rẽ ſe debere inferre in publicam notionem, quæ munita ſit teſtibus idoneis, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem idoneis, vel indubitatis & luce clarioribus expedita.

Epi. 2. epiſcopis Siciliæ.

ITEM Euticianus papa.

Accuſatio ſemper debet fieri in ſcriptis. 3

QViſquis ille eſt qui crimen intendit, in iudicium veniat: nomen rei indicet: vinculum inſcriptionis arripiat: cuſtodiæ ſimilitudinem (habita tamen dignitatis æſtimatione) patiatur: nec impunitam ſibi nouerit licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. Qui vero ad ſortilegos magoſque concurrunt: nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.

Sixtus pa. 3. ad epiſ. Orientales cap. 4. Epiſt. 2.

ITEM Sixtus papa.

De eodem. 4

QVi crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum: & qui non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit, ipſe patiatur. SED Stephanus papa *certis epiſcopis* cõtra videtur ſcribere dicens.

De eodem. 5

Ex mag. Iuo p.

PEr ſcripta nullius accuſatio *accuſatoris* ſuſcipiatur: ſed propria voce (ſi legitima & condigna accuſatoris perſona fuerit) præſente videlicet eo quem accuſare deſiderat: quia nullus abſens accuſare poteſt, nec ab aliquo accuſari.

Sed

M.E.C.D. 2017

GRATIA.

Sed Calixtus papa præcepit vt accusator præsente eo quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce literas suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet ne absens aliquem per epistolam accusare audeat. Quæ vero sit forma accusationis, & quis modus concipiendorum libelorum, Paulus in digestis libro 1. de publicis iudiciis, titu. de accusationibus & inscriptionibus ostendit dicens.

2. pars. Dige. li. 48. ti. 2. de accusa. le. ge. 3.

Libellorum inscriptionis conceptio talis est. Cõsul & dies. Apud illum prætorem vel consulem Lucius Titius professus est se Mæuiam lege Lulia de adulteriis ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio in ciuitate illa, in domo illius, in mense illo, consulibus illis commisisse adulterium. Vtique enim & locus designandus est in quo adulterium commissum est: & persona cum qua admissum dicitur: & mensis: hoc enim lege Lulia publicorum iudiciorum cauetur, & generaliter præcipitur omnibus qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem neque horam inuitus comprehenderet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomẽ aboletur: & ex integro repetendi reum potestas fiet. Item subscribere debebit is qui dat libellũ, se professum esse: vel alius pro eo, si literas nesciat. sed si aliud aliquod crimen obiiciat, veluti quòd domum suam præbuit vt stuprum materfamiliàs pateretur: quòd adulterum deprehensum dimiserit: quòd precium pro comperto stupro acceperit: & si quid simile: id ipsum in libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliáve causa eum impedierit quo minus accusare possit, & si quid simile est, nomen rei aboletur postulante reo. Idque & lege Iulia de vi & senatusconsulto cautum est: ita vt liceat alij ex integro repetere reum: sed intra quod tempus, videbimus. Et vtique xxx. dies vtiles obseruãdi sunt.

Ibid. continuo.

CAVSA III.

QVidam episcopus à propria sede deiectus est, petit restitui: post restitutionem inducitur in causam, inducias postulat: tandem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus vxori: & duo infames & tres religiosi: accusatores testes de dõmo sua producunt: & alios sibi inimicos extra suam prouinciam: reus criminoso iudici offertur ab vno tantum audiendus & iudicandus. Tquidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt. cum multa capitula ei obiicerentur: in primo accusatores deficiunt, demum accusatio in accusatorem vertitur.

Hic

M.E.C.D. 2017

1 Hic primo quæritur,an reſtitutio danda ſit quibuſlibet expoliatis.

2 Secundo,de induciis an poſt reſtitutionẽ tantum,an etiam poſt vocationem ad cauſam quibuſlibet concedendæ ſint.

3 Tertio,quo ſpatio menſium vtrique ſint concedendæ.

4 Quarto, an infames & non legitime coniuncti ad accuſationem ſint admittendi.

5 Quinto,an teſtes de domo accuſatorum ſint producendi: vel inimicorum vox ſit audienda.

6 Sexto,an extra prouinciam reus ſit producendus.

7 Septimo,an ſit audienda eius ſententia,quem cum reo parinficit malitia.

8 Octauo,an ab vno tantum epiſcopus ſit audiendus vel iudicandus.

9 Nono,an accuſatores vel teſtes in abſentem vocem accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant.

10 Decimo, an deficientes in primo capitulo ſint admittendi ad ſequentia.

11 Vndecimo,an accuſato liceat accuſationem in accuſatorem vertere.

QVAESTIO I.

AN RESTITVTIO DANDA SIT QVIBVSLIBET EXPOLIATIS.

GRATIA. *Ad Felicẽ epiſcopum ſcribens.*

QVòd reſtitutio quibuſlibet danda ſit,multis auctoritatibus probatur. AIT enim Gaius papa.

Expoliatis vel eiectis omnia ſunt redintegranda. 1

EPiſcopis ſuis rebus expoliatis, vel à propriis ſedibus eiectis,omnia quæ eis ablata ſunt,legibus ſunt redintegranda:quia priuſquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obiici poteſt. ITEM Fabianus papa.

Epi. 2. *epiſcopis Orientalibus.* 2

De eodem.

EPiſcopi ſi à propriis ſedibus aut eccleſiis ſine auctoritate Roma.pont. expulſi fuerint:antequam ad ſynodum vocentur,proprius locus & ſua omnia eis redintegranda ſunt. nulla enim ratio permittit dum ad tempus eorum bona vel eccleſiæ atque res ab æmulis aut à quibuſcunque detinentur, vt aliquid illis obiici debeat:nec quicquam poteſt eis quilibet maiorum vel minorum obiicere,dum ſuis eccleſiis vel rebus vel poteſtaribus carent.

GRATIAN. Sed notandum eſt quòd reſtitutionis ſententia ſola non ſufficit,niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituantur, vt iectus vel ſpoliatus etiam naturalem poſſeſſionem recipiat,ſiue animo ſuo,& corpore alieno, veluti per procuratorem,

M.E.C.D. 2017

» rem, siue animo & corpore suo. cuncta quoque quæ sibi ab-
» lata sunt vel fuerant, quacunque conditione in eodem loco
» vnde surrepta fuerant, reuocanda sunt. VNDE Ioan. vr-
» bis Romæ episcopus scribit Zachariæ archiepiscopo. *Ioan. pa. epi. 1.*

De eodem. 3

REdintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione pontificum, & in eo loco vnde abscesserant, funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quascunque iniustas causas res ecclesię vel proprias, id est, suas substantias perdidisse noscuntur. ITEM Eusebius apostolo. *Epist. 2.* sedis episcopus omnibus episcopis.

De eodem. 4

REdintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis, &c. vsque, funditus reuocanda, eodem modo vt supra. *Alexãder epi. 2.*
ITEM Alexander papa.

Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequiis. 5

NVlli dubium est quia boni à malis semper persequuntur & tribulantur: propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam diabolus non cessat circumire quærens quem deuoret, *1. Pet. 5.* & quærere quos ex fidelibus perdat: & maximè illos quos ardentiores in seruitio saluatoris, eique familiares inuenerit. familiares dico eos quos sacrari, & in ordine apostolatus cõstitui Deus voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi *Osee. 4. b* peccata comedunt: quia suis precibus & oblationibus ea delent atque consumunt. & infra. Qui autem ex vestro fuerit collegio, & ab auxilio vestro se subtraxerit: magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce (inquit propheta) *Psalm. 132.* quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Illi verò non habitant in vnum, qui fratrum se solatio subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias aut laqueos ponunt, & infra. Dominum crucifigunt qui eum in sacerdotibus suis prosequuntur: quia crux à cruciatu dicitur. Magnum *Epist. 3. eiusdē.* verò cruciatum sustinet, qui vim patitur.

ITEM Fabianus papa.

Excommunicentur qui opprobrium & calumniam inferunt sacerdotibus. 6 *Epistо. 2. episcopis Orientalibus.*

DEus ergo, fratres, ad hoc præordinauit vos, & omnes qui summo sacerdotio fungũtur, vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, opprobriis & calamitatibus eorum locũ nõ præbeatis, sed ei qui calumniam vel opprobriũ patitur, adiutorium feratis. Illum verò qui calũniam vel opprobrium facit, abscin

datis,

M.E.C.D. 2017

datis,& domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis.

GRATIAN. PATET ergo quòd expoliati prius ſunt præſentialiter erſtituendi antequã ad cauſam ſint vocandi. Sed obijcitur. Vbi nõ fuit legitima inſtitutio, ibi non poteſt eſſe reſtitutio. Non enim probatur deſtitutus qui prius non fuit inſtitutus: ac per hoc nec reſtaurationem poſtulare poteſt. Illi ergo quorum electio vitioſa eſt, vel qui à clero non ſunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per ſimoniam irrepſerunt, non ſunt habendi inter epiſcopos: & ideo ſi à ſedibus quas tenere videbantur, expulſi fuerint: non poſſunt reſtitutionem petere antequam vocentur ad cauſam. Vnde ſupra in tractatu ordinandorũ. Si quis pecunia vel gratia humana ſeu populari vel militari tumultu, &c. Sed hoc in eo caſu intelligitur, quãdo apoſtolica ſedes per violentiam occupatur: quo caſu iudex non inuenitur, cuius officio ille apoſtaticus poſſit excludi. In alijs autẽ locum non habet cùm violẽta poſſeſſio niſi per iudicis ſentẽtiam violento detentori detrahi nõ poſſit. Si autem verus dominus bello non continuato, ſed renouato vi illum de poſſeſſione eiecerit: iudicis auctoritate prędoni poſſeſſionẽ reſtituet. Si ergo epiſcopi à ſedibus quas quoquo modo tenere videbantur, non per iudicem ſed violenter eiecti fuerint: poſt eiectionem reſtituendi ſunt ante regularem ad ſynodum vocationem.

QVAESTIO. II.

AN INDVCIAE POST RESTITVTIONEM TANTVM, AN ETIAM POST VOCATIONEM AD CAVSAM QVIBVSLIBET CONCEDENDAE SINT.

GRATIA. *Ioan. papa. 1. epiſt. 1. ad Zachariam archiepiſcopum.*

DE indicijs autem poſt reſtitutionem præſtandis, & quo ſpatio temporis concedendæ ſint, ſcribit Ioannes papa dicens.

Secundum tempus expoliationis conceduntur inducię reſtitutionis. 1

QVanto tempore expoliati vel expulſi eſſe videbãtur antequam ad ſynodum conuocentur, ſub eodẽ ſpatio tẽporis eis inducię indulgeantur. ITEM Pelagius papa.

Pelag. 2. epiſcopis Italię.

Dum poſſeßiones vel res epiſcopi detinentur, aliquid ſibi obĳci non poteſt. 2

CVm eccleſia alicuius epiſcopi, aut poſſeſſiones vel res ab eius æmulis vel à quibuſcunque aliis non ſua ſponte detinentur: aliquid illi nõ debet aut poteſt à quoquam ante redintegrationem omnium ſuarum rerum obijci. Sed prius illi legibus redintegranda ſunt omnia, & poſtea tempore à patribus præfinito negocia ſunt ventilanda.

ITEM Stephanus papa Girardo Laodicen.

Ante

M.E.C.D. 2017

Ante litem contestatam violenter ablata restituantur. 3

OPortet vt primum vos tam de inuasis ciuitatibus & monasteriis & mansis,quàm de reliquis generaliter rebus redinuestiri faciatis: quia nec nudi contendere,nec inermes inimicis nos debemus opponere. ITEM Euaristus papa. *Euaristus epi. 2*

Deiiciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulsorum adulterina fœditate inuaserunt.

AVdiuimus quosdam à vobis infamatos & dilaceratos episcopos à ciuitatibus propriis expulsos (quia alibi constituti epiſcopi nõ possunt, nisi in ciuitatibus non minimis) & alios ipsis viuentibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere: sed proprios reuocari, & integerrimè restitui debere. Illos verò qui adulterina fœditate suas spõsas (quas vxores eorũ præfixo tenore esse intelligimus) tenent: eiici,& adulteros atq; infames fieri,eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquã querelã habueritis,his peractis inquirendum erit: & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum. ITEM Gelasius papa.

Inducię sex mensium eiectis vel expoliatis præstentur. 5

EIectis vel expoliatis post integram restitutionem anniuersariæ inducię vel sex mensium indulgendæ sunt.

ITEM Eusebius. *Euseb. pa.epi.2*

Post restitutionem inducię præstandæ sunt. 6

PRius ergo oportet omnia legibus expoliatis redintegrari,& ecclesias quæ sibi sublatæ sunt,cũ omni priuilegio sibi restitui,& post modum non sub angusto tempore spatium eis indulgeatur,sed quantum expoliati vel expulsi videbãtur antequam ad synodum conuocentur. ITEM Felix papa. *Felix 2.cap. 8. decreti.*

De eodem. 7

TAmdiu in sede propria pacificè & potestatiuè cuncta acta disponens resideat, quandiu expulsus vel expoliatus suis carere visus est rebus. IDEM. *Felix pa.1. epi. 2.ad episcopos Galliæ.*

Ante restitutionem aliquis ad causam reuocari non debet. 8

SI episcopus suis fuerit aut ecclesiæ sibi commissę rebus expoliatus,aut(quod absit,quod alienum ab omnib⁹ esse debet fidelibus)à sede propria eiectus,aut etiã detẽtione aliqua à suis ouibus fuerit sequestratus: tunc canonicè antè in pristinum statũ restituatur cum omni priuilegio sui honoris,& sua omnia quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant,legibus redintegrentur. Non enim conuocari poterit vel præiudicari,nisi ipse pro sua necessitate minimè tamen iudicandus aduenire sponte elegerit. Nullatenus ergo à quoquam cogatur antequã integerrimè omnia quæ per suggestiones suorũ inimicorum amiserat,potestati eius ab honorabili cõcilio legali ordine redintegrentur. Præsul verò cũ omni honore sta-

M.É.C.D. 2017

tui priſtino reddatur,& ipſe diſpoſitis ,ordinatisque liberè ac ſecurè diu ſuis rebus tunc regulariter intra quatuor vel quinq; vel ſex aut ſeptem menſes,iuxta quod poſſibilitas ei fuerit,& non ante conuocatus,ad tempus in legitimo concilio & canonico conueniat ad cauſam,& ſi ita iuſtè videtur,accuſantiũ propoſitionibus reſpondeat.

2.pars. GRATIA. Quód ſi malè viuendo facultates eccleſiæ diſperſit epiſcopus,ab eius patrimonio quouſque de dilapidatione rerum ecclesiaſticarum cognoſcatur,ſubmouendus eſt:exemplo tutorum vel curatorum,qui dum fuerint ſuſpecti, à tutela vel curatione remouentur,donec de ſuſpecto cognoſcatur.

VNDE Pelagius papa Petro presbytero.

Ab adminiſtratione remoueantur,qui res eccleſiæ malè viuendo diſpergunt. 9

QVia ea quæ de fraudibus Maximiliani presbyteri flebili ad aures noſtras ſupplicum relatione venerunt, nõ facilè ſecundũ veritatem agnoſci potuerunt , niſi facultas eccleſiæ quã in vſus ſuos malè conuertẽdo diſperſit,ab eius poteſtate quã in vſus ſuos malè conuertẽdo diſperſit,ab eius poteſtate donec cauſa cognoſcatur,ſeponatur:idcirco nos eũ & à ſupra dictæ eccleſię patrimonio volumus interim ſubmouere,& in veſtro diſcuſſionis ipſius tempore moderamine detineri.

QVAESTIO. III.

QVO SPATIO MENSIVM INDVCIAE VTRISQVE SINT CONCEDENDAE.

GRATIAN. Felix 2.cap. 8. decreti. QVod verò poſt vocationem venienti ad iudiciũ inducię negandæ non ſint. IDEM Felix papa teſtatur dicens.

Venienti ad iudicium inducię non negentur. 1

CVm accuſatus ad iudicium venerit, ſi voluerit inducię ei petenti à patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur,& iudices à ſe electi ſibi tribuantur. ITEM ex

Idem ibidem. Cap.20. epiſtola Felicis papæ ij. fratribus Aegyptiorum.

Quot menſium inducię epiſcopis præſtandæ ſunt. 2

DE induciis verò epiſcoporum ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas conſtitutas inuenimus. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta,& ſuas præparãdas reſponſiones,& teſtes cõfirmandos,& cõcilia epiſcoporum atque amicorũ quærenda,annũ & ſex mẽſes,mandauerunt concedi,quidã autem annum:in quo plurimi cõcordant.minùs verò quàm ſex menſes non reperi:quia laicis hęc indulta ſunt:quanto magis domini ſacerdotibus:& infra. Inducię verò non ſub anguſto tempore,ſed ſub longo temporis ſpacio concedendæ ſunt:vt accuſati ſe præparare poſſint,vt vniuerſos communicatores in prouinciis poſitos conuenire, & teſtes

& teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter valeant armare. ITEM Eleutherius papa.

Eleuthe. ad prouincias Gallie.

De inducijs præſtandis. 3

INduciæ non modice dandæ ſunt ad inquirẽdum ne aliquid præpropere agi à quacunque parte videatur: quia per ſurrep tionem multa proueniunt. ITEM Damaſus.

Epiſt. 3. ad Stephanũ archiepiſcopum.

Palea. 4

[INduciæ accuſatis in criminalibus cauſis ſex menſium, vel eo amplius (ſi neceſſe fuerit) concedendæ ſunt.]

Incluſa deſunt in vet. manuſ.

GRATIAN. *Lib. 3. Co. tit.* II. *le.* I.

,, Spatium verò dilationum, ſicut in iij. lib. Codicis de dila-
,, tionibus inuenitur, hac ratione moderandum eſt, vt ſi ex ea
,, prouincia vbi lis agitur, vel inſtrumenta vel perſona poſcun-
,, tur: non amplius quàm tres menſes indulgeantur. Si verò ex
,, continentibus prouinciis, ſex menſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt.
,, In tranſmarina autem dilatione nouem menſes computari
,, oportebit. Iudicantes autem hac ratione non ſibi conceſſum
,, intelligant dandæ dilationis arbitriũ: ſed eãdem dilationẽ (ſi
,, rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ
,, inſtructionis exegerit) non facilè amplius quàm ſemel nec vl
,, la trahendi arte ſciant eſſe tribuendam. Ei autem dilatio pe-
,, nitus eſt denegenda, qui reſcriptum ad extraordinarium iudi-
,, cem deportauerit. Illi vero qui in iudicium vocatur, dãda eſt
,, ad probanda precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtru-
,, menta vel teſtes: quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui
,, præter ſpem ad alienum iudicium trahitur.

2. pars.

Lege. 2. eiuſdẽ.

,, Cum verò ad appellationẽ ſiue conſultationem à principe
,, reſcriptũ fuerit: ſiue ſit primo iudicio petita dilatio, nec tribu
,, ta, ſiue nec petita quidẽ: eam dare cuiquam non licebit eadem
,, ratione qua nec in iudiciis cognitionum imperialium dilatio
,, tribui ſolet. A iudice procedente dilationem poſtulari non
,, conuenit, etiam ſi vtraq; parte præſente tribuatur: cum non
,, alias niſi cauſa cognita indulgeri queat, & cognitio cauſæ nõ
,, interpellatiõe plenaria, ſed cõſidente magis iudice legitimè
,, colligatur: vt ſi fortè dilationis petitio improbata fuerit, ſu-
,, ſcepta quæſtio per ſententiã iudicis dirimatur. Conſtitutione
,, vij. in col. viij. Libellum verò nõ aliàs actor dirigat, niſi prius
,, etiã in ipſum quem dicit obnoxiũ, & in negocij executorem
,, exponat cautionẽ ſe vel intra duos menſes litem conteſtatu-
,, rum, vel omne dãnum ei qui conueniatur contingens reſtitu
,, turum in duplum. In col. vj. Offeratur ei qui vocatur in iudi-
,, cium libellus, & exinde præbitis ſportulis, data fideiuſſiõe xx.
,, dierum gaudeat induciis: in quibus deliberet an cedat, an con
,, tendat: atque alium petat iudici ſociari, vel eum recuſet: ni-
,, ſi ſit ille quem & ipſe iam alio recuſato petiit. Denique præ-
,, ſeus interrogetur an hoc tẽpus tranſierit: quod nõ modo ip-

Le. 4. eiuſdem.

M.E.C.D. 2017

fius reſponſione,ſed etiam libelli manifeſtetur ſubſcriptione: quam in initio facere debet.litis verò conteſtatio contra hoc indultum habita,pro nihilo eſt.Conſtitutione vj.in col. viij.

Quod fieri non debet niſi actor ſatiſdederit certam promittens quantitatem ſe daturum,ſi non exequatur,aut exequens non vincat cauſam.Si ergo poſt tẽpus præſtitutum intra decem dies reo præſente non occurrat, dimittatur reus exacto eo quod promiſſum eſt,& ſi quid circa litem plus impendiſſe cũ taxatione iudicis iurauerit. Exceptio fori dilatoria eſt, atq; ideo in initio litis debet opponi & probari. perẽptorias autem exceptiones, vt ſunt præſcriptiones longi temporis: ſufficit in initio litis conteſtari.

QVAESTIO IIII.

AN INFAMES ET NON LEGITIME CONIVNCTI AD ACCVSATIONEM SINT ADMITTENDI.

GRATIA. QVòd verò infames & nõ legitimè cõiuncti ad accuſationem admitti non debeant: & qui generaliter ab accuſatione remouendi ſint, multorum auctoritatibus claret. AIT enim Iginus papa.

Epiſto. 2.

Infames,eos qui ſunt bonæ famæ,accuſare non poſſunt. 1

ALieni erroris ſocietatem ſectantem,vel à ſui propoſiti tramite recedentem,aut apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus,nec impetere rectè credentes,vel ſanctorum patrum iuſſionibus obtemperantes permittimus:quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio. ITEM Anacletus papa in prima decretali.

Epi. 1. de oppreſſione epiſcoporũ.

Qui legem ſuam ſponte tranſgreditur,ante ſuam reuerſionem rectè agentes accuſare non poteſt. 2

BEatus prædeceſſor noſter Clemens vir apoſtolicus & ſpiritu Dei plenus,vnà cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit dicẽs:Accuſandi vel teſtificandi licẽtia denegetur his qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem,& ſuæ legis vel ſui propoſiti normam aut regulariter prohibita neglexerint. Tranſgreſſores enim ſpontè legis ſuæ,eiuſque violatores,apoſtatæ nominantur:omnis enim apoſtata refutãdus eſt [ante reuerſionem ſuam] [a] ‖nec‖ in accuſationẽ rectè agentium [aut teſtimonium] ſuſcipiendus eſt. ITEM Pius papa.

Incluſa deſunt in veteri. a non

Epiſto. 1.

A ſuo propoſito diſcedentes ſunt infames. 3

SI quis à vero propoſito retrorſum exorbitauerit, & iuſſa apoſtolicæ ſedis libẽter trãſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones,qui in recta fide ſuſpecti ſunt.Fides autem & conuerſatio primũ ſcrutanda eſt:& deinde qui irreprehenſibiles apparuerint,ſunt recipiendi,& non prius. ITEM Calixtus papa.

Epi. 2. ad epiſc. Galliæ.

Inceſtuoſi

Inceſtuoſi, & non legitimè coniuncti, ſacerdotes & legitimè coniunctos accuſare non poſſunt. 4

CONſanguineorum coniunctiones nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt: ſed ſunt repellendæ. Quiſquis ergo non legitimè coniunctos, vel abſque dotali titulo ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus: ſacerdotes vel legitimè coniunctos criminari, vel in eos teſtificari minimè poteſt: quoniã omnis inceſtus macula pollutus, infamis eſt: & accuſare ſupradictos nõ permittitur. Non ſolum ergo hi ſunt repellendi, & infames efficiuntur, ſed etiã omnes eis conſentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui ſeniores impetũt: fieri cenſemus. Hos enim leges ſeculi interficiunt: ſed nos miſericordia præeunte ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. IDEM.

Idem calitxus in eadẽ paulò ſuperius.

Qui non ſunt recipiendi in accuſatione. 5

CONſpiratores in nullius accuſatione ſunt recipiendi: nec eorum vel anathematizatorum vox vllium nocere aut lędere poteſt. ITEM Stephanus papa.

Stephanus epiſtol. 2.

De eodem. 6

NVllus anathematizatorum ſuſcipiatur: nec à quoquã credantur, quæ ab eis dicuntur vel conſcribuntur. Eos dico anathematizatos eſſe quos epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizauerunt, aut eorum ſtatuta anathematizant.

ITEM Fabianus papa.

Fabia. epiſ. 1. ad eccle. miniſtros.

Anathematizati, fideles accuſare non poſſunt. 7

OMnes quos ſanctorũ patrũ ſtatuta tã præteritis q̃ futuris tẽporibus anathematizant, ſubmouemus: & ab omniũ fidelium accuſatione alienamus. ITEM Stephanus papa.

Steph. 1. epi. 2.

Clericus qui epiſcopum accuſauerit, infamis efficitur. 8

CLericus verò qui epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi ſeruiturus.

ITEM Alexander papa.

Epiſto. 1.

Infames & exules fiant qui epiſcopos perſequuntur. 9

HI qui epiſcopos ſuos perſequuntur, & amouere nituntur iniuſtè contra apoſtolicam auctoritatẽ: etſi à morte prohibẽtur, dicẽte domino: Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat: perpetua tamẽ proculdubio notãtur infamia: & exilio digni iudicãtur finitimo: de quibus à tẽporibus apoſtolorũ & infrà tenemus atq; decreta habemus. Eorũ accuſandi epiſcopos vel teſtificãdi vocẽ obſtruimus, quos nõ humanis, ſed diuinis actibus mortuos ſcimus. ITEM Zepherinus pa.

Ezech. 18. g

Epi. 1. ad epiſcopos Sicilien.

Detractores, & inimicorum auctores, epiſcopos non accuſent. 10

DEtractores, qui diuina auctoritate eradicandi ſunt: & actores inimicorum ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione vel teſtimonio. ITEM Euthycianus papa primus.

Epi. 2. ad epiſcopos Sicilia.

M.E.C.D. 2017

Infamis vel ſacrilegus religioſum Chriſtianum accuſare non poteſt. 11

NVlli vnquam infami aut ſacrilego de quocunq; negocio liceat aduerſus religioſum Chriſtianum (quanuis humilis abiecta ſeruiliſq; perſona ſit) teſtimoniũ dicere: nec de qualibet ratione vel inſcriptione Chriſtianum impetere.

GRATIA. Notandum verò eſt quòd aliud ſit excommunicatio, & aliud anathematizatio. VNDE Ioannes papa viij. ſcribit cuidam epiſcopo.

Aliud eſt excommunicatio, aliud anathematizatio. 12

ENgeltrudam vxorem Boſonis noueris non ſolum excommunicatione, quæ à fraterna ſocietate ſeparat: ſed etiam anathemate, quod ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt eccleſia) recidit crebrò percuſſam eſſe.

GRAT. Vnde datur intelligi quòd anathematizati intelligẽdi ſunt non ſimpliciter à fraterna ſocietate, ſed etiam à corpore Chriſti (quod eſt eccleſia) omnino ſeparati.

QVAESTIO V.

AN TESTES DE DOMO ACCVSATORVM SINT PRODVCENDI, ET INIMICORVM VOX SIT AVDIENDA.

GRATIAN. QVod verò teſtes de domo accuſatorũ producẽdi non ſunt, & ꝙ vox inimicorũ non ſit audiẽda: multorum auctoritatibus probatur. AIT enim Calixtus papa.

Epi. 2. ad epiſcopos Galliæ. *Conſanguinei & familiares aduerſus extraneos teſtimoniũ non dicant.* 1

CONſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes: ſed ſi voluerint, & inuicem conſenſerint, inter ſe parentes teſtificentur, & non in alios. ITEM Anacletus papa.

Epiſto. 3. *Nuper inimici, accuſatores vel teſtes eſſe non poſſunt.* 2

ACcuſatores & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum diem, aut nudiuſtertius inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum & teſtium effectus quærendus eſt, ‖&‖ non ſuſpectus.

In actione quinta ſynodi Romanæ. ITEM Symmachus papa.

De eodem. 3

ACcuſatoribus verò inimicis, vel de inimici domo prodeũtibus vel qui cum inimicis morantur, aut ſuſpecti ſunt, non credatur: ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe vlciſci velint.

Si quis hæc quæ hodie in ſancta ſynodo prohibita ſunt infringere tentauerit, aut voluntariè tranſgredi præſumpſerit, ſi clericus eſt, gradu proprio penitus careat. ſi verò monachus aut laicus fuerit, cõmunione priuetur: & ſi non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas verò inſidias vel manifeſtas pontificibus à quibuſcunque illatas, vel ea quæ huius

ſanctæ

M.E.C.D. 2017

ſanctæ ſynodi ſentẽtia complectitur, ſi quis ad eccleſiaſticam pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi qui aduerſa eis moliuntur (ſicut à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali & apoſtolica auctoritate firmatum) penitus abiiciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuò tradantur. Item Pontianus ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus.

Epiſtola. 2. omnibus Chriſtianis.

Qui non poſſunt eſſe accuſatores vel teſtes. 4

SVſpectos aut inimicos, aut facilè litigantes, & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem: accuſatores eſſe & teſtes, anteceſſores apoſtolici prohibuerunt: & nos eorum auctoritate ſubmouemus, atq; temporibus futuris excludimus.

Epiſto. 1.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum.

Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſeculi nõ admittũt. 5

DE accuſationibus clericorum ſuper quibus mandaſtis, ſcitote à tempore apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatũ eſſe, accuſatores & accuſationes, quas exterarũ conſuetudinũ leges non aſciſcũt, à clericorum accuſatione ſubmotas, & infra. Idcirco & nos ſequentes patrũ veſtigia, pro ſaluatione ſeruorum dei quaſcunq; ad accuſationes perſonas leges publicę non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiã ſubmouemus: & nullæ accuſationes audiãtur à iudicibus eccleſiaſticis quæ à legibus ſæculi prohibentur. Itẽ Palagius papa.

Paulo inferius.

Pelag. 2. epiſcopis Italiæ.

Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt. 6

CAnonica ſanctorum patrum ſtatuta ſequentes, atque roborantes: omnes infames, cunctosq; ſuſpectos vel inimicos, & eos qui non ſunt eorũ gentis, vel quorũ fides & vita, aut libertas neſcitur, & qui non ſunt bonæ cõuerſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione epiſcoporũ funditus ſubmouemus. Similiter & omnes quos diuinæ leges mortuos appellant, ſubmouẽdos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos iudicamus. Item ex ſynodo Romana habita ſub Hadriano papa.

Et Damaſi epi. 3. ad Stepha.

A clericis repelluntur accuſationes, quas leges ſeculi non aſciſcunt. 7

ACcuſationes & accuſatores atque eorum negocia, quæ ſeculares non aſciſcunt leges: diuina ac ſynodica funditus à clericis repellere auctoritare cenſemus: quia indignum eſt ſuperiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt. Item Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus omnibus epiſcopis.

Stepha. 1. epiſt. 2. de accuſationibus ſacerdotũ.

Nec ſeruus, nec libertus, nec infamis epiſcopos accuſare præſumant. 8

ACcuſatores & accuſationes quas leges ſeculi non admittunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. nullus alienigena aut accuſator fiat eorũ aut iudex. Vn

M.E.C.D. 2017

Gen.19.b Vnde & de Loth ſcriptū eſt. Ingreſſus es vt aduena: nūquid vt iudices? Accuſator aūt noſtrorū nullus ſit ſeruus aut libertus, nullaq; ſuſpecta aut infamis perſona. ITEM Euſebius papa

Epi.3 ad epiſcopos Tuſciæ.

Infames qui ad ſortilegos & diuinos concurrunt, nec accuſatores nec teſtes eſſe poſſunt. 9

CONſtituimus cū omnibus qui nobiſcum ſunt epiſcopis, vt homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, periuri, & qui raptū fecerunt, vel qui falſum teſtimoniū dixerūt, ſeu qui ad ſortilegos, diuinoſq́ue concurrunt, ſimiléſq́; eorum nullatenus ad accuſationem vel ad teſtimonium ſint admittendi: quia infames ſunt, & iuſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum.

In decretis cap.33. ITEM Iulius papa.

Suſpecti aut gratioſi ad accuſationem non admittantur. 10

SImiliter in præfixa ſynodo eſt decretum ne ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi, aut calumniatores vel affines, vel ſcelerati, aut facilè litigantes ſuſcipiantur accuſatores: ſed tales qui omni vitio careant & ſuſpicione.

Felix 2.ea.14. decreti ſui. ITEM Felix papa.

Qui inimicitiis ſtudet, vel facilè litigat, nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt. 11

NVllus ſeruus, nullus libertus, nullus infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis ſtudet, nullus frequenter litigans, & ad accuſandum vel detrahendum facilis, nulla infamis perſona, vel omnes quos ad accuſandum publica crimina leges publicæ non admittūt: permittantur epiſcopos accuſare. ITEM Calixtus papa.

Familiares, ſuſpecti, de domo prodeũtes non recipiantur in accuſatiõe. 12

ACcuſatores vel teſtes ſuſpecti nõ recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes: nec etiã conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniū dicant: quia propinquitatis & familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet. Amor carnalis & timor atque auaritia plærunq; ſenſus hebetant humanos: & peruertunt opiniones: vt quæſtū pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ.

Pelagius 2. epi. 1. decretali. ITEM Gelaſius papa.

Qui inimici vel ſuſpecti ſunt, & qui odio quoſlibet inſequuntur, ab accuſatione remoueantur. 13

OMnes qui aduerſus patres armantur, vt patrum inuaſores: infames eſſe cenſemus. horum ergo vitiorū auctores vel patratores non ſunt in accuſationem pontificum recipiendi: ſed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrum vt accuſatio vel teſtimonium eorum qui odio quoſlibet perſequuntur, vel qui inimici aut ſuſpecti habẽtur, nullo modo recipiantur. ITEM Paſchalis papa.

De

M.E.C.D. 2017

De eodem. *Palea* 14

NVlli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos antequam ab eis impeteretur, à sua communi familiaritate neglexerit separare.

» Quòd verò inimici ab hac accusatione prohibeantur, inde GRATIAN.
» est, quia eorũ calliditate innocẽtia frequẽter opprimi solet. Sed
» cùm Anastasius suæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimi-
» cita sui patriarchæ cõquestus est, patet ꝙ etsi manifesta crimi-
» na alicuius sunt, nõ tamẽ condẽnãdus est accusatione inimici.

VNDE Nicolaus papa scribit Michaeli imperatori. *Nicol.* I.

Qui inimici sunt, iudices esse non possunt. 15

QVòd suspecti & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat: & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum cõmiserit quem lædere fortè voluerit? Quòd prouidè Constantinopolitana synodus canonum suorum sexto dinoscitur prohibere capitulo. Veniamus & ad sanctam Chalcedonensem synodum: & quid nobis de ipso Anastasio Parrhenorum referat episcopo, audiamus. Is enim antistes tertio etiocatus: quia non occurrit, à suo patriarcha canonicè condemnatus extiterat: sed solum quia cùm vocaretur ad synodũ, quòd inimicus esset eius ipse qui iudicabat clamauit, à sancta Chalcedonensi synodo ad causas illatas sibi examinãdas reseruatur: & nisi denuo cõuinceretur, recipere propriam iudicatur ecclesiam. Si Anastasius à patriarcha suo depositus: quia de inimicitia eius conquestus est: iterato ad iudicium reuócãdum dirigitur: etsi manifesta sibi officiãt crimina, tamen suæ ecclesiæ reddi præcipitur: quãto magis Ignatius: qui non à patriarcha, sed potius ipse existens patriarcha minimè debuit ecclesia propria priuari, & inimicis & suspectis iudicibus decernentibus expoliari? Veniat & facũdissimus noster pater papa Gelasius hęreticorũ expugnator fortissimus: & quid de Cõstantinopolitanis episcopis more solito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. Quæro (inquit) ab eis iudicium quod prætendũt, vbínam possit agitari? an apud ipsos, vt iidem inimici sint & testes & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negocia. Quòd si in iudicio vbi iidẽ sunt inimici qui iudices, nec humana cõmitti debẽt negocia: quãto minus diuina, id est ecclesiastica, qui sapiẽs est intelligat. Et reuera hinc Iustinianus imperator pius legibus suis promulgasse dinoscitur dicens: Liceat ei qui suspectum sibi iudicem putat, antequam lis inchoetur eum recusare, vt ad alium recurratur. Nam quodãmodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicium velle refugere. Hinc sanctus Ioannes os aureũ concilij contra se congregati renuit intrare collegiũ.

M.E.C.D. 2017

GRAT. Patet ergo quòd etsi manifesta sint crimina alicuius, tamen accusatione inimici condemnandus non est.

QVAESTIO VI.

AN EXTRA PROVINCIAM REVS SIT PRODVCENDVS.

GRAT. Epist. 3. EXtra prouinciam autem reus nullatenus est producẽdus. VNDE Fabianus papa scribit Hilario episcopo.

Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. 1

IBi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. & qui non probauerit quod obiecit: pœnam quam intulerit, ipse patiatur. ITEM.

Idem Fab. superius paulo in eadem.

Accusatus non nisi in foro suo audiatur. 2

SI quis episcoporum super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur qui sunt in prouincia sua episcopis, quia non oportet accusatum alibi quàm in foro suo audiri.

GRATIA. Exceptio autem fori dilatoria est: atq; ideo in initio litis debet opponi & probari. peremptorias autem exceptiones, vt sunt præscriptiones longi temporis: sufficit in initio litis contestari. ITEM.

Idem Fab. in eadem epist. 3.

De eodem. 3

PVlsatus ante suum iudicem causam dicat. ante non suum iudicem pulsatus (si voluerit) taceat. pulsatis verò quotiens appellauerint, inducię dentur.

GRATIANA. Hoc autem quod de loco dictũ est, tunc intelligendum est, cùm veritas causæ non nisi in loco admissi criminis deprehẽdi potest: aut nisi altera pars iudiciũ maioris personæ interpellauerit, siue declinando iudiciũ, siue releuando sententiam. Epist. 2. Vnde Stephanus sanctæ & apostolicæ atque vniuersalis ecclesiæ Romanæ episcopus scribit omnibus episcopis.

Intra prouinciam & à comprouincialibus tantum causa est audienda. 4

VLtra prouinciarum terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur: nisi tantum ad apostolicã sedem fuerit appellatum. ITEM Sixtus papa.

Epist. 1. ad Graecum episcopum.

A comprouincialibus accusatus vel iudicatus, apostolicam sedem appellet. 5

ACcusatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, & adeat apostolicæ sedis põtificem, qui aut per se, aut per vicarios suos retractare eius negocium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suã agit, alius in eius loco non ponatur aut ordinetur episcopus: quoniam quanquam comprouincialibus episcopis accusati, causam episcopi liceat scrutari: non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum est.

Epist. 3. ITEEM Damasus papa Stephano archiepiscopo.

De

M.E.C.D. 2017

De eodem. 6

DIscutere episcopos, & summas causas ecclesiasticorū negociorum, Metropolitano vnà cum omnibus comprouincialibus suis, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorū concorditer negociis conueniant: licet. Sed diffinire eorū atq; ecclesiarum summas quærelas causarum, vel damnare episcopos absq; huius sedis auctoritate minimè licet: quoniā omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.

a extat in manuscrip. sed notatur vt palea.

ITEM Eleutherius papa. *Ad Gallie prouincias scribens.*

Comprouinciales & Metropolitani episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt. 7

QVanuis liceat apud comprouinciales & Metropolitanos atque primates episcoporum ventilare accusationes vel criminationes: non tamen licet diffinire sine huius sanctæ sedis auctoritate, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est: nec in eorum ecclesiis alij aut præponantur, aut ordinētur, antequam hic eorum iustè terminentur negocia. Reliquorum vero clericorū causas apud cōprouinciales, & Metropolitanos, & primates, & ventilare, & iustè finire licet.

ITEM Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio episcopo Thessalonicensi. *Leo papa. 1. epist. 82. ad Anastasiū episcopum.*

Ante apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiua ferenda sententia. 8

MVltum stupeo frater charissime, sed & plurimum doleo, quòd in eū de quo nihil amplius iudicaueris quàm quòd euocatus adesse differret, vt excusationē infirmitatis ostenderet, tam atrociter & tam vehementer potueris cōmoueri, præsertim cùm etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberemus. Sed etsi quid graue intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura: vt nihil ipse prius decernere, quàm quid nobis placeret agnoscęres. vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde sicut multum nos ea quę à te piè sunt curata, lætificant: ita nimium ea quæ perperam sunt gesta, contristant:

ITEM papa Orientalibus episcopis. *Iulius 1. epi. 1.*

Præter conscientiam Romani pontificis nec concilia celebrari, nec episcopum damnari oportet. 9

DVdum à sanctis apostolis successoribusque eorum in antiquis decretum est statutis, quæ hactenus sancta & vniuersalis apostolica tenet ecclesia, non oportere præter conscientiā Romani pontificis concilia celebrari, vel episcopū damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerūt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus

M.E.C.D. 2017

mus fuit omnium apoſtolorum, ita & eccleſia ſuo nomine cõ ſecrata (domino inſtituente) prima ſit & caput cæterarum: & ad eam quaſi ad matrem atque apicem omnes maiores eccleſiæ, cauſæ & iudicia epiſcoporum recurrant, & iuxta eius ſententiam terminum ſumant, nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem.

2. pars. GRATIAN.

Aliquando inconſulto Romano pontifice plærique epiſcoporum damnati inueniuntur, & alii in eorum locum ſubrogati, quorum damnationem & ſubrogationem pro bono pacis ex diſpenſatione toleraſſe legitur eccleſia.

Nicol. I. *regi vltimo.

VNDE Nicolaus papa *Salamoni regi Britonum.

Quorundam epiſcoporum depoſitionem contra conſcientiam Romani pontificis factam, pro pace toleranit eccleſia. 10

HAec quippe eſt ordinatio dei patris tui, & hæc eſt lex eccleſiæ matris tuæ, videlicet vt omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepiſcopum mittere nõ detractes: ipſiuſque iudicium poſtulare non dedigneris. ipſe enim eſt metropolitanus: & omes epiſcopi tui regni ſuffraganei eius ſunt: ſicut cõſcriptiones prædeceſſorum meorũ euidenter oſtendũt: qui prædeceſſores tuos, quia illos ab ipſius cura ſubſtraxerant, forti inuectione corripere ſtuduerũt, quãuis nec noſtra ſcripta ſuper hac re miſſa deeſſe videantur. Cumq; coram deſignato Turonicæ eccleſiæ præſule & integro numero collegarum, id eſt duodecim epiſcoporum celebrato conuentu fuerint eiecti epiſcopi regulariter examinati, apparueritq; ꝙ canonicè fuerint eiecti: epiſcopis ipſis in ſua deiectione manentibus, qui in locis eorum conſecrati ſunt, potuerunt vtique epiſcopatus honore potiri. Quòd ſi epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati: his amotis qui illis ſubrograti ſunt, eccleſias ſuas ipſi recipiãt. Nam cùm anteceſſores mei præſules eiectionem eorũ epiſcoporum qui ab eccleſiis ſuis ſunt expulſi, nec admiſerunt, nec approbauerunt, nec ipſos qui eis ſubrogari poſſunt viuẽtibus illis legitimos epiſcopos dixerũt. Sanè ſi ad Turonenſem fortè archiepiſcopum mittere præfatos epiſcopos dedignaris; ſtudeas duos epiſcopos de expulſis, & duos de ſubrogatis vnà cũ eccleſiæ tuæ legato ad poſtolicã beati Petri ſedem tranſmittere: vbi digna examinatione pręmiſſa qui legitimi epiſcopi ſunt appareant, & ſuas eccleſias irregulariter non amittant. Nihil enim quæro aliud in præſenti negocio diffinire. Quia verò magna quis ſit metropolitanus, apud Britannos contentio eſt: licet nullius memoria teneat vos in veſtra regione vllã habuiſſe metropolitanam eccleſiam: tamẽ (ſi libet) poſtquã deus omnipotens pacẽ inter vos & dilectum filiũ noſtrum Carolum regẽ glorioſum conſtituerit, facilè hoc poteritis aduertere. Quòd ſi adeò contentioſius creditis agere, ad noſtrum apoſtolatum deſtina-

quidam intelligunt Carolum [illegible] & imperatorem Francorum.

M.E.C.D. 2017

destinare contendite: quatenus nostro libramine quæ fuerit apud vos antiquitus archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recisa quem sequi episcopi vestri debeant, incunctanter agnoscant. Neque enim ecclesias dei per discordias regum diuisionis aliqua pati damna necesse est. cùm (quantum ex se est) pacẽ quam prædicant, seruare studeant inuicem, & in omnes. Aliàs autem irrita erit episcoporum sententia, & à synodo retractanda. 3. pars.

VNDE Fœlix papa.

Damnatio iniusta irrita est, & in synodo retractanda. 11 *Fœlix 1. epist. 1. ad Paternũ.*

IRritam esse episcoporum damnationem & iniustam censemus, & idcirco à synodo retractandam: ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis.

» Quòd autem metropolitanum suum contemnere, & alio- GRATIA.
» rum iudicium alicui expetere non liceat: Sixtus papa testatur *Sixtus 3. epist. ad Orientales*
» dicens.

Peregrina iudicia in omnibus sunt submouenda. 12 *episcopos.*

PEregrina iudicia (salua in omnibus auctoritate apostolica) generali sanctione prohibemus: quia indignum est vt ab extraneis iudicentur, qui comprouinciaels & à se electos debent habere iudices: nisi fuerit appellatum.

ITEM Anacletus papa. *Epist. 1.*

LEges ecclesiæ apostolica firmamus auctoritate & peregrina submouemus iudicia. Vnde & dominus mentionem faciens de Loth per Moysen loquitur dicens: Ingressus es quidem (inquit) vt aduena: nunquid vt iudices? *Genes. 19.*

ITEM Innocentius papa. *Innocen. 1. epist. 2. ad Victorem episcopum Rothomagen.*

Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere. 13

NOn liceat cuiquam (sine præiudicio tamen Romanæ ecclesiæ: cui in omnibus causis reuerentia & auctoritas debetur) relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias: vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere vel pati. quòd si quis præsumpserit: ab officio cleri submotus, & iniuriæ reus ab omnibus iudicetur.

» Reuerentia autem quæ apostolicæ debetur ecclesiæ, & eius GRAT.
» auctoritas: intelligenda est cùm vel ad ipsam appellatum fue-
» rit: vel ab ea iudices electi cõceduntur. Vnde Sixtus papa cùm
» diceret, Cõprouinciales, & à se electos debent habere iudices:
» statim subiũgit, Nisi fuerit appellatũ. ITEM Anael. papa. *Epist. 1.*

Absq; Apostolicæ sedis decreto extraneos iudices adire nõ possumus. 14

VNaquæque prouincia tam iuxta ecclesiasticas, quàm iuxta seculi leges debet suos iustos & non iniquos habere iudices, & non extraneos: nisi huius apostolicæ sedis decreuerit auctoritas. ITEM ex synodo Romana.

Super

M.E.C.D. 2017

Super appellatione alterius prouinciæ iudices adire non oportet. 15

NEminẽ exire de prouincia ad prouinciam, vel de comitatu ad comitatũ oportet, niſi ad relationẽ iudicis: ita vt actor rei forũ ſequatur. & infrà. Illa quæ ſunt per vnãquanque prouinciã, ipſius prouinciæ ſynodus diſpẽſet: ſicut in Nicęno conſtat eſſe decretum concilio. Vltra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur: *niſi prælatus ſit qui accuſatur. ITEM Sixtus.

**al. niſi ad ſedẽ apoſtolicam fuerit appellatum. Eleut. pap. epiſt. ad Galliæ prouincias.*

De eodem. 16

SI quis clericus ſuper quibuſlibet criminibus accuſatus fuerit: in prouincia in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones: nec exiſtimet eum accuſator ſuus alibi aut longius ad iudicium protrahendum.

ITEM ex decreto Hadriani papæ.

Fabian. epiſt. 3. ad Hilarium epiſcopum.

Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur. 17

QVi crimen obiicit: ſciat ſe probaturum. Reuera ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur.

QVAESTIO VII.

AN SIT AVDIENDA EIVS SENTENTIA, QVEM CVM REO PAR INFICIT MALITIA.

GRATIAN.

Felix pap. 1. epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

QVòd iudex eſſe non poſſit quem cum reo par aut maior macula inficit, multis auctoritatibus probatur. Dicit enim ſancta Romana ſynodus. "

Infames, iudices eſſe non poſſunt. 1

INfamis perſona nec procurator eſſe poteſt, nec cognitor.

GRAT. ff. de iudiciis. l. cum prætor. & l. ſi furioſus.

Tria ſunt quibus aliqui impediuntur vt iudices non fiãt. Natura, vt ſurdus & mutus: & qui perpetuo furioſus eſt: & impubes, quia iudicio caret. Lege, qui à ſenatu amotus eſt. Moribus, fœminæ & ſerui: non quia non habeãt iudiciũ: ſed quia receptũ eſt vt ciuilibus non fungãtur officiis. Vetuntamen ſi ſeruus dũ putaretur liber, ex delegatione ſentẽtiam daret: quãuis poſtea in ſeruitutẽ depulſus ſit: ſentẽtia ab eo dicta, rei iudicatę firmitatẽ tenet. ITEM in digeſt. tit. de poſtulando. 2

Lib. 3. tit. 1.

INfames non poſſunt eſſe procuratores vel patroni cauſarũ. Sunt autem tres ordines eorũ qui poſtulare prohibẽtur. Eſt autem poſtulare deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eũ qui iuriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſiderio cõtradicere. Nam (vt præmiſimus) non poſtulãtium tres ordines ſunt. Quidam prohibentur omnino poſtulare, vel propter ętatem, vt minores xvij. annis: vel propter caſum, vt ſurdus qui prorſus non audit. Alij prohibentur ne pro aliis poſtulent, vel propter ſexum, vt fœminæ: vel propter caſum, vt vtroq; lumine orbati: vel proter notã infamiæ turpitudinis, vt hi qui corpore ſuo muliebria paſſi ſunt: niſi fortè vi prædonum vel hoſtium

M.E.C.D. 2017

stiũ stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine vel calũniæ causa publici iudicij sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt vt cũ bestiis depugnarent in arena: pro aliis postulare prohibẽtur. His personis pro se allegare permittitur: pro aliis postulare prohibetur: nisi fortè tutelã impuberũ vel curam adolescentiũ non affectatã, sed necessariã administrẽt. pro his enim quorũ curam gerũt, eis postulare conceditur. Alij enim omnes qui vt infames notantur, nisi pro se & pro certis personis postulare nõ possunt: nisi in integrũ restitutionẽ acceperint. Permittitur autem eis postulare pro parente, pro patrono & patrona, pro liberis etiam suis: & parentibus patroni & patronæ: pro liberis etiam suis: fratribus & sororibus, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, surdo, prodigo, & adolescente. Itẽ. Pro his quibus propter infirmitatẽ curatores dari solent: vt qui negociis suis aliquo perpetuo morbo supereſſe non possunt. Omnes autẽ qui non sponte, sed necessario funguntur officio: sine offensa postulare possunt, etiam si hi sunt quibus non nisi pro se postulare permittitur. Affinitates verò non eas accipere debemus quæ quondã fuerũt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, etiam vltẽriores quibus præpositio, pro, solet accedere, continentur. *Leg. 4. eiusdem.* *Leg. 6. eiusdem.* *Leg. 3. eiusdem.*

GRATIA. 2. *pars.* *Tit. 6. leg. 5.*

» Arcentur etiã à professione aduocatorũ (sicut in 2. libro Co
» dicis tit. de postulando inuenitur) qui sub nomine honorario-
» rum ex ipsis negociis quæ tuenda susceperint, emolumentum
» sibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatio-
» ne poscentes inueniuntur. Item. Si quis adeò procax fuerit, vt
» non ratione: sed probris putet esse certandum: opinionis suæ
» imminutionem patietur. Præterea non licet aduocato vllũ cõ
» tractum inire, vllam pactionẽ conferre cum eo litigatore quẽ
» in propriã recepit fidẽ: nec ex industria iurgium protrahere.
» Apud vrbem Romam etiam honoratis qui hoc officiũ pu-
» tauerint eligẽdum: eousque liceat orare, quousque maluerint:
» videlicet vt non ad turpe cõpendium stipemq; deformemem*
» hæc accipiatur occasio. Nam si lucro pecuniaque capiãtur: ve-
» luti degeneres inter viliſſimos numerabuntur. Si verò in vno
» auditorio duo tantum vel plures præ cæteris fuerint, quorum
» fama sit hilarior: in iudicãtis officio sit, vt par causidicorum di-
» stributio fiat, & exequetur pro partibus auxilium singulorum.
» Si quis verò commonitus à iudice, ea excusatione quæ ne-
» queat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegauerit:
» careat foro. sciat etiam nũquam sibi agendi copiam posse re-
» stitui. Siquis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim
» tractasse cũ pluribus, & aduersario suo subtraxisse parẽ defen-
» sionis copiam: ostendet proculdubio iniquam à se litem fo-

**al. vel etiam stipendium deforme.*

ueri,

M.E.C.D. 2017

ueri, & auctoritatem iudiciariam à se delusam experietur. Itẽ. "
Ex lib. 3. digest. tit. 1. de postulando. lege 10. & 11. Quamuis illi qui causam fisci egissent, prohibeantur aduersus " fiscum patrocinium præstare: tamen hodie etiam aduersus fis- " cum patrocinium possunt exhibere priuatis etiam dũ eam cau " sam declinent suscipere quam tractauerant dum fisci aduocati " fuerunt. Item. Si contra patrẽ pupilli causam egisti: tutor vel " curator datus eandem causam defendere non prohiberis. Co- " gnitores verò ex officio intelliguntur, non ex arbitrio. Nihil " enim refert, is qui arbitrium suscipit, an sit integræ famæ, an " ignominiosus. Filius etiam in re patris arbiter esse potest. Nã " & iudicem eum esse posse plerisque placet. Si quis verò iudex " sit, arbitriũ recipere eius rei de qua iudex est, & in se cõpromit- " ti iubere prohibetur: & si sententiã dixerit, non est danda pœ- " næ persecutio. Seruus arbiter esse nõ valet: libertinus potest. "

Ex lib. 2. Codi. tit. 11. de causis ex quibus infamia irrogatur. Porro infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim cõ- " trahitur genere delicti declarati per sententiam; veluti cùm iu- " dex pronunciat. Iniuriam feciſti, hæreditatem expilasti, calũ- " niatus es. Aliquando genere pœnæ: sicut illi qui damnãtur in " opus publicum, qui pristinum quidem statum obtineant: sed " damno infamiæ etiam post impletum tempus subiiciũtur. A- " liquando genere pœnæ & delicti declarati per sententiam: ve- " luti dum fustibus cæso per prçconem dicitur, συκοφαντεῖς, id est, " calumniaris. Aliquãdo ipso genere facti: vt exercentes impro- " bum fœnus, & illicitè exigentes vsuras vsurarũ: & mulier quæ " intra tempus quo moris est lugere maritum, contrahit matri- " monium: & qui sciens eam vxorem duxerit. Idem testatur Fœ " lix papa, & eisdem verbis. Item. In euangelio ille qui trabẽ ge " stat in oculo: probatur non posse educere festucã de oculo fra- " tris sui. Item. Dauid in lib. psal. Peccatori aũt dixit deus: quare " tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum? &c. " Item. Gregorius: Cuius vita despicitur: testat vt eius prædica- " tio contemnatur. IDEM in moralibus. "

Mat. 7. a

Psal. 49.

Greg. homi. 12. euangeliorum.

Idem cap. 15. li. 14. in Iob. 3. pars.

Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant. 3

Ioan. 8. a

QVi sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mit tat. Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & sua res linquebant. Reuocentur igitur intus ad conscientiam: vt prius propria cotrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est quòd cùm tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collectus omnis Israel vlcisci iniquitatem voluit: sed tamen semel & iterum in belli certamine est ipse prostratus. Consulto enim domino si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est vt iret, qui iuxta diuinæ vocis imperiũ perrexit: & semel & secundo per- didit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene funditus eã extinxit. Quid hoc est quòd in vltione sceleris in- flammatur, & tamẽ prius iste prosternitur? nisi quòd prius ipsi

Iudic. 20. a

purgandi

M.E.C.D. 2017

purgandi sunt per quos aliorum culpæ feriuntur : vt ipsi iam mundi per vltionem veniant , qui aliorum vitia corrigere festinant. ITEM Ambrosius super Beati immaculati.

Amb. ser. 20. ad versum Miserationes tuæ domine.

Ille de vita alterius iudicet qui non habet in seipso quod puniat. 4

IVdicet ille de alterius errore , qui non habet in seipso quod condemnet. iudicet ille qui non agit eadem quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat sentẽtiam. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. & post pauca. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ volũtatis: sed iuxta leges & iura pronunciat: statutis iuris obtẽperat: non indulget propriæ voluntati , nihil præparatũ & meditatũ de domo defert. sed sicut audit ita iudicat: & sicut se habet natura, decernit: obsequitur legibus, nõ aduersatur: examinat causę merita, non mutat. Discite iudices sæculi quem in iudicando tenere debeatis affectum , quam societatem, quam sobrietatem, quam synceritatem. & paulo post. Qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet: sed tenere quod legum est. & post pauca. In iudicando, cordi magis est custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis. ITEM Gregorius.

Greg. cap. 6. præfationis in Iob.

Grauatus criminibus iudicare non valet. 5

IN grauibus peccatis quis positus dum suis premitur, aliena non diluit. Cunctis enim liquet : quia cum is displicet, qui ad intercedẽdum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Scriptum quippe est: Victimę impiorũ abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia . neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo datur, inspicitur.

Pro. 15. b.

Hinc est quod scriptũ est. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain vero & ad munera eius nõ respexit. Dicturus quippe, quia dominus respexit ad munera. præmisit solicite, quia respexit ad Abel. ex qua re patenter ostẽditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerẽte placuerunt. Dona quippe iniquorũ non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. IDEM.

Gene. 4. a.

Prou. 15. d.

Primum nosmetipsos, deinde proximos debemus corrigere. 6

POstulatus iudicare dominus de peccatrice, non statim dedit iudicium, sed prius inclinans se deorsum digito scribebat in in terra: ac sic demũ (quod obnixe rogatur) iudicat : nos videlicet typice instituens , vt cum quælibet proximorum errata conspicimus: non hæc ante reprehendendo iudicemus, quàm ad conscientiam nostram humiliter reuersi: digito eam discretionis solerter exculpemus : & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, examinatione dirimam⁹: iuxta illud apostoli

Ioan. 8. a.

M.E.C.D. 2017

Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c.
Gala.6. Qui sine peccato est vestrûm, id est, primo vos ipsi iustitiã legis implete: & sic innocentes manibus ad lapidandam ream
Ioan.8.a. concurrite. ITEM Augustin. ad quendam comitem.

Sacerdos primum sua peccata, deinde aliena detergat. 7

SAcerdos vt sapiens medicus & perfectus primum sua peccata diluere sciat: & postea aliena detergere & sanare, & non
Matth.5.b. publicare. Item. In euãgelio, sal infatuatũ ad nihilũ vtile esse dicitur, nisi vt proijciatur foras, & ab hominibus cõculcetur.

GRATIAN. Ex quibus omnibus datur intelligi quod criminosus alterius criminis iudex esse non potest, & seipsum condẽnat, dum in alterius crimen sententiã profert. Sed obijcitur: Saul cum à
1.Reg.15.f. domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudi-
2.Reg.12.a. cium vniuersus populus expetebat. Itẽ. Dauid cum esset adulter & homicida, interrogatus à propheta sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis rapuit dicens: Iudicium mortis
3.Reg.11.a. est viro huic. Item. Salomõ cum amore mulierculæ deos gentilium coleret, tamen vniuersa plebs Israëlitica ad eius iudicia
3.Reg.16.g. confluebat, Sic & Acab, quamuis coleret Baal, tamen decẽ tribus iudicabat. multi etiam alij tam in veteri testamẽto quàm in nouo inueniuntur, quorum vita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio seruata iudiciarij or-
Matth.23.a. dinis integritate processit, inuenitur seruata. Vnde & dominus ait in euangelio: Super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisæi. &c. Hinc liquido cõstat quòd mali pastores dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibijpsis nocent, dũ sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant. subditis vero prosunt, si eorum increpatione corecti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius cõmutare dicerint. Ac per hoc dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

QVAESTIO VIII.

AN AB VNO TANTVM EPISCOPVS SIT AVDIENDVS VEL IVDICANDVS.

GRATIAN. *Epist.1.ad epis. eopos Siciliæ.* QVòd autem episcopus ab vno tãtum audiri vel iudicari non debeat, Zepherinus papa testatur dicens.

Episcopus non nisi à pluribus audiatur & iudicetur. 1

ACcusatores episcoporũ omni careãt suspicione: quia colũnas suas dominus firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. Nullum nanque eorum sentẽtia à nõ suo iudice dicta constringat: quia leges seculi idipsum fieri præcipiunt: vt Codice lib.vij.titulo de sententiis & interlocutionibus omnium iudicum. Cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem in eodẽ negocio non dedignetur: quia & leges seculi idipsum fieri præcipiunt. Iudices xij. quilibet

M.E.C.D. 2017

quilibet episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat, à quibus eius causa iustè iudicetur. Nec prius audiatur aut excommunicetur vel iudicetur, quàm ipsi per se eligantur. & regulariter ad suorum primò vocatus cõuentum episcoporum, per eos eius causa iustè audiatur, & rationabiliter decernatur. finis verò eius causæ ad sedem apostolicam deferatur, vt ibidem determinetur: nec antea finiatur quàm eius auctoritate fulciatur. Absens verò nemo iudicetur, nisi ex contumacia absens fuerit: quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent.

ITEM Felix episcopus dixit in concilio Carthaginen. iij. *In cõc. Carthag. 2. cap. 10.*

A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit. 2

SVggero secundum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem inciderit: si ei nimia necessitas fuerit non posse plurimos congregare episcopos: ne in crimine maneat, à xij. audiatur episcopis.

QVAESTIO. IX.

AN ACCVSATORES VEL TESTES IN ABSENTEM VOCEM ACCVSATIONIS vel testificationis exhibere valeant.

» DE accusatoribus verò vel testibus quòd in absentem GRATIAN.
» vocem accusationis vel testificationis exhibere non va
» leant, multorum auctoritatibus liquet.
» AIT enim Telesphorus papa.

Nisi reo præsente accusator non audiatur. 1 *In epistola decretali.*

ACcusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusq; partis iustã discussionem. ITEM Eleutherius papa.

Absente aduersario, sententiam ferre non licet. 2 *Scribens ad Gallię prouincias.*

CAueant iudices ecclesiæ ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit, imo etiam causam in synodo pro facto dabunt. proditoris verò nec calumnia nec vox audiatur. ITEM Calixtus papa.

Epi. 2. ad episcopos Gallię.

Reo absente, accusator non audiatur. 3

ABsente eo quẽ accusare voluerit quisquam, accusatori non credatur: quia sine scripto difficile est, per scriptum autem nũquam recipiatur: quia per scripturam nullus accusari potest: sed propria voce, & præsente eo quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. ITEM Cornelius papa.

Epist. 2. ad Russum.

Quæ in absente geruntur, omnino euacuentur. 4

OMnia quæ aduersus absentes in omni negocio aut loco agũtur aut iudicãtur, omnino euacuẽtur: quoniã absentẽ nullus addicit, nec vlla lex dãnat. ITEM Marcellus papa.

Epist. 2. Maxentio tyranno.

Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur vel conuincitur. 5

NOn oportet quemlibet iudicari vel damnari priusquam legitimos habeat prçsentes accusatores: locumque defen-

M.E.C.D. 2017

dendi accipiat ad abluenda crimina. ITEM Damasus

Damas. epist. 3. ad Stephanum archiepisc.

De eodem. 6

HAbetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum, quenquam sacerdotum iudicari vel damnari antequam accusatores canonicè examinatos præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina.

Ibidem cõtinuò. a extat in veteri libro sed sub paleæ nota.

Palea. [2] 7

NEc extra patriam fiat prouinciæ primo discussionis accusatio sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis reuerẽtia debetur custodiri: quoniã & antiqua patrũ regula hoc docet, in qua imperialia pariter statuta concinunt. Criminũ, inquiunt, discussio ibi agitãda est, vbi crimẽ admissum est. Et in canonibus: quæcunq; negocia in suis locis vbi oborta sunt, finienda sunt, salua tamen in omnibus apostolica auctoritate.

Idem Damasus epist. 6, ad episcopos Italiæ.

De eodem. 8

QVi accusare alium elegerit, præsens per se & non per alium accuset: inscriptione videlicet præmissa. Neq; vllus vnquàm iudicetur antequam legitimos accusatores præsentes habeat: locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. ITEM ex concilio Toletano. vij.

Cap. II. conc. Toleta. 6.

De eodem. 9

DIgnum est vt vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. ideo si quis à quolibet criminatur: non ante accusatus supplicio detur, quàm accusator præsentetur atque legum & canonum sententia exquiratur. Quòd si indigna ad accusandum persona inuenitur: ad eius accusationem non iudicetur. ITEM Bonifacius papa ad Gallos.

Bonifacius pri. epist. 2.

Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse. 10

DEcernimus vestram debere intra prouinciam esse iudicium, & congregare synodum ante diem Kalendarũ Nouembrium, vt si adesse voluerit, præsens, si cõfidit, ad obiecta respõdeat. si verò adesse neglexerit, dilationẽ sentẽtię de absentia nõ lucretur. Nam manifestũ est confiteri eũ de crimine, qui indulto & totiens delegato iudicio purgandi se occasione nõ vtitur. nihil enim interest vtrum in præsenti examine nõ omnia quę dicta sunt cõprobentur: cùm ipsa quoque professio ex procurata totiens constet absentia. ITEM Felix papa.

Felix. I. epist. 2. ad episcopos Gallia.

Absentes nec accusari nec iudicari possunt. 11

ABsente aduersario nõ audiator accusator: nec absente alia parte sententia à iudice dicta vllam obtineat firmitatem.

ITEM Nicolaus papa Gallioni archiepiscopo Senensi.

Altera parte absente diffinitiua non feratur sententia. 12

REuera iustus mediator non est qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat.

M.E.C.D. 2017

dat. His ita præmissis volumus & apostolica auctoritate monemus, vt si presbyter de quo agitur, post excommunicationem suam apostolicam sedem adire voluerit: nullus iter eius impedire præsumat. ITEM Zepherinus papa. *Epi. 1. ad episcopos Sicilien.*

In absentem non est ferenda sententia. 13

ABsens verò nemo iudicetur (quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent) nisi fuerit absens ex contumacia. pro præsenti nanque eum contumacia haberi facit. Item Nicolaus papa Gallioni Senensi archiepiscopo.

De eodem. 14

INdicas Hermanum episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus (quia ex parte ipsius persona deest) nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus: quanuis nec vsq; adhuc qui fuerint illi excessus dixeris: nec vtrum sanæ mētis erat idē antistes necne, cùm ipsos excessus perpetrabat, euidenter ostenderis. Satiusq; arbitramur quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipsum pertinere peccatum: cui magis consulendum sit & compatiendum quàm puniendum, vel etiam aliquo modo feriendum. ITEM Calixtus papa. *Epi. 2. ad episcopos Galliæ.*

Testes non dicant testimonium, nisi de his quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. 15

TEstes per quamcunque scripturam testimonium non ferant, sed præsentes de his quæ nouerunt & viderunt, veraciter testimonium proferant: nec dicant de aliis causis vel negotiis testimonium, nisi de his quæ sub eorum præsentia acta esse noscuntur.

2. pars. GRATIAN. *Lib. 4. Codicis.*

„ DE his etiam quę audierunt: si ad hoc vocati sunt: in ciuili
„ causa testimonium dicere possunt. vnde in authenticis col. vij.
„ titu. de testibus, & Codice. eo. titu. legitur. Si debitum scri-
„ ptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigantibus per
„ testes sine scriptura: tunc susceptibilē eam apud iudicem esse
„ volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, vt perhibeant
„ testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria alicui iam factæ solutionis, & pro confessione eius qui pecunias
„ accepit. Hæc autem inania, & ex trāsitu perhibita testimonia,
„ vt si propter aliud quoddam opus adueniens, audiuit aliquem
„ dicentē se accepisse ab aliquo aurū, aut debere alicui: nulla ra-
„ tione valere cēsemus. Simul autē necesse est vt videant, quod si 3. pars.
„ alius vno tempore, alius alio tempore viderit, diuersitas tem-
„ porum eorum testimonium nō admittit. VNDE Leo papa.

Non admittuntur ad testimonium, quos non eodem tempore negocio interfuisse constiterit. 16

NIhilominus quoq; puniēdi sunt testes qui ad calumniam aliquid testificantur: nec eorum voces tanquam plurium

M.E.C.D. 2017

admittuntur quos temporũ quidẽ diuersitas simul interfuisse prohibuit. ITEM Ambros. in lib. de paradiso [Dei.]

Ambrosius cap. 12. libri de paradiso.

Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adiiciat. 17

PVra & simplex testimoni series intimanda est. Plerunque testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adiicit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. nihil igitur quod bonum videtur, addendum est. ITEM Felix papa.

Felix I. epis. 2. episcopis Galliæ.

Absens, per alium nec accusare nec accusari potest. 18

ABsens per alium accusare aut accusari non potest: nec affinis testis admittitur. "

4. pars. GRATIAN. Lib. 9. Cod. tit. 35.

NISI in crimine iniuriarũ: in quo illustris persona, etiam " per procuratorem intendere & excipere potest, seruatis cæteris " solennitatibus: vt Cod. titu. de iniurijs lege vlt.

ITEM Pelagius papa Sinduæ magistro militum.

Reo absente libellus accusationis frustra offertur. 19

CHartæ quas dedit nobis Lucidius: si illo tempore aduersario absente gesta quæ nobis recensuit, facta leguntur: talia leges non recipiunt. ITEM Decorato patricio.

Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant. 20

HOrtamur vt sub timore domini consuetam conscientiæ vestræ synceritatem in hoc quoque negocio conseruãtes. omnem à personis quæ veritatem causæ istius scire possunt. faciatis amputari formidinẽ, & vestris præsentari cõspectibus, tactis sacrosanctis euangeliis, præbito etiam legaliter sacramento. vt quæ in veritate rerum nouerunt, professione suæ testificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quę secundum leges & iustitiam censenda sunt cognoscatis, & competentẽ legibus & veritati terminum detis.

ITEM Nicolaus papa [a] Ismaro [a] Remorum archiepiscopo.

a Igmaro

Accusator & accusatus simul debent adesse. 21

NEcesse est secundum sacrarum scripturarum documẽtum, ac secundum iustitię tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse: & vnam partem, quantacunq; & qualicunq; prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullũ præiudicium irrogetur.

QVAESTIO X.

AN DEFICIENTES IN PRIMO CAPITVLO SINT ADMITTENDI AD SEQVENTIA.

GRATIAN. Cap. 3.

QVod verò testes deficiẽtes in primo capitulo non sint " admittendi ad sequentia: ex concilio Carthaginensi " septimo confirmatur, in quo sic statutum legitur. "

Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur. 1

PLacuit vt quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina obijciũtur, & vnum ex his de quo prius egerint, probare

M.E.C.D. 2017

bare non valuerint, ad cætera iam non admittantur.

» PROBATVR illud idem auctoritate Arelatensis conci- GRATIAN.
» lij tertij, in quo sic diffinitum est. Cap. 24. conc. Arel. 2.

Qui falsa fratribus obijciunt vsque ad exitum non communicent. 2

[a]EOs qui falsa fratribus obiecisse capitula conuicti fuerit, placuit vsq; ad exitum non communicare (sicut magna synodus ante constituit) nisi digna satisfactione prius pœnituerint. a al. Hos

ITEM Felix papa in [b]secunda decretali episcopis Galliæ. b al. secundo Felix I. epist. 2.

Qui quod obijcit, probare non valet, de cætero ad arguendum non admittitur: nisi prius propriam causam ciuilem duntaxat asserere voluerit. 3

SI accusatorum personæ in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguẽdum episcopos de cætero non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales vel ecclesiasticas) voluerint.

» CVM ergo qui falsa fratribus obijciunt, vsque ad exitum GRATIAN.
» vitæ à communione prohibeantur: cùm illi qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cætero admitti prohibeantur: apparet quòd in primo capitulo deficientes tanquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non valent.

QVAESTIO XI.

AN ACCVSATO LICEAT ACCVSSATIONEM IN ACCVSATOREM VERTERE.

» AB accusato verò accusationem in accusatorem verti, GRATIAN.
» multorum auctoritatibus prohibetur. Epist. 2.
» Ait enim beatus Stephanus papa.

Accusati, nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt. 1

NEganda[c] est accusatis licentia criminandi prius quàm se crimine quo premuntur, exuerint: quia non est credendũ cõtra alios eorum cõfessioni qui criminibus implicãtur, nisi se prius probauerint innocentes: quoniã periculosa est & nõ debet admitti rei aduersus quẽcunque professio. Lib. ix. Codicis, tit. j. Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus. c sumpsit ex Codice. l. neganda. C. qui accusare non poss. vt mox sequitur.

2 Titu. Qui accusare non possunt lege. 19.

NEganda est accusatis (nisi suas suorumque iniurias prosequantur) licentia criminandi in pari vel minori crimine prius quàm se crimine quo premũtur exuerint [d]secũdum scita veterum iuris cõditorum]ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. d deest in manuscrip.

ITEM ex decreto Hadriani papæ.

De eodem. 3

NOn est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicantur, nisi se prius probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti nõ debet rei aduersus quemcunque professio.

M.E.C.D. 2017

GRATIAN. HOC autem intelligendum est in pari vel minori crimine. " Cæterum si de maiori crimine eum accusare voluerit, veluti " si accusatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel si- " monia, vel quolibet alio huiusmodi crimine accusatorẽ suum " impetere voluerit: his auctoritatibus non prohibetur. Aliquã- " do enim criminalis quæstio præiudicat ciuili: aliquãdo ciuilis " *Titu. 8. leg. 4.* criminali. Vnde in lib. iij. Cod. tit. de ordine iudiciorũ legitur. "

Ciuili quæstione intermissa sæpe fit, vt prius de crimine iu- " dicetur: quod vtpote maius minori merito præfertur. "

Titu. 1. Qui accusare non possunt. ITEM lib. ix. Codicis titu. qui accu. non possunt. l. j. 4 "

PRius est *enim* vt tu respondeas criminibus cędis atq; vulne- rum, quę tibi vt grauiora crimina ab aduersario tuo obijciũ tur: & tũc ex euẽtu causæ iudex æstimabit, an tibi permitten- dum sit eundẽ accusare, tametsi prior inscriptionẽ deposuisti.

2. pars. GRATIAN. Aliquando ciuilis præiudicat ciuili, aliquãdo criminali. si- " *Titu. 19. leg. 2. lib. 3. eiusdem.* cut enim in septimo lib. Cod. tit. de ordine cognitionũ legi- " tur. Si de hæreditate & libertate cõtrouersia est, prius debet agi " causa libertatis. Itẽ. Si crimẽ aliquod inferatur ei qui ingenuꝰ " esse dicitur: libertatis causa suo ordine ante debet agi, cogni- " tionẽ suã præside prębẽte: quoniã si delictũ probatũ fuerit an- " tea scire, necesse est vtrũ vt in liberũ & ingenuũ, an vt in seruũ " *3. pars.* cõstitui oporteat. Itẽ. Qui cõfitetur se pati cõtrouersiã status, " *Leg. 4. eiusdem. Lib. 9. Codi. Titu. 1. Qui accusare non. leg. 20.* frustra postulat sibi dari potestatẽ accusandi eũ, qui se suũ do- " minũ esse fatetur. Causa verò libertatis terminata, si seruꝰ pro- " nũciatus fuerit: dñm suũ accusare nõ poterit. Cod. lib. ix. tit. ij. "

Si quis enim ex familiaribus vel seruis cuiuslibet domus cu " iuscũq; criminis delator atq; accusator emerserit, eius existi- " mationẽ caput & fortunas petiturus, cuius familiaritati inhęse " rit vel dominio: ante exhibitionẽ testiũ, ante examinationẽ iu " dicij, in ipsa expositione criminũ, & accusationis exordio, vl- " tore gladio feriatur. Vocẽ enim funestã interdici oportet po- " *Leg. 21. eiusdẽ.* tius quàm audiri. Maiestatis aũt crimẽ excipitur. Similiter etsi " liberti accusatores manumissorũ hęredũ ve esse prędumpserint, " eodem quoq; vt serui supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante " prohibitæ delationis exordium. "

CAVSA IIII.

QVidam vir in excommunicatione constitutus " episcopum accusare disponit: adolescẽtem infra " decimũ & quartum ętatis suę annũ ad assertio- " nem suę causę adducit. prohibitus ab accusatio- " ne adolescentem accusatorem, & se testem fa- " cit. adolescens personam accusatoris & testis " gerere cupit. die statuta ad iudicium electorum iudicum ve- " niunt. episcopus minimè occurrit, â communione suspen- " ditur.

M.E.C.D. 2017

» ditur. tandē reuocato iudicio accuſator culpabilis in accuſa-
» tione inuenitur: demū ad aſſertionē propriæ cauſæ procedit.
» 1 Hic primùm quæritur an in excommunicatione cōſtitu-
» tus alium accuſare valeat?
» 2 Secundò, an infra decimumquartum annum in criminali
» cauſa teſtari quis poſſit?
» 3 Tertiò, an ab accuſatione prohibitus, perſonā teſtificātis
» poſſit aſſumere?
» 4 Quartò, an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis?
» 5 Quintò, an die conſtituta nō occurrens à communione
» ſit remouendus?
» 6 Sextò, ſi in epiſcoporum iudicio accuſatoris perſona cul-
» pabilis inuenta fuerit: an ad aſſertionem propriæ cauſæ de cæ-
» tero ſit admittenda?

QVAESTIO I.

AN EXCOMMVNICATVS ALIVM ACCVSARE VALEAT.

» DE prima quæſtione ſic ſtatutum legitur in concilio
» Carthaginēſi ſeptimo, cui interfuit Fauſtinus Roma-
» næ eccleſiæ legatus. GRATIAN. Cap. 1. concil. Carthaginen. 7.

Ad accuſationē non admittatur, qui in excōmunicatione perſeuerat. 1

DIffinimus eum ritè ad accuſationē non admitti, qui poſtquā excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus ſiue laicus, accuſare voluerit. omnes etiam infamię maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, aut turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam ſiue Pagani, ſiue Iudæi ab accuſatione prohibentur. Cap. 2. eiuſdem concil.

ITEM Nicolaus papa.

Hæretici probantur qui ſciſmate vel excommunicatione ab eccleſia ſunt ſeparati. Nico. 1. ad Michaëlem Imper.

2

QVòd autem hi qui iam à prędicto fratre & cōminiſtro noſtro Ignatio depoſiti vel excommunicati vel anathematizati fuerant, nullā aduerſus eum intorquere damnationē potuerunt: ex præfato ſecundæ vniuerſalis ſynodi capitulo declaratur, cùm dicitur: Si verò eccleſiaſticum fuerit crimen quod epiſcopo illatum fuerit, tunc probari oportet accuſantiū perſonas: vt primò quidē hæreticis non liceat accuſationes cōtra orthodoxos epiſcopos pro eccleſiaſticis facere negociis. Sed ne hos hæreticos eſſe denegemus, audite ſequentia. Hęreticos autem (inquiunt) dicimus tam eos qui olim ab eccleſia proiecti ſunt, quàm qui poſt hoc à nobis anathematizati ſunt. Porrò ſi adhuc nec ſic creditis, audite quod ſubditur. Præter hos autē aiunt, & eos qui fidem quidē ſanam negant, vel ſimulant confiteri, ſciſmaticos eſſe, & eos qui ſeorſum à communicātibus

M.E.C.D. 2017

nobis episcopis collectas faciunt. Deinde verò & si quidã ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi sunt & proiecti aut excommunicati, siue ex clero, siue ex laicali ordine: nec his licere accusare episcopum antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem & eos qui sub accusatione priori existunt, non ante esse acceptabiles in accusatione episcopi, aut aliorum clericorum, quàm innoxios semetipsos illatorũ sibi ostenderint criminum. quid autẽ periculi regulæ huius immineat contemptoribus, non ignoratis.

QVAESTIO II. & III.

AN INFRA DECIMVMQVARTVM ANNVM IN CRIMINALI CAVSA TESTARI QVIS POSSIT, AN AB ACCVSATIONE prohibitis personã testificantis possit assumere.

Cap. 4. concilij Carthaginen. 7

SEcunda autem & tertia quæstio eodem concilio vno eodemque capitulo terminantur.

ILLVD verò est huiusmodi.

Qui ab accusatione repelluntur: aut ad annum decimumquartum nondum peruenerint, testes esse non possunt. 2

TEstes autem ad testimonium non admittẽdos esse censemus, qui nec ad accusationẽ admitti iussi sunt: vel etiã eos quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimoniũ autem infra annum decimumquartum suæ ætatis constituti non admittantur. ITEM ex conc. Maticeñ. cap. vj.

De eodem. *Palea.* 3

Translatum est hoc cap. in decretales. tit. de testibus. ca. j.

PLacuit sancto conuentui, vt testes ad testimonium dicendum precio non conducantur: & vt quique optimi & fideliores in testimonium assumantur: vt is contra quem testimonium ferre debent, nullam eis possit afferre calumniam, & vt nullus testimonium dicat nisi ieiunus. Item. In criminali causa. Produci testis non potest qui anteà in eum reum testimonium dixerit: sicut in xxij. lib. ff. titu. de testibus inuenitur.

2. pars. GRATIAN. Titu. de testibus lege. 22. Lege. 23.

ITEM titulo eodem. 4

SI testes omnes eiusdem honestatis & existimationis sint, & negocij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrit: sequẽda sunt omnia testimonia. Si verò ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero: credendum est quòd naturæ negocij conuenit: & quòd inimicitiæ aut gratiæ suspitione careat. confirmabitque iudex motum animi sui ex argumẽtis & testimoniis quæ rei aptiora, & veritati proximiora esse comperit. Non enim ad multitudinem respici oportet: sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis assistit. Itẽ. In testibus, fides, dignitas, mores, grauitas moderan-

Lege 2. eiusdem

moderanda vel examinanda est: & ideo testes qui aduersus fidem suæ testationis vacillant:audiendi non sunt. Item Testiũ fides diligenter examinanda est. Ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusque: vtrum quis decurio,an plebeius sit:& an honestæ & inculpatæ vitæ:an verò notatus sit quis & reprehẽsibilis,an locuples,an etiam egenus sit,vt lucri causa quid facilè admittat: vel an inimicus sit ei aduersus quem testimoniũ fert,vel amicus eius sit,pro quo testimonium dat. nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam à qua profertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quod neq; lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa sit,admittendus est. Item.Lege Iulia de vi cauetur ne hac lege in reum testimoniũ dicere liceret,qui se ab eo parentéve eius liberauerit,quíve impubes erit:quíve iudicio publico cõdemnatus erit: quive in vinculis custodiáve publica erit: quíve eorum in integrum restitutus non erit,qui ad bestias vt depugnaret se locauerit,quíve palàm quæstum facit fecerítve, quíve ob testimonium dicendum vel non dicendum pecuniã accepisse iudicatus vel conuictus fuerit. Item. Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur ne inuito denuncietur,vt testimonium dicat aduersus socerum,generum,vitricum, priuignum,priuignam,sobrinum,sobrinam,sobrino sobrináve natum, eósve qui in propiore gradu sunt. Item. Ne liberto ipsius liberorúmve eius & parentum viri & vxoris. Item. Ne patroni & patronæ aduersus libertos, neque liberti aduersus patronos cogantur testimonium dicere. Cùm autem excipitur ne gener vt socer inuitus testimonium dicere cogatur: generi appellatione sponsum quoque filiæ contineri placet. Itẽ. Soceri sponsæ patrem. Item. Idonei non videntur esse testes quibus imperari potest vt testes fiant. Item. Serui responso tunc credendum est, cùm alia probatio ad eruendam veritatẽ non est. Item. Inuiti testimonium dicere nõ cogantur senes, valetudinarij,vel milites, vel illi qui cũ magistratu reipublicæ causa absunt: vel quibus venire non licet. Publicani etiam testimonium non dicunt inuiti. Item. Is qui non detrectandi causa testimonij aberit. Is qui exercitui præbenda conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denunciari potest. Item. In testimonium accusator citare non debet eum qui publico iudicio reus fuerit, aut qui minor xx. annis erit. Item. Ob carmen famosum damnatus,intestabilis erit. Item. Si res exigit: non tantum priuati, sed etiam magistratus, si in præsenti sunt, testimonium dicant. Prætor quoque testimonium dare debet in iudicio de adulterij causa. Si autẽ ea rei conditio sit, vbi arenarium testem vel similem personam admittere cogimur: sine tormẽto testimonio eius credendum nõ est. Item. Testes

Leg. 3.

3. pars.

Leg. 4. eiusdem.

Leg. 5.

Leg. 6.

Leg. 7.

Leg. 8.

Leg. 19.

Leg. 20.

Leg. 21.

Leg. 24. eiusdem

quos

M.E.C.D. 2017

Leg.25. quos accuſator de domo propria produxerit, interrogari non placuit. Patroni quoq; in cauſa cui patrocinium pręſtāt, teſtimonium nō dicant. quod etiā in executoribus negociorū obſeruandum eſt. Itē. Qui falsò vel variè teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt: à iudicibus cōpetenter puniun
Leg.16. tur. Itē. Pater & filius qui in poteſtate eius eſt. Itē. Duo fra-
Leg.17. tres qui in eiuſdē patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodē teſtamento eſſe, vel eodē negocio poſſunt fieri: quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negocio adhiberi. Itē.
Leg.15. eiuſdē. Hermaphroditus an ad teſtimonium adhiberi poſſit, qualitas
Leg 9. ſexus incaleſcentis oſtendit. Item. Teſtis idoneus pater filio,
Leg.10. aut filius patri nō eſt. Itē. Nulus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. Item. Ad fidem rei geſtæ faciendam etiā non rogatus teſtis intelligitur. Itē. Vbi numerus teſtium nō adiicitur, etiā
Leg 3. §. duo ſufficiunt. pluralis enim locutio, duorū numero contēta
Ideoque. eſt. Itē. In teſtibus cōſiderandum eſt qui ſimpliciter teſtimonium dicant, vtrum vnum eundemq; meditatum ſermonem afferant: an ad ea quæ interrogantur, ex tēpore veriſimilia reſpōdeant. Item. Sæpe etiā ſine publicis documentis cuiuſcūque rei veritas deprehēditur, aliàs numerus teſtiū: aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti conſentiēs fama confirmat rei de qua quæritur fidem. Non ergo ad vnā probationis ſpeciē cognitionem ſuā iudex alligare debet: ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare quid aut credat, aut parum ſibi probatū opinetur.
Titu 20. Itē. Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorū quæ recitari ſolent. Item Codice, libro quarto, tit. de teſtibus.
Leg.1. Soli teſtes ad probationē ingenuitatis nō ſufficiunt, niſi inſtru
Leg 2. mentis & argumentis adiuuentur. Item. Etiā ciuili iure do-
Leg.3. meſtici teſtimonij fides improbatur. Item. Solam atteſtationem prolatam, nec aliis legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius eſſe momenti certum eſt. Itē. Eos teſtes ad ve-
Leg.4. ritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & po tentatui fidem religioni iudiciariæ debitā poſſunt pręponere.
Lege.5. Item. Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes, etiā
Lege.6. ad teſtimonium admittendi ſunt. Item. Qui intendit, ſuæ intentioni proprias debet afferre probationes, non petere aduerſarium cogi ad exhibitionem eorum, per quæ ſibi negocium fiat. Item. Serui neque pro domino, neque aduerſus dominū,
Leg 7. ſed pro facto ſuo interrogari poſſunt. Item. Iuriſiurandi re-
Leg 8. ligione teſtes priuſquam perhibeant teſtimonium, coerceantur: & honeſtioribus potius fides teſtibus adhibeatur. Vnius verò teſtimonium nemo iudicum in quacunque cauſa facilè patiatur admitti: imò vnius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiam ſi præſidalis curię honore præfulgeat. Item. Om-
Leg.9. nibus in re propria dicendi teſtimonia facultatē iura ſubmouerunt.

M.E.C.D. 2017

uerunt. Item liberi teſtes ad cauſas poſtulentur alienas, ſi ſocij & participes criminis non dicãtur, ſed fides ab his notitiæ poſtuletur. Venturis autem ad iudicium: per accuſatorem, aut ab his per quos fuerint poſtulati, ſumptus competẽtes miniſtrẽtur, etiam ſi in pecuniaria cauſa ab alterutra parte teſtes ſint producendi. Item. Liberti aduerſus patronos ſponte procedere non audeãt: Sed nec vocati quidem in iudicio venire cogantur. Si quis teſtibus vſus fuerit: ijdemque teſtes aduerſus eum in alia lite producãtur: non licebit ei in eorum perſonas excipere, niſi oſtẽderit inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſas fuiſſe: quibus teſtes repelli leges præcipiunt, non adimenda ſcilicet ei licentia ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed ſi liquidis probationibus datione vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit: eam etiam allegationem integram ei ſeruare oportet. Leg. 10. Leg. 11. Leg. 13.

» Sed obiicitur illud B. Bricij, qui voce pueri triginta dies ab- » ortu habentis innocẽs probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt » admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. GRATIAN.

QVAESTIO IIII.

AN IDEM POSSIT ESSE ACCVSATOR ET TESTIS.

DE quarta verò quæſt. Fabianus papa conſtituit dicens.

Accuſator & teſtis vel iudex aliquis ſimul eſſe nõ poteſt. 1

NVllus vnquã præſumat accuſator ſimul eſſe & iudex vel teſtis: quoniã in omni iudicio quatuor perſonas ſemper neceſſe eſt [a]eſſe .i. iudices electos, accuſatores [idoneos] defenſores [congruos:] atque teſtes [legitimos.] Iudices autẽ debent vti æquitate, teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam: defenſores extenuatione ad minuendam cauſam. Fab. epiſt. 2. ad epiſc. Oriẽtales Ex magno Iuo. part. 6. a adeſſe, Inclusa desunt.

ITEM Damaſus papa. Damaſus epi. 3.

Quilibet in cauſa duas perſonas gerere non valet. 2

NVllus introducatur perſonaliter ad cauſam: ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione iuxta quod ordo exigit. Accuſatores verò & iudices non iidem ſint: ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordine.

2. pars. GRATIAN.

» Inſcriptio ſemper fiat: vt talionẽ calumniator recipiat: quia » ante inſcriptionẽ nemo debet iudicari vel damnari, cum leges » ſeculi hæc eadẽ retineant: vt Cod. lib. ix. tit. de accuſationibus » & inſcriptionibus. & Cod. eod. lib. de adulteriis, & tit. de abi- » geis. Aliquando etiã ſine inſcriptione accuſatio fieri poteſt. » Ea enim quæ per officiales præſidibus nunciantur, etiã citra » ſolennia accuſationũ poſſe perpendi incognitum non eſt. Itẽ. » Codice de adulteriis. Si uaritus iure mariti, hoc eſt, intra lx. Tit. 2. de accuſationi. Lib. 9. C. iii. 9.

dies

M.E.C.D. 2017

ad l. Iuliam de adulteriis. & stupro.

dies vtiles adulterium vxoris suæ accusare voluerit, quàm ex suspicione sola ream facere valet: non continetur vinculo inscriptionis. Item. Abacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea obseruatione proponitur.

Lib. 9. C. ti. 37 de abigeis.

Item. Si quis se iniuriã ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios recurrat, sed præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens: aut querelas suas apud acta deponens. In aliis autem criminalibus causis dignũ

Lib. 9. C. tit. 2. de accusationib.

est vt inscriptiones proponãtur: quæ magnitudinem videlicet criminis, tempusque designẽt, vt alterutram partem digna legum terrere possit auctoritas. Inscriptio verò semper fiat, vt talionem calumniator recipiat: quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cùm seculi leges hæc eadem retineant. De domo etiam iudicis accusator vel testis produci nõ debet, ne in causam suspicionis incidat iudex.

3. pars.

Ad Michaelem mpetatorem.

VNDE Nicolaus papa.

Suspicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo vel accusator vel testis producitur. 3

CONtra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas leges producitur accusator vel testis de imperialibus ædibus, & cui imperari potest. Cùm ad falsum testimonium dicendum quis adhibetur: fiunt suspecti iudices, & lupi custodes.

QVAESTIO V.

AN DIE CONSTITVTA NON OCCVRRENS, A COMMVNIONE SIT REMOVENDVS.

Cap. 7. concilij carthagin. 3.

DE quinta verò quæstione in concilio Carthaginensi quarto sic inuenitur diffinitum.

Non est à communione suspendendus, qui die statuta ad causam venire non potuit. 1

QVisquis episcoporum accusatur, ad primates prouinciæ ipsius eius causam deferat accusator, nec à cõmunione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum die statuta literis euocatus minimè occurrerit: hoc est intra spatium mensis ex ea die qua eum literas accepisse constiterit. Quòd si veras aliquas necessitatis causas probauerit, quibus occurrere non potuisse manifestum sit, suæ causæ dicendæ intra alterum mensem integrã habeat facultatem, verum tam diu post mensem secundum nõ communicet, donec purgetur. Si autẽ ad vniuersale cõcilium occurrere noluerit vt vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sanè quo non communicat, nec vel in sua ecclesia vel parœcia cõmunicet. Accusator autem eius si nunquã diebus causæ dicendæ defuerit,

M.E.C.D. 2017

rit, ſubtrahens ſe à communione nõ remoueatur. Si verò aliquando defuerit ſubtrahens ſe reſtituto in communione epiſcopo: remoueatur à communione accuſator, ita tamẽ vt nec ipſi adimatur facultas peragendę cauſæ, ſi ſe ad diem ſtatutum non noluiſſe ſed non potuiſſe occurrere probauerit.

QVAESTIO VI.

SI IN EPISCOPORVM IVDICIO ACCVSATORIS PERSONA CVLPABILIS INVENTA FVERIT, AN AD ASSERTIONEM proprię cauſæ de cætero ſit admittenda.

SExta verò quæſtio eodem capitulo terminatur, in quo ſequitur.

In ciuili & proprio duntaxat negocio ad arguendum admittitur, qui in epiſcopi accuſatione culpabilis inuenitur. 1 *Cap. 7. concilij Carthaginen. 3.*

ILlud verò placuit, vt dum agere cœperit in epiſcoporũ iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona damnabilis, de cætero ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas vel criminales aſſerere voluerit.

ITEM ex concilio Carthaginenſi octauo. *Cap. 2. concilij Carthaginen. 7.*

Propriam cauſam agere valet, cui accuſare non licet. 2

OMnibus quibus accuſatio denegatur in propriis cauſis, accuſandi licentia non eſt deneganda.

ITEM Felix papa omnibus epiſcopis. *Ex cap. 13. epiſtol. decretalis.*

In accuſatione epiſcoporum deficiens ciuiliter tantũ experiri poterit. 3

SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales vel eccleſiaſticas voluerint. ITEM Hadrianus papa.

De eodem. 4

QVòd ſi accuſatorum perſonę in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere: vt ſupra eiſdem verbis.

CAVSA V.

» IN infamiam cuiuſdam epiſcopi chartula accuſationis occultè conſcribitur, tandem accuſator procedit in publicũ. Epiſcopus autẽ ſemel literis euocatus, cauſæ ſuæ die ſtatuta adeſſe non valens, per procuratorẽ iudici ſe repræſentauit, abſque ſynodali audientia damnatur. Demum iudicio per appellationem reuocato, de accuſatoris inimicitia epiſcopus conqueritur, tandem in ipſa probatione deficit accuſator.

» 1 Primò quæritur, qua pœna ſit feriendus qui famoſum libellũ clanculo ſcribẽs, probare negligit quæ literis mandauit. GRAT.

Secundò,

M.E.C.D. 2017

2 Secundò, quotiens sit vocandus ad causam antequam sen- "
tentiam damnationis accipiat. "
3 Tertiò, an per procuratorē causam suam agere valeat, qui "
per seipsum causæ suæ adesse non potest. "
4 Quartò, an absque synodali audientia sit damnandus. "
5 Quintò, an ideo aliquis habendus sit inimicus, quia crimē "
alterius indicat. "
6 Sextò, qua pœna sit plectendus qui quod intulit, probare "
non valet. "

QVAESTIO I.

QVA POENA SIT FERIENDVS, QVI FAMOSVM LIBELLVM CLANCVLO SCRIBENS PROBARE NEGLIGIT QVAE LITERIS MANDAVIT.

DE prima quęstione Hadrianus papa scribit dicens.

Flagelletur qui scripta in alterius famam neglexerit probare. 1

QVi in alterius famam publicè scripturam aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus, scripturā nō probauerit, flagelletur: & qui eam prius inuenerit, rumpat si nō vult auctoris facti causam incurrere. ITEM Gregorius.

Greg. epist. 30. siue ca. 130. l. 5

De eodem. 2

QVidam maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium notarium ac respōsalē nostrum nocturno silentio in publicō ciuitatis loco contestationē posuit in eius crimine loquentem: mihiq́ue etiam asserebat eū de facienda pace callidè contradicentem . qui si non exierit, neq; publicè consensum tantæ iniquitatis consilio præbuerit: ex dei & domini nostri Iesu Christi spiritu diffinimus, vt sancti eius corporis & sanguinis participatione priuatus sit. Si verò (quia latet, & quoniā nescitur) teneri ad disciplinā non valet, si tanti mali conscius, & prohibitus, corpus ac sanguinē dñi percipere præsumpserit, anathematis vltione percutiatur, & vt fallax ac pestifer à sanctæ ecclesię corpore sit diuisus. Si autē in eadē ciuitate ingressus publicè poterit docere quæ dixerit, vel fortè sciens se non posse quæ scripsit ostendere errorē suum fuerit apertè confessus: dominici corporis ac sanguinis participatione non sit priuatus: neque à sanctæ ecclesiæ corpore alienus existat. ITEM in concilio Elibertano.

Cap. 52. *Anathematizentur qui famosos libellos in ecclesia ponunt.* 3

SI qui inuenti fuerint famosos libellos in ecclesia ponere: anathematizentur.

GRATIA. Item Codice libro ix. tit. de famosis libellis imperatores " Valentinianus & Valens. "

Si quis

M.E.C.D. 2017

Si quis famoſum libellum ſiue domi, ſiue in publico, ſiue in quocunque loco ignarus repererit: aut corrumpat priuſquã alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò nõ ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne combuſſerit, ſed vim earũ dolosè manifeſtauerit: ſciat ſe quaſi auctorẽ huiuſmodi delicti capitali ſentẽtiæ ſubiugandum. Huiuſmodi autẽ libellus alterius opinionem non lædat.

QVAESTIO II.

QVOTIENS SIT VOCANDVS AD CAVSAM ANTEQVAM SENTENTIAM DAMNATIONIS ACCIPIAT.

GRAT.

» VOcatio autem eius qui impetitur: non ſemel, ſed bis
» & tertiò per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis
» debet fieri. VNDE Damaſus papa ſcribit dicens.

Epiſt. 3. Stephano archiepiſcopo Mauritaniæ.

Vocatio ad ſynodum eius qui impetitur: & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum.

1 VOcatio ad ſynodum iuxta decreta patrum canonica eius qui impetitur, rationabilibus ſcriptis per ſpatium debet fieri congruum atq; canonicũ: quia niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione: licet venerit ad conuentum quacunq; neceſſitate: niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus. ITEM Silueſter papa.

Quibus temporum ſpatiis reus vocetur ad cauſam.

2 PRęſenti decreto cenſemus, vt in primis paternaliter vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic verò expectationi iterũ addãtur vij. dies, interdicta eccleſiam intrãdi licentia, & oĩa diuina officia audiẽdi. Poſt verò addantur. ij. dies, quibus à pace & cõmũnione ſanctę eccleſię ſint ſuſpẽſi. Deinde verò iterũ aliis duobus diebus ſub eadẽ expectatione expectẽtur: quibus vno die ſuperaddito, omni expectatione velut iam deſperata reus mox anathematis gladio feriatur. ITEM Damaſus papa.

Epiſt. 6. ad epiſcopos Italiæ.

Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

3 RElatum eſt ad ſedẽ apoſtolicã vos accuſationes fratrũ per ſcripta ſuſcipere abſq; legitimo accuſatore: quod deinceps in omni orbe terrarũ fieri apoſtolica auctoritate prohibemus: & quod nuper factum eſt, abſque vlla retardatione corrigere curamus: nec vnquam prius per ſcripta eorum qui accuſantur, cauſas diſcutere, quàm per querelantium inſtitutionem vocati canonicè ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat ea quæ ei obiiciuntur. Leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigũt, & nõ per ſcripta abſentes. Vnde canonica patrũ inſtituta non ſemel ſed ſæpiſſimè clamant, nec accuſationes nec teſtimonium vllum per ſcripta

M.E.C.D. 2017

posse proferri : nec de aliis negociis quicunque testimonium dicant, nisi de his quæ sub eorum præsentia acta esse noscuntur. Similiter & qui accusare alium elegerit, præsens per se nõ per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neq; vllus vnquam iudicetur antequam legitimos accusatores præsentes habeat, & locum defendi accipiat ad abluenda crimina. Curan dũ quoq; est ne ira cuiquã surrepat: faciatq; citius omne quod nõ licet.

Felix 2. cap. 3. decreti sui.

ITEM Felix pa. Anast. & omnib. orientalib. episc.

Vi aut timore electi, aut suis rebus expoliati, ad synodũ nõ vocentur 4

SI primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tẽpore legitimo eos ad synodũ canonicè antea conuocatã, nõ intra angusta tempora canonicè cõuocent, & nõ prius quã eis per scripta significent quid eis opponitur: vt ad respõsionẽ præparati adueniãt. Nam si aut vi aut timore electi, aut suis rebus expoliati fuerint: nec canonicè ad synodũ vocari possunt: nec respõdere æmulis debẽt antequã canonicè restituãtur, & oĩa sua legaliter eis reddãtur. His auctoritatibus euidentissimè datur intelligi, quòd nisi quis canonicè vocatus fuerit: etiam si aliqua occasione ad synodum veniat: suis nullatenus cogitur respõdere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quãdo seruato dierum interstitio secundum auctoritatem B. Siluestri, causæ suæ literis adesse iubetur: quibus quid ei obiiciatur, auctoritate Felicis papæ significari oportet.

GRAT.

QVAESTIO III.

AN PER PROCVRATOREM CAVSAM SVAM AGERE VALEAT, QVI PER SEIPSVM CAVSAE SVAE ADESSE NON POTEST.

GRAT.

QVòD autẽ per procuratorẽ causam suã agere valeat, qui impeditus causæ suæ adesse non valet, auctoritate Romanæ synodi, quæ tempore Hadriani papæ celebrata est, probari videtur: in qua sic statutum legitur.

Felix pa. 1. epi. 2. ad episcopos Gallie.

Pro se legatum ad synodum mittat, quem grauis necessitas premit. 1

SI ægrotãs fuerit episcopus, aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodũ mittat, nec à communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suã dicendã venire electorũ iudicum die statuta literis euocatus nõ occurrerit: hoc est, nisi eum aliena præoccupauerit necessitas, intra spatium duorum vel trium mensium vel eo amplius: prout causa dictauerit. Codi. libr. ix. titu. de accusationibus & inscriptionibus Imperator Alexander Aug.

Titulo 2. leg. 3.

GRAT. Reos capitalium criminum absentes etiã per procuratores defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt.

GRAT. Ecce quòd episcopus impeditus & causæ suæ adesse non valens,

M.E.C.D. 2017

» valens, legatum pro se iubetur ad synodum mittere: sed lega-
» tus iste non ad causam agendum, sed ad necessitatem per præ-
» sentiam suam synodo exponendam mittitur, qua impeditus
» episcopus synodo præsentiam suam exhibere nõ valuit. Cau-
» sam autem (maximè criminalem) nulli nisi per se agere licet.

VNDE Hadrianus papa ait.

Criminaliter accusans vel accusatus, per se experiatur.

IN criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest: nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur. ITEM Anacletus papa. 2 *Iuo id refert ex eod. li. 4. de accusationibus.*

In omnibus causis, præterquam in criminalibus, episcopi & sacerdotes pro se aduocatum habeant.

QVia episcopus vniuersiq; sacerdotes ad solam laudẽ Dei, bonorumq; operũ actiones constituuntur, debet vnusquisque eorũ tam pro ecclesiasticis, quàm etiã pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere aduocatum non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis & laudabilis artis inuentum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. 3

QVAESTIO IIII.

AN ABSQVE SYNODALI AVDIENTIA SIT DAMNANDVS.

» QVòD autem absque synodali audientia damnari non
» debeat, authoritate Iulij papæ probatur, qui ait. GRAT. *Epist. 1.*

Nisi in legitima synodo episcopus iudicari vel audiri nõ debet. 1

NVllus episcopus nisi in legitima synodo & suo tempore apostolica auctoritate cõuocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur vel iudicetur vel dãnetur. Si autem aliter à quibusdam præsumptum fuerit, in vanum deducatur quod egerint: nec inter statuta ecclesiastica vllo modo reputetur. ITEM Zepherinus vrbis Romæ archiepiscopus omnibus episcopis.

Episcopus accusatus à duodecim audiatur, causæ verò finis ad sedem apostolicam deferatur. *Epist. 1. ad episcopos Siciliæ.*

DVodecim iudices quilibet accusatus episcopus (si necesse fuerit) eligat, à quibus eius causa iudicetur: nec prius audiatur aut excõmunicetur vel iudicetur, quã ipsi per se eligãtur: & regulariter vocatus ad suorũ primo conuentũ episcoporũ, per eos causa eius iustè audiatur, & rationabiliter decernatur. Finis verò causæ suæ ad apostolicã sedẽ deferatur, vt ibi determinetur: nec antea finiatur, quam eius auctoritate fulciatur. Quòd verò absq; synodali audientia episcopus damnari prohibetur, sine præiudicio Romanæ sedis oportet intelligi: quæ sua auctoritate quosq; valet damnare, vel dãnatos absoluere. 2

M.E.C.D. 2017

Vnde Gelasius papa: Ipsi sunt canones, &c. infrà causa ix. Sententia excommunicationis notatus. Item Hadrianus. Saluo Romanæ ecclesiæ in omnibus primatu, manifestum est quòd illa quæ sunt per vnamquamq; prouinciã, ipsius prouinciæ synodus dispensẽt, sicut in Niceno decretũ constat esse cõcilio. Cùm verò accusatus ad concilium venerit: quicquid cõsidentium consultationibus agitur, aut quod ab accusantium parte proponitur, nõ cõtentiosis vocibus, sed mitissima verborũ relatione proferatur. VNDE in Toletano conc. xj. legitur.

Cap. 1.

In cognitione causarum contentiosi locum non habeant. 3

Citatur in formula celebrãdi concilij.

IN loco benedictionis cõsidentes domini sacerdotes nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare: nullus etiã fabulis vanis vel risibus agi: &(quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim (vt Apostolus ait) putat se religiosum esse, non refrænans linguã suam, sed seducẽs cor suũ: huius vana est religio. cultum enim suum iustitia perdit quãdo silentia iudiciorum obstrepentium turbo confundit: dicente propheta: Erit cultus iustitię silentiũ. Debet ergo quicquid aut cõsidentium consultationibus agitur, aut ab accusantiũ parte proponitur: sic mitissima relatione verborum proferri, vt nec contẽtiosis vocibus sensus audientium perturbent, nec iudicij vigorem tumultu eneruent. Quicunq; ergo in conuentu concilij hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit: & contra hæc interdicta aut tumultu aut cõtumeliis vel risibus conciliũ perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictũ quo præcipitur: Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium: cum omni dedecore de confessione abstractus à communi cœtu secedat, & triũ dierũ excommunicationis sententiam ferat.

Iac. 1.

Esaiæ 32.

Proverb. 22. b

QVAESTIO V.

AN IDEO ALIQVIS HABENDVS SIT INIMICVS, QVIA CRIMEN ALTERIVS INDICAT.

GRATIA. Epist. 109. ad monachas.

NVNC autem quæritur, an sit aliquis iudicandus maleuolus: quia crimen alterius indicat. "
"

DE hoc scribit B. Augustinus dicens.

Magis nocet qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat. 1

NOn vos iudicetis esse maleuolos quando crimen alterius indicatis. magis quippe nocentes estis non indicãdo crimen, quàm si fratres vestros quos indicãdo corrigere potestis, tacẽdo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habeat in corpore quod vult occultari cùm timet secari: nónne crudeliter à te siletur, ac misericorditer indicatur? quãto ergo potius debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde.

IDEM

M.E.C.D. 2017

IDEM ad Vincentium Donatiſtam & Rogatiſtam. Epiſt. 48.

Nec qui parcit eſt amicus: nec qui verberat, eſt inimicus. 2

NOn omnis qui parcit, amicus eſt, nec omnis qui verberat, inimicus eſt. Meliora enim ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. melius eſt enim cũ ſeueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiã negligat, quàm eſurienti panis frãgatur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicũ excitat, ambobus moleſtus ambos amat. Quis poteſt nos amplius amare q̃ Deus? & tamẽ nos nõ ſolũ docere ſuauiter, verumetiã ſalubriter terrere non ceſſat. fomentis lenibus quibus deus oẽs conſolatur, ſæpe etiã mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungit. Exercet famæ patriarchas etiam pios & religioſos: populũ contumacẽ pœnis grauioribus agitat. non aufert ab Apoſtolo ſtimulũ carnis tertio rogatus: vt virtutẽ in infirmitate perficiat. & infra. Noueris aliquãdo furem auertendis pecoribus pabulũ ſpargere, & paſtorẽ aliquando flagello ad gregẽ pecora errãtia reuocare. 2.Cor.12.

ITEM ex ſermone Ambr. qui ſic incipit: Amarior fortaſſe. Serm. 84.

Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur & corripitur. 3

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed aliquandò caſtigat; ergo quando caſtigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt cùm amatis amariſſimè inferũtur. dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quàm blãda remiſſio. Vnde ait propheta: Dulciora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Prou.27.a

» Ex his verbis datur intelligi, quòd magis confert vtilitati GRATIAN.
» fraternæ qui crimen accuſando vel indicando proſequitur,
» quàm qui celando fouere nititur. Euſebius autem contra ſta-
» tuere videtur, dum aliorum crimina ſpontè cõfitentes in epiſ-
» coporum accuſatione recipi prohibet dicens.

Ad accuſationẽ nõ admittantur aliorũ crimina ſpontè confitentes. 4 Epiſt. 1. ad epiſcopos Galliæ.

ILli qui aut in fide catholica, aut in inimicitia ſuſpecti ſunt: ad pulſationẽ epiſcoporũ non admittantur, nec illi qui aliorum crimina ſpontè cõfitentur. Et ideo replicanda eſt ſolicitè veritas, quam ſpontè prolatã in illis vox habere nõ poteſt: hãc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora ſubiiciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter & veraciter exquirantur. ITEM in Prouerb. 5 Prouerb.XI.b

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Item infra. Quæ viderũt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Ibidem.

» Sed aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre: vt quos GRATIAN.
» ſecreta admonitione corrigere non poſſumus, conuictos iu-

M.E.C.D. 2017

dicis ſententia corripiat, atque aliud inſidiando falſa obiicere, vel inſultando vera facilè exprobrare. Illud verò charitatis: hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdem prouerbiis dicitur. Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos. & ℣. Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. Item. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. Item. Qui cuſtodit os ſuũ, cuſtodit animam ſuam. qui autem inconſiderate loquitur, ſentiet mala. Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit & confundetur. Item. Auguſt. in Pſal. xxxiij. Si aliquando humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouentur, inſurgunt linguę iniquiſſimorũ inimicorũ: cum fuiſſet miſerendum, irrident impij, vnde dolent pij.

Prouerb. 21.

Au. ad pſ. 37. ad verſum: Quia dixi nequando.

QVAESTIO VI.

QVA POENA SIT PLECTENDVS QVI QVOD INTVLIT, PROBARE NON VALET.

QVI autem quod intulit, probare non valet: puniendus eſt. VNDE Hadrianus papa ait.

Puniatur, qui aliis falſa intulerit. 1

OMnis qui aliis falſa intulerit, puniatur, & pro falſitate ferat infamiam. ITEM Gregor. papa.

De eodem. 2

QVi calumniã illatã nõ probat, pœnã debet incurrere, quã ſi probaſſet, reus vtiq; ſuſtineret. IDEM in regeſto.

Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. 3

QVia iuxta patrum ſententias canonicas qui calumniam illatam non probat, pœnã debet incurrere: ac per hoc quia ſubdiaconus crimen diacono probare non potuit, quoniã impoſitionem manus (qua carere potuiſſet) non habuit: nõ ſolũ ſacerdotio, ſed officio caruit, & tanquam reuera infamis meruit verberibus caſtigari. Nam cui cum tribus teſtibus veluti laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum quod obiicit dum probare non ſufficit, ſi corporali infamiæ quemadmodũ laicus ex iuris ſimilitudine ſubiugatur, quod enim eſſet diacono gradũ omittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe. Cod. lib. j. tit. de epiſcop. & clericis, Imperator Theodoſius. Presbyteri citra iniuriam quæſtionũ teſtimonium dicant: ita tamen, vt falſa nõ ſimulẽt. Cæteri verò clerici qui eorundem gradum vel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt audiantur: ſalua tamen ſit litigatoribus falſi *accuſatio, ſi fortè presbyteri qui ſuo nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti: hoc ipſo quod

Leg. 8. 2. pars. Cap. 4.

*actio,

M.E.C.D. 2017

quod nihil metuunt, vera suppresserint. multo magis etenim pœna sunt digni quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si occulto inueniuntur in crimine.

Item constitutione iij. col. ix. Presbyteri seu diaconi si falsum testimonium dixerint, si quidem in re pecuniaria, diuino ministerio duntaxat per tres annos separati monasterio tradãtur. si in criminali clericatus honore nudati legitimis pœnis subiiciantur. Cæteri verò clerici communi iure officio ecclesiastico pulsi, sine delectu causæ legitimè coerceantur. *Cap. 5.*

IDEM Ianuario episcopo. *Idem Gre. epist. 24. lib. 3. 3. pars.*

Ad sanctæ communionis ministerium non accedat, qui crimen illatum non probat. 6

EPiphanium presbyterum quorundã sacerdotum literis criminaliter accusatum, cuius nos (vt valuimus) causas discutientes, nihilq; in eo obiectorum reperientes: vt ad locum suũ reuerteretur absoluimus. criminis ergo auctores volumus te perscrutari: & nisi is qui eandem transmisit epistolam, paratus fuerit hoc quod obiecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere: nullatenus ad sanctæ communionis †ministerium accedat. †*mysterium*

ITEM ex decreto Hadriani papæ.

Qua pœna delator sit feriendus. 7

DElatori autem lingua capuletur: aut cõuicto caput amputetur. Delatores autem sunt qui inuidia produnt alios.

ITEM ex concilio Elibertano. *Cap. 73.*

De eodem. *Palea.* 8 *Extant in veteribus sub palearum notis.*

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationẽ eius aliquis fideliũ fuerit proscriptus vel interfectus: placuit non nisi in fine accipere communionem. si leuior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionẽ. si catechumenus fuerit, post quinquennium admittitur ad baptismum.

ITEM ex octaua synodo.

Qui innocentem falso crimine maculauerit, sacerdotis arbitrio pœnitentia diuturnæ purgetur. *Palea.* 9

SI quis falsum dixerit, vel personam innocentis falso crimine maculauerit: iuxta sacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur. ITEM ex conc. Agathen. *Cap. 32.*

A communione coërceatur vel secularis vel laicus, qui ecclesiam vel clericum per calumniam fatigauerit. 10

SI quis verò sæcularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare præsumpserit, & conuictus fuerit: ab ecclesiæ suæ liminibus, & à catholicorum cõmunione (nisi dignè pœnituerit) coërceatur.

M.E.C.D. 2017

CAVSA VI.

GRATIA. DVo fornicatores, & infamia notati quendam religiosum episcopum de simonia accusare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiscopi iudicium expetit: tandem in probatione deficit accusator: reus cogitur ad suæ innocentiæ assertionem.

1 Quæritur primo, an crimine irretiti, vel infamia notati ad huius accusationem sint admittendi?

2 Secundo, si episcopus in eos accusationẽ vertere voluerit: an simplici assertioni suæ sit fides adhibenda?

3 Tertio, si liceat sibi expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciæ?

4 Quarto, cuius iudicium sibi sit expetendum, si circa suam sententiam episcopos suæ prouinciæ discordare contigerit?

5 Quinto, si in probatione deficit accusator: an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ?

QVAESTIO I.

AN CRIMINE IRRETITI VEL INFAMIA NOTATI AD ALICVIVS ACCVSATIONEM SINT ADMITTENDI.

QVòd autem crimine irretiti alios accusare non possint, Anacletus papa testatur dicens.

Epist. 2. episcopis Italiæ.

A criminosis sacerdos accusari non permittitur. 1

SI sacerdos sine crimine eligi præcipitur, nullatenus à criminosis accusari aut calumniari permittitur: nec ab aliis quàm ab his qui sine crimine sunt, & iuxta electionem canonicam sacerdotes ordinari possunt: & tales per omnia inueniuntur quales sacerdotes eligi iubentur.

ITEM Hadrianus papa.

Infames & qui culpis exigentibus ad sacerdotium prouehi non possunt, sacerdotes non accusent. 2.

OMnes verò infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant: & omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium nõ possunt prouehi. indignum est enim vt illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt: quoniã sicut maiores à minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt.

Fabian. epist. 2. epis. oriental.

ITEM Fabianus papa.

Infames sunt qui regnum Dei consequi non valent. 3

Gal. 5. d.

ILli qui illa peccata perpetrãt, de quibus apostolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur: valde cauendi sunt: & ad emẽdationem (si voluntariè venire noluerint) cõpellendi sunt: quia infamiæ macula sunt aspersi, & in barathrum dilabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. Similiter & illi de quibus ipse ait, cum huiusmodi nec

M.E.C.D. 2017

di nec cibum ſumere,quia infamia ſunt notati antequã ſacerdotali auctoritate curentur, & gremio ſanctæ matris eccleſię redintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. I D E M. I. Cor. 5. d. Idẽ Fabi. epiſ. 1.

Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur. 4

OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos apoſtolus commemorat dicens: Cum his nec cibum ſumere: & ante ſatisfactionem eccleſiæ non ſunt recipiendi. I. Cor. 5. d.

I T E M Clemens papa Iacobo Metropolitano epiſcopo. Epi. 1. ad Iacobũ fratrem domini

Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent. 5

BEatus Petrus homicidas & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab epiſcoporum vexatione & accuſatione dicente domino prohibebat, & non niſi à coęqualibus aliquid ſibi inferri debere docebat. Infames etiam omnes quos[a] primates & leges ſæculi nõ recipiunt, ſed & laicos ab eorũ accuſatione & vexatione ſemper repellere debere rogabat: & cũctos ſubditos eſſe præcipiebat: cũctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem ſanctioremque, ac diſcretã à ſecularibus & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales atque ſacerdotes ſuper carnales ac laicos ſemper conſtituere, & fore dicebat debere: quoniã pro minimo eſſe nobis debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur, vel ab humano die. Maiores verò à minoribus, nec accuſari vel iudicari nullatenus poſſe dicebat: quoniam hoc non ſolum diuinas, ſed etiam leges ſæculi inhibere docebat. I T E M Hadrianus papa. 1. Pet. 1. & 2.

a hæc primatum mentio ſatis arguit has epiſtolas eſſe adulterinas & commentitias.

Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt. 6

QVi crimen intendit, agnoſcendum eſt ſi ipſe ante non fuerit criminoſus: quia periculoſum eſt: & admitti non debet rei aduerſus quemcunque profeſſio. teſtes autem ſine aliqua ſint infamia vxores & filios habẽtes, Chriſtũ omnino prędicantes. Nõ ſolum autẽ criminoſi, ſed etiã quilibet alij ab accuſatione epiſcoporũ repellũtur. V N D E Anacletus papa ait. Epi. 1. de oppreſſione epiſcoporũ.

Deo non placet qui ſeruos ſuos accuſat. 7

SI omnia in hoc ſæculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborat impẽdijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideoq; ſi aliquis putat ſe in hoc Deo placere, quòd ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere; in vanum laborat, & plus inuidiæ ſtimulis agitatur quàm charitatis: quoniã diuinæ gratiæ plenitudo adiectione humana non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. I T E M Teleſphorus papa. Epiſt. decretali.

Populus ſacerdotes arguere vel increpare non valet. 8

SAcerdotes qui proprio ore corpus domini conficiũt, ab omnibus ſunt obediendi & timẽdi, non dilacerandi aut detra-

M.E.C.D. 2017

hendi: quia à quibus ſe domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit, nullatenus eos debet arguere: nec vulgus in eorũ accuſatione ſuſcipi debet. populus enim ab eis docẽdus eſt & corripiẽdus. nõ ipſi ab eo: quia nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. dei ergo ordinationẽ accuſat, qui eos qui ab eo cõſtituuntur ſacerdotes accuſat, vel damnare cupit. Idem. Hi qui nõ ſunt idonei, nõ ſuſcipiantur ad accuſationẽ: ſed omnes qui aduerſus patres, id eſt ſacerdotes armantur, infames eſſe cẽſemus. Patres, enim omnes, id eſt ſacerdos, venerãdi ſunt, nõ reſpuendi aut accuſandi, vel inſidiãdi aut infamãdi. ITEM Pius papa.

Luc. 6. f.

Epiſt. 1.

De eodem. 9

OVes paſtorem ſuum non reprehendant: plebs epiſcopũ nõ accuſet: nec vulgus eum arguat: quia nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Epiſcopi enim à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis aut prauæ vitæ hominibus nõ ſunt accuſandi, aut arguẽdi, aut lacerãdi, & infra. Nemo bonum faciẽs, alteri verbo aut facto nocere vult: quãto minus in ſuſpicione debet venire fidelis homo vt dicat aut faciat ea quę pati non vult: quia omnis ſuſpicio potius eſt repellenda quàm apptobãda vel recipiẽda. Ipſa autẽ detractio licet ex vitio detrahentiũ ſit: tamẽ iuſto dei iudicio nonnunquã aduerſus bonos excitatur: vt quos vel domeſtica pręſumptio, vel aliorũ fauor in altũ extulerat, detractio humiliet. VNDE Ambroſius.

Ambroſ. ad cap. 22. Luc. in commenta.

Ne quis de ſe præſumat, lingua malorum ex dei præcepto contra eum excitantur. 10

IMitare Petrum tertio dicentem: Domine tu ſcis quia amo te. Etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte: cõfitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt, vt ſciamus neminẽ iactare ſe debere. nã ſi Petrus lapſus eſt quia dixit. Et ſi alij ſcadalizati fuerint in te, ſed ego non: quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid quia dixerat: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternũ: eã ſibi iactantiã obfuiſſe confitetur dicens: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. ITEM Gregorius.

Ioan. 21. d.

Matc. 14.

Pſalm. 29.

Greg. Theoriſta patriciæ. epi. 49 lib. 9.

Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorũ contra eos inſurgunt. 11

SVnt plurimi qui vitam bonorũ fortaſſe amplius quàm debent laudant, & neque elatio de laude ſurrepat, permittit omnipotens deus malos in obtrectationem & obiurgationẽ prorumpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hic eſt quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur inter infamiam & bonam famam: qui etiam dicit, Vt ſeductores & veraces.

2. Cor. 6. b.

GRATIAN. Verum hac auctoritate prohibẽtur ſpirituales à carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodẽ capitulo ſubiunxit dicẽs: Capite lan-

M.E.C.D. 2017

languescente facilius reliqua corporis mẽbra inficiuntur, sicut scriptum est: Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vsq; ad verticem nõ est in eo sanitas. Quapropter manifestum est diabolum (qui sicut leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret) cordibus plebiũ suadere, vt doctoribus atq; pastoribus suis detractiones irrogent, vel eos accusent, vt plebes languescentes nõ tenẽtibus pastoribus frena eorũ lasciuiãt atq; in ima ruant: vt saltẽ sic periclitari possint. Multũ vero distant dãna morũ à dãnis rerũ tẽporalium: cũ ista extra nos sint: illa verò in nobis. & infrà. Peius malũ fore non existimo, quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus. *Esa.1.b.* *1.Pet.5.b.*

HINC etiam Felix secundus ait. *Episcopis in Alexandrina synodo congregatis.*

Deo rectè famulantes persequi non licet. 12

QVIescite (inquit sancta synodus Nicæna) & nolite persequi eos qui rectè Deo famulantur, & syncera voluntate superna dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiugantur: quia non decet vt carnales spirituales persequantur.

ITEM Gregorius. *Anacletus papa epis.3. omnibus scribens.*

Subditi prælatos suos accusare non debent. 13

EX merito plebis nonnunquã episcopi deprauãtur, quatenus procliuius cadant qui sequũtur. Capite languescẽte cætera corporis mẽbra inficiũtur. Deteriores sunt qui vitã moresque bonorũ corrũpunt, his qui substantias aliorũ prędiaq; diripiũt. Caueat itaq; vnusquisq; ne aut linguã, aut aures habeat prurientes, id est ne aut ipse alijs detrahat, aut alios detrahẽtes audiat. Sedens (inquit propheta) aduersus fratrẽ tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalũ, &c. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant quia cuncti qui de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium singulorum sit, dilectissimi non solùm oculos castos seruare, sed & linguam: nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus vnquam per eos nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbę: nec cuiquam machinentur dolos & serpẽtis astutiam: ne aliorum supplantentur insidiis. Item Lucius papa. *Psalm.49.* *Episcopis Galliæ & Hispaniæ scribens.*

Bonus nocere non cupit.

SApiens non est omnis qui nocet. ITEM Anacletus papa. *Anacletus epi.3*

Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. 14

DEteriores sunt qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorũ prædiaq; diripiũt. ipsi enim eaque extra nos sunt, licet nostra sint auferunt: nostri quoque detractores & morũ corruptores nostrorum: siue qui aduersus nos armantur, propriè nosipsos decipiunt, & ideo iustè infames sunt: & merito ab ecclesia extorres fiunt. pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur ecclesiæ: vt procliuius cor-

M.E.C.D. 2017

Epist. 3. corruant qui sequuntur. ITEM Alexander papa.

De eodem. 15

1. Ioan. 3. c. SVmma iniquitas est fratres detrahere & accusare. vnde scriptum est: Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.

2. pars. GRATIAN. Patet ergo (vt præmissum est) quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

Cùm itaque criminosi & infames ab accusationibus prohibentur, videndum est quos canonum sacra auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Hilario dicens.

Epist. 1.

Quæ personæ infames habeantur. 16

INfames esse eas personas dicimus, quę pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui Christianę legis normã abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnũt: similiter fures & sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos: sepulchrorum quoq; violatores: & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notãtur: similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis fugiẽtes, & qui indigna sibi petũt loca tenere, aut facultates ecclesiæ auferũt iniustè: & qui fratres calumniantur aut accusant & non probãt, & qui contra innocentes principũ animum ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis scelerib⁹ ab ecclesia repulsos, & omnes quos ecclesiasticæ leges vel seculi infames pronũciant. Hi nimirũ omnes nec serui ante legitimã libertatẽ: nec pœnitẽtes, nec digami, nec illi qui curiæ deseruiunt, vel non sunt integri corpore, aut sanã non habent mẽtem vel intellectum, aut qui inobedientes sanctorum patrum decretis existunt: aut qui furiosi manifestantur: hi omnes inquã nec ad sacros gradus debẽt prouehi, nec isti, nec suspecti, nec liberti, nec rectam fidem vel dignã conuersationẽ non habentes summos sacerdotes possunt accusare: nec ad accusationẽ seu ad testimonium vllatenus iustè possunt recipi. ITEM Fabianus papa.

Infamis efficitur qui sciens peierare præsumit. 17

3 pars. QVicunque sciens se periurauerit, xl. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat: & nunquam sit sine pœnitentia, & nunquã in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc recipiat. ITEM Eusebius papa.

Epist. 1. ad episcopos Galliæ.

Accusatores & personas quas leges seculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repellunt.* 18

* al. Accusationes. NOs sequentes patrum vestigia pro saluatione seruorum dei, quascunque ad accusationes personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiã submouc-

M.E.C.D. 2017

mouemus: & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur.

GRATIAN.

„ Sed licet infames ab accuſatione epiſcoporum prohibean-
„ tur, nõ tamen iſti ab huiuſmodi accuſatione prohibendi ſunt,
„ hæreticos namq; accuſare infamibus non prohibetur: vt ſuprà
„ patuit in eadem cauſa, vbi de accuſatione minorum aduerſus
„ maiores diſputatum eſt. IDEM.

De eodem. 19

CVm maiores ſciẽtia & moribus à minoribus accuſari prohibeantur: non ęquales ab æqualibus, vel minores à maioribus ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: cũm hæreticus catholico minor ſit. Sed hoc an generaliter accipiendum eſt, Auguſtinus non diffinit dicens.

Aug. lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas. cap. 5.

Dubium eſt an ſciẽs auarus, an neſciens hæreticus grauius peccet. 20

QVæro ergo quis peccet grauius: an qui neſciens hęreſim incurrerit: an qui ſciens ab auaritia, id eſt ab idololatria non receſſerit? ſecundum illam regulã qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur, auarum conſcientia vincit in ſcelere. Sed ſi fortè hoc faciat in hæreſi ipſius ſceleris magnitudo, quod facit in auaritia ſcientis admiſſio: hæreticus neſciens auaro ſcienti coæquatur. Item vtrum catholicum peſſimis moribus, alicui hæretico, in cuius vita præter id quod hæreticus eſt, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus: non audeo pręcipitare ſententiam.

Cap. 20. eiuſdẽ.

4. pars.

GRATIAN.

„ Verùm hoc Auguſtini & illud de infamium accuſatione de
„ his intelligendum eſt, quos conſtat eſſe hæreticos: non de his
„ qui ſe negant in hæreſim lapſos. Hic autem in omnibus reli-
„ gioſus apparens, dum ſe negat hæreticæ cõmunionis aliquan-
„ do macula infectum, infames atque alios huiuſmodi à ſua ac-
„ cuſatione ipſe repellit. Hæc licet ratione niti videantur, exem
„ plo tamen læſæ maieſtatis vana intelliguntur: ad cuius accuſa-
„ tionem dum ſocius initæ factionis admittitur, non quæritur
„ an cogitare cõtra animam principis ſit maieſtatem lædere,
„ ſed an aliquis de nece eius tractauerit.

VNDE imperatores Honorius & Arcadius in nono libro Codic. titu. ad leg. Iul. maieſt. ſcripſiſſe leguntur. 21

Tit. 8. l. 5.

SI quis cum militibus vel priuatis, barbaris etiam ſceleſtam inierit factionem: aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, vel dederit de nece etiam virorum illuſtrium qui cõſiliis & cõſiſtorio noſtro interſunt, ſenatorum etiã (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) vel cuiuſlibet poſtremo qui nobis militat, cogitauerit (eadẽ enim ſeueritate voluntatem ſceleris qua effectum puniri iura voluerunt) ipſe quidem vtpote maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis. Filij verò eius quibus vitam imperatoria ſpecialiter lenitate

M.E.C.D. 2017

tate concedimus (paterno enim deberent perire ſupplico, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur) à materna & auita omnium etiam proximorum hæreditate ac ſucceſſione habeantur alieni: teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes & pauperes. infamia eos paterna ſemper comitetur: ad nullos vnquam honores, ad nulla penitus ſacramẽta perueniãt: ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatiũ: & vita ſuppliciũ. Deniq; iubemus etiã notabiles eſſe infamia ſine venia, qui pro talibus vnquã apud nos interuenire tẽtauerint. Sanè ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accẽſus ipſe prodiderit factionem, & præmio à nobis & honore decorabitur. Is verò qui vſus fuerit factione: ſi vel ſero, incognita tamen adhuc conſiliorum arcana patefecerit: abſolutione tamen ac venia dignus habebitur.

GRATIAN. Porrò ſimoniæ accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet: ſicut Leo imperator in primo lib. Codi. decreuiſſe legitur, titu. de epiſcop. & clericis. l. ſi quen. quam. quod de accuſatione non de pœna intelligi oportet.

Tit. 3. lib. 29.

Tit. 8. lib. 4. VNDE imperatores Valerius & Gratianus lib. ix. Codicis, titu. ad. l. Iul. maieſtatis. 22

NVllus omnino cui inconſultis ac neſcientibus nobis fidicularũ tormẽta offerũtur, militiæ, vel generis aut dignitatis defenſione vti ꝓhibeatur: excepta tamẽ maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æqua cõditio eſt. Sed cùm omnes illi aſſumãtur in hac accuſatione ſimoniæ qui poſſunt accuſare de crimine maieſtatis: cõſtat quòd ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus cõmiſerit illud: & ſic hic nõ denegatur hæreſis, ſed impetitur accuſatus an cõmiſerit hæreſim.

QVAESTIO II.

SI EPISCOPVS IN EOS ACCVSATIONEM VERTERE VOLVERIT, AN SIMPLICI ASSERTIONI SVAE SIT FIDES ADHIBENDA.

GRATIAN. QVòd autem quæritur ſi epiſcopus accuſatus in accuſatorem accuſationem vertere voluerit, an ſuæ ſimplici aſſertioni fides ſit adhibenda: facilè ſoluitur ſi ſanctorum patrum auctoritas diligenter inſpiciatur, vt enim ſancti patres diffiniunt, nullius perſonæ quantumlibet exercitatę confeſſioni fides eſt adhibenda niſi competentes probationes adhibeat.

Cap. 29. ITEM in Carthagin. concil. iiij. legitur.

Epiſcopus alicui crimen obijciens in ſynodo probet quod obijcit. 1

EPiſcopus ſi clerico vel laico crimen impoſuerit, deducatur ad probationẽ in ſynodum. Sed obijcitur: ſi ſe ſolum alieni ſce-

M.E.C.D. 2017

ni sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non valet. quid ergo tunc sibi faciendum sit.

Ex concilio Varensi sic definitur. Cap. 8. conc. Vasensis.

Episcopus non proferat quod probare non potest. 2

SI tantum episcopus alieni sceleris se consciū nouerit, quàm diu probare non potest, nihil proferat: sed cum ipso ad compunctionē eius secretis correctionibus elaboret. Quòd si fortè correctus pertinacior fuerit, & se communioni publicę ingesserit: etiam si episcopus in redarguēdo illum quem reū iudicat in probatione deficiat indemnatus (licet his qui nihil sciuerunt, secedere ad tempus pro personæ maioris auctoritate iubeatur) ille tamen quandiu nihil probare potest, in cōmunione omnium præterquam eius qui eum reum iudicat permanebit. ITEM ex concilio Africano. Cap. 99.

De episcopo qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. 3

PLacuit vt si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget: non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere quòd illi soli non creditur: & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare: quandiu excommunicato non cōmunicauerit suus episcopus, tandiu eidem episcopo ab aliis non cōmunicetur episcopis: vt magis caueat episcopus ne dicat in quenquam quod aliis documentis conuincere non potest.

QVAESTIO III.

SI LICEAT SIBI EXPETERE IVDICIVM ARCHIEPISCOPI ALTERIVS PROVINCIAE.

„ IVdicium verò archiepiscopi alterius prouinciæ alicui ex-
„ petere non licet. VNDE Greg. ait.

Alterius parœcianum alicui iudicare non licet. 1

SCriptū est in lege: Per alienā messem trāsiens falcē mittere nō debes: sed manu spicas cōterere & māducare. Falcē. n. iudicij mittere nō pores nec debes in eā segetē quę alteri videtur esse cōmissa: sed per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum expoliare paleis: & in ecclesiæ corpus admonendo & persuadendo & quasi mandendo conuertere. GRATIAN.

ITEM Pelagius papa omnibus episcopis. Pelag° 1.

Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat.

SCitote certam esse prouinciam quæ habet decem aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Metropolitanū, aliosq; suffraganeos x. vel xj. episcopos iudices, ad quorū iudiciū omnes causæ episcoporum & reliquorum sacerdotum ac ciuitatum referantur: vt ab his omnibus iustè & cōsona voce decernatur: nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi sunt apellatū.

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde non oportet vt degradetur vel dehonoretur vnaquæque prouincia, ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos ſingulos, videlicet ſecundum ordines ſuos : & quicunq; cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & nō ab alienis, id eſt, à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis, niſi (vt iam eſt prælibatum) à iudicandis fuerit appellatum.

ITEM Nicolaus papa.

Non aliorū, ſed primatis ſui iudicio quiſq; ſe ſubiiciat epiſcopus. 3

DEnique Suffredus ſi tale in ſe crimen nouerat quo rectè poſſet epiſcopatu priuari: vel infirmitate ſe ſentiebat forſitan prægrauari, qua impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe: is primatis ſui debuerat & nō aliorum diœceſeos antiſtitum præſtolari iudicium. Quòd ſi quælibet ambiguitas vel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione vel epiſcopatus abrenunciatione oborta fuiſſet cōtentio, ex more ad apoſtolicam ſedem referri cōuenerat, & noſtra in his omnibus debuerant cūcti decreta penitus expectare : quod quia omiſſum eſt hactenus, dolemus. Dilectiſſimi igitur gloriā veſtram vehemēter efflagito, vt iā dictus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur epiſcopio: & hic ſi aliquid reprehenſione dignū geſſit, poſtea vel correctione, vel digna animaduerſione diffinietur. Eſt tamē caſus in quo epiſcopus alterius parœcianū excō. municare valet. VNDE in conci. apud Compendium.

Quando epiſcopus parœcianum alterius excommunicare valet. 4

PLacuit pro cōmuni vtilitate, vt nullus epiſcoporum grauiter ferat, ſi eius parœcianum pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit. ITEM ex conci. Meldenſi.

De eodem. [a] *Palea.*

a extat in manuſcrip. ſub nota Paleæ.

DE illis autem qui intra parœciam beneficium aut hæreditatem habēt, & alterius epiſcopi parœciani ſunt, & de loco ad locū iter faciunt, & rapinam & deprędationes peragunt, placuit vt excōmunicentur, nec antè ex parœcia exeant, quàm quæ patrarunt dignè emēdent: quorum excommunicatio ſeniori eorum & proprio epiſcopo ſignificanda eſt: ne eos recipiat antequam illuc redeant vbi rapinam fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

QVAESTIO IIII.

CVIVS IVDICIVM SIT EXPETENDVM, SI CIRCA SENTENTIAM EPISCOPOS PROVINCIAE DISCORDARE CONTIGERIT.

GRATIAN. Cap. 14. conc. Antiocheni.

PORRÒ cuius iudicium ſibi expetendum ſit ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in Laodicenſi concilio ſic inuenitur diffinitum. "

A quo

A quo sit ferenda sententia quando cõprouinciales episcopi discordant. 1

SI quis episcopus criminaliter in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem episcopos prouinciæ qui cõuenerint, diuersas habere sententias: & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum: propter huiusmodi controuersiam amputandam, placuit sanctæ synodo metropolitanũ episcopũ alterius prouinciæ vicinæ aduocari: & aliquantos cũ eo episcopos alios: qui pariter residentes quicunque fuerint, dirimant quæstionem: propter hoc, vt sit firmum iudicium quod ab vnius prouinciæ episcopis fuerit promulgatum.

ITEM ex concilio Martini papæ.

Cap. 13. li. Martini ex synodis Græcorum.

Quando iudices electi de sententia inter se discordes extiterint, de vicina prouincia archiepiscopus aduocetur. 2

SI quis episcopus in aliquibus iudicatur, & viderit ipsos episcopos qui in prouincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, ita vt alij videantur eum qui iudicatur, iustificare: alij cõdemnare: pro definitione huius dissensionis hoc placuit sanctæ synodo, vt de prouincia vicina alter metropolitanus vocetur episcopus, vt per eũ confirmetur quod secundum rectũ placuerit canonem. Nisi eadẽ prouincia primatẽ habuerit ad quem negocia quæ per metropolitanum terminari non valent: referenda sint. VNDE Bonifacius papa populis Galliæ.

Primati deferuntur negocia quæ metropolitanus explicare non valet. 3

SI inter episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit, de ecclesiastico iure, vel de alijs negocijs: primum metropolitanus eorũ cum alijs in concilio considerãs rem diiudicet: & si non aaquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas regionis inter ipsos audiat: & quod ecclesiasticis canonibus & legibus vestris consentaneũ sit, hoc definiat: & nulla pars calculo eius valeat contradicere. ITEM Alexander papa.

De eodem. *Palea.* 4

SI metropolitanus à quocunque comprouinciali episcopo in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima synodo negocij sui habeat licentiam exercendi: & quicquid per iustitiam à comprouincialibus fuerit statutum, debet custodiri. Sed si omnium comprouincialium concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis censura.

Extat in manuscri. sub Paleæ nota.

VNDE in Antiocheno concilio legitur.

Cap. 15.

Episcopus qui ab episcopis suæ prouinciæ consonam sententiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit. 5

SI quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis, acceperit vnam consonãq; sententiam: ab alijs vlterius iudicari non poterit: sed manere circa eam oportet tanquam conuenientem quæ ab omnibus prolata est firmam ratamque sententiam.

M.E.C.D. 2017

GRATIA. Subintelligendum verò est, nisi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.

VNDE Nicolaus papa ait.

Semel definitum retractari non licet, nisi vbi maior auctoritas fuerit. 6

QVod bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatū, nulla debet iteratione (nisi fortassis vbi fuerit maior auctoritas) retractari.

Cap. 4. ITEM ex concilio Sardicensi.

In renouatione iudicii, beati Petri memoria est habenda. 7

OSius episcopus dixit quòd si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putet se bonam causam habere: alterū iudiciū renouetur. Si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus: vt scribatur vel ab his qui examinauerunt: vel etiam ab alijs episcopis qui in prouincia proxima morantur, Romano episcopo. Et si iudicauerit renouandū esse iudicium, renouetur: & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur quæ acta sunt, quæ decreuerit Romanus episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo placet omnibus, statuatur. Synodus respondit, Placet.

QVAESTIO V.

SI IN PROBATIONE DEFICIT ACCVSATOR, AN REVS SIT COGENDVS AD PROBATIONEM SVAE INNOCENTIAE.

GRATIA. QVòd autem deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur: qui scribens Maximo ait.

Epist. 25. seu ca. 125. lib. 5. *Onus probationis reo non incumbit.* 1

QVòd autem postulas, vt illuc personam dirigere debeamus, qua de his quæ dicuntur, possit esse probatio: esset vtcunque excusabile si vnquam ratio ei qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. at postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit: ad nos (sicut præfati sumus) dilatione cessante venire non desinas.

GRATIA. ITEM. Accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet, Codi. lib. iiij. tit. de probationibus.

Titu. 19. leg. 23. *De eodem.* 2

ACcusator quod asseuerat profitendo se probare non posse, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cùm per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.

GRATIA. Hoc autem obseruandum est quando reum publica fama non vexat. tunc enim auctoritate eiusdem Gregorij propter scandalum remouendum famam suam reum purgare oportet.

CAV-

M.E.C.D. 2017

CAVSA VII.

QVidam episcopus longa infirmitudine grauatus, alium sibi sustitui rogauit: cuius precibus summus pontifex annuit, & quod rogauerat ei concessit. Postea verò conualuit idem episcopus: & quod prius fecerat, cupit rescindi. hic aduersus eum qui sibi accesserat, quæstionem mouet, suamque cathedram tanquam sibi debitam reposcit. GRATIAN.

1 Hic primum quæritur vtrum viuente episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari.

2 Secundò, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit?

QVAESTIO I.

VTRVM VIVENTE EPISCOPO ALIVS POSSIT IN EADEM ECCLESIA ORDINARI.

QVòd autẽ viuente episcopo alius superponi aut superordinari non possit, ex concilio apud Aruerniam celebrato definitum est: in quo legitur vt nullus viuente episcopo alius superponatur aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum quem capitalis culpa deiecerit. GRATIAN.

ITEM ex regesto Gregorij papæ ad Anatolium Constantinopolitanum diaconum.

Pro molestia corporis suo honore non priuetur episcopus. 1 *Gre. epist. 41. lib. 9.*

SCripsit mihi dilectio tua me reuerendissimo fratri meo Ioanni primæ Iustinianæ sedis episcopo pro ægritudine capitis quam patitur, episcopum præcipere succedere: ne fortasse dum episcopi iura eadẽ ciuitas non habeat (quod absit) ab hoste depereat. Et quidem nusquam canones præcipiunt vt pro ægritudine episcopi episcopus succedat, & ideo iniustũ est vt si molestia corporis irruat, honore suo priuetur ægrotus. Sed suggerendum est vt si quis in regimine ægrorat, dispẽsator illi talis requiratur, qui possit eius curam omnem agere: & locum illius in regimine ecclesiæ (ipso non deposito) conseruare: vt neque deus omnipotens offendatur, neque ciuitas neglecta esse inueniatur. ITEM in epistola ad Candidum. *Epist. 5. lib. 2.*

Flagellatis à domino, afflictio addi non debet. 2

CVm percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, dei iudicium in hoc ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.

ITEM Gregorius Clemẽtino episcopo primati Byzãceno. *Epist. 13. lib. 3.*

Infirmitatis causa loco suo quis priuari non debet. 3 *Maximiano episcopo Syracusano.*

PRæsentium latoris Adeodati querelam, qui se presbyteratus sui loco incongruè dicit expulsum: licet subditæ tibi

M.E.C.D. 2017

textus petitionis explanet, tamẽ paulò iudicauimus apertius retexẽdam. Asserit nanque à Quintiano fratre & coepiscopo nostro in loco suo quibusdam se suis ordinandis negocijs relaxatum: ægritudinisque causa per duorum mensium spatium suæ se ecclesiæ defuisse: cuius rei occasionem captantem prædictũ fratrẽ nostrũ, alium loco eius illic presbyterum ordinasse. Hortamur itaque fraternitatẽ tuam, vt cautam eius solicitè districteque perquiras: & si manifestæ ægritudinis (sicut dicitur) causa ecclesiæ suæ defuisse eum repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: sed in loco suo sine aliqua eũ fac dubietate restitui: & infrà. Illud autem charitatem tuam specialiter admonemus, vt si vera fuerit huius suggestio, atque in suo ordine fuerit restitutus: de presbytero qui in loco eius ordinatus est, subtiliter districteq; debeas esse solicitus: & si quidẽ sine datione aliqua ad eundẽ ordinẽ peruenerit, vt in simoniacã hæresim non potuisset incidere: in aliã quãcunq; vacantẽ ecclesiam eũ volumus ordinari. Sin autem in eum quippiã (quod auertat dominus) tale fuerit repertum, ipso etiam presbyteratus ordine priuetur: quem non causa replendæ necessitatis ecclesiæ, sed sola comprobatur ambitione suscepisse.

Iouianensi. ITEM Nicolaus papa Aluino Ianuensi archiepiscopo.

Pro infirmitate vel ægritudine pontifices non sunt abijciendi, nec in eorum locum alij substituendi. 4

POntifices qui aliqua occupãtur infirmitate vel ægritudine, abijciendi nõ sunt, nec alij in loco eorum cõsecrandi sunt, nisi ex hac fuerint luce subtracti. quòd si de ministerio sibi concesso conqueruntur, quæ licita sunt sacerdotes expleant. In his verò quæ his præsumere non licet, vicinorum vsque ad recipiendam sanitatem episcoporum auxilia subrogentur, & hoc cum cautelæ studio peragant: ne per necessitatis occasionem, præsumptionis pullulet ambitio. Episcopos verò qui dominici gregis suscipiunt curam atque solicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet: vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & triplicetur fructus.

Epi. 2. li. 4. ad Antonianum. ITEM ex epistola Cypriani episcopi & Martyris.

Viuente episcopo alius sibi succedere non valet. 5

FActus est Cornelius episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clericorum penè omnium testimonio, de plebis quæ tunc affuit suffragio, de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum consensu: cùm nemo ante se factus esset, cùm Fabiani locus, id est, cùm locus Petri, & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret: quo occupato, & de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione confirmato: quisquis iam episcopus fieri

M.E.C.D. 2017

fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt: nec habeat eccleſiaſticã ordinationem qui eccleſiæ non tenet vnitatem. quiſquis ille fuerit: licet de ſe multum iactans, & plurimum ſibi vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt: & cùm poſt primum eſſe non poſſit quiſquis qui poſt vnum qui ſolus eſſe debet, factus eſt: iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt.

ITEM eiuſdem.

Idem ad eundem eadem epiſtola.

Non eſt epiſcopus qui in locum viuentis irrepſerit. 6

NOuatianus epiſcopus non eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia à xvj. coepiſcopis facto, adulter atque extraneus epiſcopus fieri à defertoribus per ambitum nititur. Et cùm ſit à Chriſto vna eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa, item epiſcopatus vnus multorum epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & vbique coniunctã catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanam conatur eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos ſuos apoſtolos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat. Cumque iampridem per omnes prouincias & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti: ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſſit aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici ordinis compagem diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere: neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia feruere, incrementa verò habere non poſſe, nec augere quod illicitè cœperint, ſed ſtatim cùm praua ſua æmulatione deficere. & infra. Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, & ſacerdotum collegio ſeparat: epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem: qui epiſcopatus nec vnitatem voluit habere, nec pacem. IDEM ad Papinianum.

Cyp epiſt. 9. li. 4. ad Florentiũ Papianum.

Non eſt in eccleſia qui cum epiſcopo pacem non habet. 7

SCire debes epiſcopum in eccleſia eſſe, & eccleſiam in epiſcopo: & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe: & fruſtra ſibi blandiri eos qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam ſe communicare credunt: Quando eccleſia quæ catholica vna eſt, ſciſſa non ſit neque diuiſa. IDEM.

Idem ad Iubaianum.

Suo iuri quis cedere non debet. 8

QVàm periculoſum ſit in diuinis rebus vt quis cedat iuri ſuo & poteſtati, ſcriptura ſacra declarat: cùm Eſau primatus ſuos inde perdidit: nec recipere poſtmodũ potuit quod ſemel ceſſit. IDEM.

Gene 25. d. Cypr epi 6 lib. 1. ad Maonum

M.E.C.D. 2017

Perditionem sibi acquirunt, qui ab episcopis recedentes, vnitatem eccle-
sie scindunt. 9

DEnique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentum: & quàm sine spe sint,& perditionem sibi maximam de indignatione dei acquirant qui scisma faciunt & relicto episcopo alium sibi foris pseudoepiscopum constituunt: declarat scriptura diuina in libris Regū: vbi à tribu Iuda & Beniamin de-
3.Re.12.c. cem tribus scissæ sunt, & relicto rege suo, alterum sibi foris constituerunt. Et indignatus est (inquit) dominus omni semini Israel,& demolitus eos,& dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie sua: quia dissipatus est Israel à domo Dauid: & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabath. Indignatum esse dixit dominum, & eos in perditionem dedisse: qui ab vnitate dissipati alterum sibi regem constituissent. Tanta indignatio domini extitit aduersus illos qui
3.Reg.13. schisma fecerunt, vt etiam cùm homo dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret: panem apud illos edere, & aquam bibere vetaretur: quod cùm non custodisset,& contra præceptum domini prandisset, statim diuina censura percussus est, vt inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. Sed adhuc in euangelio suo dominus maiorem intelligentiæ suæ lucem manifestat, quòd ijdem qui tunc se à tribu Iuda & Beniamin sciderant, & Hierosolymis relictis in Samariam secesserant, inter pseudoprophetas & gentiles computarentur.
Mat.10.a. Nam cùm primum discipulos in ministerium salutis mitteret,mandauit & dixit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. Et ad Iudæos prius mittēs,gentiles adhuc præterire iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici: ostendit schismaticos gentilibus adæquari. & post pauca. Quod verò eundem quem nos deum patrem,eundem filium, eundem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare
Num.16. tales potest. Nam etiam Chore,Dathan, & Abyron cum sacerdote Aaron & Moyse eundem deum nouerant,pari lege & religione viuentes, vnum & verum deum qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi, & contra Aaron sacerdotem qui sacerdotium legitimum dignatione dei atque ordinatione perfecerat, sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt: diuinitus percussi, pœnas statim pro illicitis conatibus penderunt: nec potuerunt rata esse & proficere sacrificia irreligiosè & illicitè & contra ius diuinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa in quibus incensum illicitè fuerat oblatum (ne in vsum de cætero essēt sacerdotibus, sed potius indignationis &

vltionis

M.E.C.D. 2017

vltionis diuinæ memoriã corrigendi posteris exhiberent) iussu domini conflata, atque in igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filiis Israel, vt non accedat quisquam alienigena qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante deum, vt non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma non fecerant: nec foras egressi cõtra domini sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellauerant, quod nunc hi ecclesiam scindentes, & contra pacem atque vnitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. *Numer. 16. f.*

ITEM Leo. iiij. Vernoni duci Britanniæ.

Non defendendus, qui viuentis locum inuadit. 10

NOn furem & latronem, qualem Gillandum esse sentimus in Nannetica sede, qui viuentis (quod non licuit) locum non timuit vsurpare: pro cuiuscunq; muneris donis vltra debes defensare. ITEM Euaristus papa omnibus episcopis. *Epist. 2.*

Non licet episcopo ecclesiam suam dimittere. 11

SIcut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat ad quam fuit sacratus, absq; ineuitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, vt alteri se ambitus causa cõiungat. Et sicut vxori non licet dimittere virũ suum vt alteri se (viuente eo) matrimonio saciet, aut cum adulteret, licet fornicatus sit vir eius: sed iuxta Apostolum, aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta: ita ecclesiæ non licet dimittere episcopũ suum, aut se ab eo segregare, vt alterum viuente eo accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat: id est alterum episcopum suo viuente nõ accipiat: ne aut fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Si verò adulterata fuerit, id est, si se alteri iunxerit, aut super se alterum episcopũ adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit: per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Episcopum verò oportet opportunè, & importunè, atque sine intermissione ecclesiam docere, eamq; prudenter regere & amare, vt à vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam: & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam suscipere debet, eumq; amare & diligere, vt legatum dei & præconem veritatis.

» Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur, quod episco- GRATIAN.
» po viuente alius superordinari non potest, nec etiam pro eius
» ægritudine: sed illud Gregorij intelligendum est quando il-
» le qui ægrotat, alium sibi substitui non rogat. Cæterum
» quando aliquis vel senectute vel infirmitate grauatus, susce-
» ptum officium ministrare non valet: si alium sibi substitui
» petierit, rationabiliter fieri potest. Vnde in eodem capitulo

M.E.C.D. 2017

sequitur. Si verò idem Ioannes fortasse pro molestia sua petierit vt ab episcopi honore debeat vacare: eo petitionem scripto dante concedendum est: aliter id facere non valemus. Hinc etiam beatus Augustinus episcopo suo nondum defuncto, sed senectute grauato cathedram episcopalem suscepit.

VNDE in epistola Paulini ad Romanum legitur.

Augustinus non tam successit quàm accessit. 12

NOn autem hoc tantum scripsimus gratulandum, quòd episcopatum Augustinus accepit: sed quod hanc curam dei gratia meruerit Africana ecclesia, vt verba cœlestia Augustini ore perciperet: qui ad maiorem dominici muneris gratiã nouo more prouectus ita consecratus est, vt nõ succederet in cathedram episcopo, sed accederet. Nã incolumi Valerio Hipponensis ecclesiæ episcopo, coepiscopus Augustinus est.

GRATIA. Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorij, qui Arimi-
nensi episcopo dolore capitis laboranti alterum subrogauit:
ita scribens in regesto suo cap. cccxxxviij.

Episcopo grauato infirmitate alius subrogari potest. 13

QValiter ordinati à nobis sacerdotis corporis (quia id notum est) impediente molestia, Ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognouit, quem dudum habitatorum loci illius precibus permoti sæpius hortati sumus, vt si de eadem capitis qua tenebatur molestia melioratum se esse sentiret, ad suam auxiliante deo, reuerteretur ecclesiam: qui datis induciis in hoc quadriennio expectatur. quem dum cleri vel ciuium huc venientium, nosq; precibus vrgentium instantius hortaremur, vt si valeret, cum eis auxiliante deo remearet: datis scriptis supplicatione nos petiit, vt quia ad eiusdem ecclesiæ regimen vel susceptum officium pro eadem qua detinebatur molestia assurgere nullatenus posset, ecclesiæ ipsi episcopum ordinare deberemus. Vnde quia cunctarum ecclesiarum iniuncta cura solicitudinis nos constringit: ne diutius gregi fidelium desit pastoralis custodia, illorum precibus, & huius ex sui impossibilitate renunciatione compulsi: visum est nobis eidem Ariminensi ecclesiæ debere episcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum plebemq; eiusdem ecclesiæ non destitimus admonere quatenus ad eligendum sibi antistitẽ concordi prouisione concurrant. Hortamur ergo vt fraternitas vestra eum quem vno consensu omnes elegerint: sicut & ipsi à nobis popposciisse noscuntur, ad se faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione discutite: & si in eo quæ in textu heptateuchi continentur, minimè domino opitulante fuerint reperta: atque fidelium personarum relatione eius quoque vita vobis placuerit: ad nos eum

cum

M.E.C.D. 2017

cum decreti veſtri pagina, additaq; teſtificationis epiſtola deſtinate: quatenus eiuſdem à nobis eccleſiæ domino diſponente conſecretur antiſtes. ITEM ex eodem, cap. ccxliij. ad Eleutherium epiſcopum.

Grego. epiſt. & cap. 7. lib. 11.

De eodem. 14

QVamuis ſit triſte nobis valde quod loquimur: atq; fraterna nos compaſſio potius aggrauat quàm aliquid de auditis diffinire permittat: ſuſcepti tamen ſolicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſiis cura proſpicere, ne qua earum poſſit vtilitas deperire. Peruenit igitur ad nos quibuſdam referentibus quendam epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe, vt quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dētibus exponatur: vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant: cauta nos neceſſe eſt prouiſione tractare: & ideo quia viuentē epiſcopum ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis non crimen abducit: alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari: ſed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus: ipſe data petitione non ſe vlterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & aliūm loco ſuo expetat ordinandū: quo facto omnium ſolēniter electione, alter qui dignus fuerit epiſcopus ordinetur: ſic tamen, vt quouſq; eundem epiſcopū in hoc ſeculo vita tenuerit: ſumptus ei debiti de eadē eccleſia miniſtrentur. Enimuero ſi nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium: perſona fidelis ac probabilis vitę eſt eligenda, quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſſit exiſtere: atq; de animarum vtilitate cogitare: inquietos ſub diſciplinæ vinculo conſtringere: eccleſiaſticarum rerum curam gere: & maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere: qui etiam epiſcopo qui nunc ægrotat, ſuperſtes loco eius debeat conſecrari.

2. *pars.* GRATIA.

» Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotibus ſubitò
» occupatis, cœptum officium inexpletum remaneat: inſtitutū
» eſt vt ſacerdos ſiue pſallens, ſiue ſacrificās alios ſecum habeat:
» qui ſi huiuſmodi caſus interueniat, inchoata miniſteria perfi-
» cere valeant. VNDE in Toletano concilio. xj. *Cap. 14.*

Quiſque ſacrificans ſacerdotem ſibi vicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſſitas ingruerit. 15

ILlud diuini oraculi mente ſinguli præcauētes quo ſcribitur: Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuātem ſe: ſummopere nobis verendum eſt & cauendum ne horis illis atque temporibus in quibus domino pſallitur vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officiis inſiſtenti perniciōſa paſſio vel corporis quælibet inualitudo occurrat, quæ aut corpus ſubitò obrui faciat, aut mentē alienatione vel terrore cōfundat. *Eccleſ. 4. c.*

M.E.C.D. 2017

Huiuſmodi ergo caſibus præcauentes, neceſſarium duximus inſtituere, vt vbi temporis & loci ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis illic canens deo atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem: vt ſi aliquo caſu ille qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus: à tergo ſemper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus. Sed ſi hoc ſacrificanti frequenter acciderit: tunc omnimode ab oblatione prohibeatur. ITEM ex concilio Toletano. vij. Cap. 2.

Si ſacerdos neceſſitate præoccupatus fuerit: cœpta ſacramenta per alium explicentur. 16

NIhil contra ordinis ſtatutum temeritatis auſu præſumatur, neque illa quæ ſumma veneratione cenſentur, vlla præſumptione ſoluantur: cùm ad hoc tantum iuſſa fieri ſunt, vt non interrupta noſcantur, ne languoris prouentu robore ſalutis natura priuetur. Non ergo ſolum fragilitati conſulitur humanæ, ſed etiam ſacris miniſteriorum dei prouidetur ſolicitudine. Cenſuimus igitur conuenire debere, vt cùm à ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidat cuiuſlibet euentus, quo cœptum nequeat conſecrationis explere myſterium: ſit liberum epiſcopo vel presbytero alteri conſecrationem exequi cœpti officij. non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis conuenit, quàm vt aut incipientis aut ſubſequentis benedictione ſint completa ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt niſi perfectionis ordine compleantur. Cum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format: vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum ſibi eſſe non ambigant: ſed (vt præmiſſum eſt) præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. non tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur. Nullus poſt cibum potumque quemlibet minimum ſumptum miſſas facere præſumat. nullus abſque præuentu patentis moleſtiæ miniſter vel ſacerdos cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis autem temerarie hoc præſumpſerit: excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

3. pars. GRATIA.

Ecce quod epiſcopo petente precibus etiam populi infirmitate grauato alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur. ſenectute autem grauato non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis ſuccedat. Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe non ſucceſſiſſe Hipponenſium epiſcopo. “ “ “ “ “ “ “ “ “ “

Zachar. ad Bonifa. epiſcopũ.

HINC etiam Zacharias papa ſcribit Bonifacio Maguntino archiepiſcopo.

Senectu-

M.E.C.D. 2017

Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. 17

PEtisti vt cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute atque corporis imbecillitate, si poteris inuenire, alium in eadem sede in qua præes, pro tua persona debeas collocare: nos vero adiutore deo consilium præbemus tuæ sanctitati, vt pro salute animarum rationabilium fautore Christo sedem, quam obtines Maguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin vero dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere & curam pro salute animarum: pro tui persona ordinabis illū episcopum: eritq; in euangelio tibi credito & ministerio Christi dei portando in omni loco requirens & confortans ecclesiam dei. Item si eundem diuina voluerit clementia tui post diem transitus supereſſe: si eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum: ea hora qua te de præsenti sæculo migraturum cognoueris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus. Idem: De eo autem quem tibi successorem constituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus: hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel statuta patrum esse monstratur: sed volumus vt ministret tibi, & sit in euangelio Christi adiutor. nimis enim reprehensibile esse manifestum est vt te viuente tibi alium substituamus: sed hoc commonemus, vt orare non cesses, vt tibi deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis: & populum irreprehensibiliter regere valeat. *Ibidem paulo inferius.*

ITEM Pelagius papa clero Narniensi.

Non successor, sed coadiutor viuenti episcopo datur. 18

QVia frater & coepiscopus noster Ioānes ecclesiasticæ vtilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc quod se in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conseruanda minime fatetur idoneum: Constituti presbyteri ad hæc explenda sibi expoſcit adhiberi personam: vt ea quæ sunt necessaria, competenti eo disponente solicitudine nihil indecens fieri vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo loco episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere in omnibus quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit: præbeatis obedientiam constituto competentem: in nullo dispositionibus eius spiritu cōtumaci resultantes: immo competenti vigilātiæ vestræ studio, quæ pro ecclesiastica vtilitate gerenda ille constitutus monuerit adimplentes, vt his ita dispositis, & consueta

vobis

M.E.C.D. 2017

vobis stipendia ministrentur, & quæcunque in præfatæ ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria compleantur.

GRATIAN. Illud verò Cypriani de hæreticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi vsurpare contendunt. Illud verò Euaristi papæ tunc intelligendum est quando nec ineuitabilis necessitas, persecutorum videlicet nec apostolica aut regularis mutatio, sed ambitio sola episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit. Vnde cum in principio sui capituli diceret: Episcopus non debet dimittere ecclesiā suam: subsequenter adiunxit: absq; ineuitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa cōiungere. Ambitionis enim causa quicunque ecclesiæ suæ mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire voluerit; debet reuocari ad propriam. Quod si redire contempserit: careat aliena & propria. VNDE in Niceno concilio legitur.

4. pars.

Cap. 15.

Episcopus vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. 19

NOn oportet episcopū vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare. non episcopus, nō presbyter, nō diaconus transeat. Si quis autē post diffinitionem sancti & magni concilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negocio mancipauerit: hoc factum prorsus in irritum ducatur: & ecclesiæ restituatur, cuius fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus. ITEM Gregorius Anthemio subdiacono.

Epi. 123. lib. 5.

In monasterium deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. 20

PEruenit ad nos Pigmenium Amalphitanæ ciuitatis episcopum in ecclesia residere non esse contentum: sed foris per diuersa loca vagari. Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, quatenus hoc de cætero facere non præsumat: sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat: quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris, in monasterium eum deputare, & nobis modis omnibus curabis indicare: vt quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Cap. 5.

ITEM ex concilio Carthaginensi. v.

Episcopo nulli cōceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre. 21

PLacuit vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutā se conferre, vel in re propria diutius quàm oportet constitutum curā vel frequētationem propriæ cathedræ negligere. ITEM ex eodem.

Conc. Carth. 5. cap. 8.

Intercessori cathedram cui datus est tenere non licet. 22

COnstitutum est vt nulli intercessori sit licitum cathedram cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis & seditioni-

M.E.C.D. 2017

seditionibus retinere: sed dare operam vt intra annum eisdem episcopum prouideat: quod si neglexerit, anno expleto interuentor alius tribuatur. ITEM ex eodem. 23 Ca. 16. concil. Nicæn.

Excommunicentur clerici qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint. 24

SI qui verò sine respectu dei agẽtes, & timorem dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocunque ecclesiastico ordine positi fuerint, non debẽt suscipi in ecclesia, sed omni necessitate cogantur vt redeãt ad ecclesiam suam. quod si permanserint: excommunicari oportet eos. ITEM ex concilio Antiocheno. Cap. 3.

De eodem. 25

SI quis presbyter vel diaconus vel quilibet clericus deserta ecclesia sua ad aliam transeundum esse crediderit: & ibi paulatim tentet quo migrauerit perpetuo manere: vlterius ministrare non debet, præsertim si ab episcopo suo ad reuertendũ fuerit exhortatus. Quod si post reuocationẽ sui episcopi non obedierit, sed inobediens perseuerauerit: omnimodo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere decernimus. Si verò propter hanc culpam depositum, alius episcopus susceperit: & ipse à communi synodo pœnam merebitur increpationis tãquam ecclesiastica iura dissoluẽs.

ITEM ex eodem. Conc. Antio. ca. 21.

Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire. 26

EPiscopum de diœcesi ad diœcesim non debere trãsire, neque si seipsum ingesserit, neq; si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadetur: manere autem eum debere in ecclesia dei quam ab initio sortitus est: & non ab ea alibi demigrare: secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam decernimus.

ITEM ex concilio Chalcedonensi. Cap. 5.

De eodem. 27

PRopter eos episcopos & clericos qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt: placuit diffinitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

ITEM ex concilio Carthaginensi tertio. Cap. 20.

Alienæ plebes ab episcopo non vsurpentur. 28

PLacuit vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi colliegam suum. ITEM Anacletus papa.

Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare episcopo non licet. 29

EPiscopus in diœcesi aliena ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit: amotis his quos ordinauit, altaris tantũ consecratione manẽte

transgres.

M.E.C.D. 2017

transgressor canonum vno anno à missarum celebratione cessabit. ITEM ex concilio Agathensi. Cap. 64.

Diebus solennibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet. 30

SI quis in clero cõstitutus, ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est natiuitate domini, Epiphania, Pascha, vel Pẽtecoste. dum potius sæcularibus lucris studet quàm seruitio dei parere, conuenit vt triennio à communione suspendatur.

Similiter diaconus vel presbyter si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit: huic damnationi succumbat.

ITEM Hilarius papa. *Episcopis Terraco. cap. 3.*

Remouendus est episcopus ab ecclesia cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire. 31

REmoto ab ecclesia Barchinonensi atque ad suam remisso Irenæo episcopo: sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant quòd non licet obtinere: talis protinus de clero proprio, & Barchinonẽsibus ordinetur episcopus, qualẽ te præcipue frater Asconi oporteat eligere, & deceat consecrare: ne si forte aliter factum sit, non sine obiurgatione maximè in tui nominis redundat nostra præceptio. quod in iniuriam dei (à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

ITEM Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi episcopo. *Leo pa. 1. epist. 82. cap. 8.*

Qui alienã cathedrã appetit: ab ea expulsus, etiam propria careat. 32

SI quis episcopus suæ ciuitatis mediocritate despecta, administrationẽ celebrioris loci ambierit: & ad maiorẽ plebem se quacunque ratione transtulerit: à cathedra quidem pellatur aliena, carebit etiam propria: vt nec illis præsideat quos per auaritiam cõcupiuit: nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus quisque sit: nec supra mensuras iuris sui affectet augeri. ITEM ex concilio Meldensi. *Ino. Carn. li. 2. refert ex eodem de presby.*

Vtraque careat ecclesia qui contẽptu minoris ad maiorem aspirat. 33

SI quis de ordine sacerdotali contemptu minoris ecclesiæ ambitiose & improbe ad potiorẽ aspirauerit, canonica erga eum definitio cõseruetur: hoc est vt vtraq; careat. Qui vero precio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur. *Ino ibidẽ refert.*

Deiiciatur à clero qui muneribus ecclesiam acquirere tentat. 34

SAncitum est, atq; omnibus modis prohibitũ, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico vel laico munera dare vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam vacantem precio redimat: pro hac cupiditate seu rapina seu præsumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero, & alienus existat à regula.

Quò

M.E.C.D. 2017

Quò verò communi consilio atque omnium aliorum vti-
litate mutationes episcoporum fieri possint, & in ecclesiis à
quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant: An-
therius papa demonstrat scribens omnibus episcopis.

5. pars. GRATIA.

Antherius papa episcopis Beticis & Toletanis.

Necessitatis vel vtilitatis causa episcoporũ mutationes fieri possunt. 35

MVtationes episcoporum scitote communi vtilitate atque necessitate fieri licere: sed non propria cuiusquam voluntate aut dominatione Petr⁹ sanct⁹ magister noster & princeps apostolorum de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est trãslatus Romam: vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuitate apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate in qua ordinatus erat: electione ciuium propter doctrinam vitamque bonã quã habebat, auctoritate huius sanctæ sedis, & cõmuni episcoporum & reliquorũ sacerdotum ac populorum consilio trãslatus est Ephesum. Nõ enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec trãsfertur de minori ad maiorẽ, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit: sed aut vi à propria sede depulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci vel populi non superbe, sed humiliter ab aliis translatus est. Nam sicut episcopi habẽt potestatem regulariter ordinare episcopos & reliquos sacerdotes: sic quotiens vtilitas aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare & inthronizare potestatẽ habent: non tamẽ sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate & licẽtia. Alia etenim est causa vtilitatis: alia auaritiæ & præsumptionis ac propriæ volũtatis. ITEM Pelagius papa Benigno archiepiscopo.

Pelagius 2.

Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. 36

SCias frater dilectissime aliud esse causam necessitatis & vtilitatis: aliud pręsumptionis ac proprię volũtatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est qui non auaritiæ causa, aut dominationis, aut propriæ volũtatis vel delectationis suæ migrat de ciuitate ad ciuitatem: sed causa necessitatis & vtilitatis mutatur. Nam plurimorũ vtilitas, vnius vtilitati vel voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Nam aliud est sponte trãsire, aliud coactè aut necessitate venire. Vnde non isti mutãt ciuitatẽ, sed mutantur: quia non sponte, sed coactè hoc agũt. Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis vel vtilitatis fieri posse quotiens communis necessitas aut vtilitas persuaserit. ITEM ad eundem.

Pelagius 2. paulo inferius in epist. ad Benignũ

Christum negare conuincitur qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit. 37

OMnis qui gemebat & vexabatur à Saul fugiebat & veniebat ad Dauid. Si rex piissimus atq; iustissimus Dauid sciret peccatum esse fugientes persecutionẽ, & transeuntes de loco ad

M.E.C.D. 2017

co ad locum,& de ciuitate ad ciuitatē,recipere: tales nequaquam reciperet,nec ſecum teneret, neque in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt: non eos tantùm perſequuntur,quantùm dominū noſtrum Ieſum Chriſtū,cuius legatione fungūtur:nec ipſi in hoc peccāt epiſcopi:quoniā non ſponte,ſed coactè hoc agunt: ſed ipſi qui eos perſequuntur:nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt,ſed illis qui eos hoc agere cogunt. Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, & neceſſitatem patientibus:ipſum Chriſtū negāt,qui eſt miſericordia & veritas. Negant autem miſericordiā neceſſitatē patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſteriis, & non habentibus propriū epiſcopū qui eos inſtruat,cauſa neceſſitatis atq; vtilitatis,vt ex alia ciuitate,licet minor ſit,in eam quę non habet epiſcopum doctiorē vel potiorem & vtiliorem meliori cōſilio, nō ſponte tranſeuntem,ſed maiorū exhortatione mutare negant: aut epiſcopum deiectum & perſecutionem patientē cauſa vtilitatis aut neceſſitatis nolunt inthronizare.

Ca. 27. con. Cartha. 4. ITEM ex conci. Carthaginenſi. iij.

Non ambitione ſed ſynodali auctoritate de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. 38

EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionē non tranſeat,nec quiſquā inferioris ordinis clericus. Sanè ſi vtilitas eccleſię popoſcerit,decreto pro eo clericorum & laicorum epiſcopis porrecto in præſentiam ſynodi transferatur: nihilominus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris verò gradus ſacerdotes vel alij clerici conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Ca. 34. conci. Carthag. 4. ITEM ex eodem.

In proprio gradu epiſcopi vel presbyteri in aliena ſuſcipiātur eccleſia. 39

EPiſcopi vel presbyteri ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint,in gradu ſuo ſuſcipiātur, & tam ad verbum faciendum quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur.

Epiſt. 2. ITEM Calixtus papa omnibus epiſcopis.

Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. 40

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut diſponi niſi à proprio viro eo viuente permittitur: ſic nec vxor epiſcopi ipſius quæ eius eccleſia vel paroecia indubitanter intelligitur,eo viuente abſq; eius cōſilio & volūtate alteri iudicari vel diſponi, aut eius concubitu, id eſt ordinatione frui cōceditur. Vnde ait apoſtolus: Alligata eſt vxor legi viri quandiu vir eius viuit: eo verò defuncto ſoluta eſt à lege viri. Similiter ſponſa epiſcopi,quia ſponſa vxorq; eius dicitur eccleſia:illo viuente illi alligata eſt:eo defuncto ſoluta eſt, & cui

M.E.C.D. 2017

cui voluerit nubat, tantum in domino, id est, regulariter. Si enim eo viuente alij nupserit, adultera iudicabitur. Similiter & ille si aliam sponte duxerit: adulter existimabitur, & communione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia, fugiendum est illi ad alteram ecclesiam, eique est sociandus, dicente domino: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat: sed fratribus inuitantibus cũ auctoritate huius sanctæ sedis faciat. Non tamen ambitus causa: sed aut vtilitate, aut necessitate (vt dictum est) faciendum est.

» Hoc non solum de episcopis, verũetiam de quibuslibet ec- *6. pars.*
» clesiæ ministris intelligitur: ne videlicet in locum viuentis al- GRATIAN.
» ter obrepat.

» VNDE beatus Grego. scribit Solanitano episcopo de eo *Epist. 14. lib. 2.*
» qui in archidiaconatum alterius se promoueri consenserat.

Deponatur qui locum alterius inuadere non timet. 41

EVm qui contra iustitiæ regulam in archidiaconatum alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus: qui si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit, se participatione sacræ communionis nouerit esse priuatum. ITEM Hieronymus ad rusticum monachum. *Ad Rusticum de viuendi forma. tomo. 1.*

In vna ecclesia duo prælati esse non debent. 42

IN apibus princeps vnus est: & grues vnã sequũtur ordine literario. Imperator vnus: Iudex vnus prouinciæ. Roma vt cõdita est, duos fratres simul reges habere non potuit: & parricidio dedicatur. In Rebeccę verò vtero Esau & Iacob bella gesserũt. Singulis ecclesiarũ episcopi, singuli archiepiscopi *singuli archidiaconi: & oĩs ordo ecclesiasticus suis rectorib⁹ nititur. *Gene. 25.* *Archipresbyteri.*

» Ecce in quibus casibus episcopo viuente alius potest ei sub- *7. pars.*
» stitui, quanquam secundum rei veritatem non viuenti episco- GRATIAN.
» po talis probetur succedere. Translatus enim ab vna ciuitate
» ad aliam, desinit esse episcopus illius ciuitatis à qua trãsfertur:
» atque ideo qui huic succedit: non viuenti, sed defuncto quo-
» dãmodo episcopo probatur substitui. Sed inter eum qui ho-
» stilitatis necessitate, & eum qui vtilitatis causa transfertur, hoc
» interest: quòd ille qui metu hostilitatis ad aliam transit: si prio-
» rem contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri, ad eandem
» illum redire oportet.

VNDE Greg. papa scribit Ioanni episcopo Squillitano. *Epist. 25. Ioan. Squillatino. li. 2.* lib. ij. epist. cap. xxv.

Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit: postea ad suam ecclesiam redire oportet. 43

PAstoralis officij cura nos admonet destitutis ecclesijs proprios cõstituere sacerdotes, qui gregem dominicum pastorali solicitudine gubernare debeant. Propterea te Ioannem

M.E.C.D. 2017

*Lisitanæ *Squilatina.

ab hostibus captiuatum Lesmianę*ciuitatis episcopũ in Squillitana*ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem: & vt susceptam semel animarum curam,intuitu retributionis futuræ impleas.& licet à tua ecclesia sis hoste imminente depulsus: aliam quæ pastore vacat, debes ecclesiam gubernare : ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici,& domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari:ad eam in qua prius es ordinatus ecclesiam reuertaris. Sinautem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur : in hac in qua à nobis ordinatus es vel incardinatus debeas ecclesia permanere.

GRATIAN.

Qui verò vtilitatis causa transfertur : nequaquam ad priorem redire cogitur . Est etiam alius casus in quo episcopus viuenti episcopo substituetur. Cùm enim aliquis relicta priori cathedra, sua auctoritate ad aliam transierit, & alius ei substitutus fuerit, licet ille prioris ecclesiæ episcopus esse non desierit, substitutus tamen episcopatum habebit. « « « « « « « « « «

Dama.in professione fidei ad Paulinum Antioch.

VNDE Damasus vrbis Romæ episcopus scribit omnibus episcopis dicens.

De sacerdotibus qui relictis suis ecclesiis ad alias migrarunt. 44

EOs sacerdotes qui de ecclesijs ad alias ecclesias migrauerunt:tandiu à communione habuimus alienos,quandiu ad eas redierint ciuitates in quibus sunt constituti. Quòd si alius alio transmigrante in locum viuentis est ordinatus: tandiu vacet à sacerdotij dignitate qui suam deseruit ciuitatem,quãdiu successor eius quiescat in domino.

GRATIAN.

Episcopalium etiam sedium mutationes metu hostilitatis interueniente nonnunquam fieri solent. « « « «

Greg.epi.II. lib.2.

VNDE Gregor. scribit Ioanni episcopo Bellitrano.

Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. 45

TEmporis qualitas nos admonet episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora putamus eiusdem diœcesis loca transponere: quo & habitatores securi valeant degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare.propterea te Ioãnem fratrem & coepiscopum nostrum Bellitrensis ciuitatis,sedemq; tuam in loco quondam Arenatarum ad sanctum Andream apostolum præcipimus transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas , & illic consuetudinem solennium festiuè disponas. Item cùm aliquis causa humilitatis apostolica concessione de episcopali sede ad monachalem descenderit subiectionẽ, alius loco eius subrogari poterit: ille verò ad pontificatum resurgere nequaquam vlterius valebit.

8.*pars.*

GRATIAN.

Vnde in quinta actione Constantinopolitanæ ciuitatis synodo.cccIxxxiij.patrum sub octauo Ioanne papa cui præfuit « « « «

Petrus

M.E.C.D. 2017

» Petrus presbyter cardinalis,& Paulus Anchonetan⁹ episcopus,
» & Eugenius Ostiensis episcopus, Apocrisarij papæ dixerunt.

Episcopus qui causa humilitatis monachus efficitur : ad pontificatum redire non valet. 46

HOc nequaquam apud nos habeatur, vt quicunq; de pontificali ordine & habitu ad monachorum descẽderit vitam: vlterius possit in episcopatum reuerti. Item præcepit sancta synodus,vt quicunque de pontificali dignitate habituque ad monachorum vitam, & pœnitentiæ descenderit locũ: nequaquam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim vita,subiectionis habet verbum & discipulatus, non docendi vel præsidendi vel pascendi alios.

» Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem seruãdam GRATIA.
» quibusdam conceditur.

VNDE Liberius papa scribit omnibus episcopis. *Epist.2.*

Pro infestationibus malorum non licet episcopo gregem relinquere. 47

SVggestum est nobis quòd pro præteritis laboribus & infestationibus nõnulli vestrũ assignatas sibimet & à deo commissas reliquerunt plebes, & in futurum plures relinquere velint eas quas tueri debent ecclesias, & pro ouibus sibi cõmissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti tradere festinent:& vacationẽ ab episcopatus laboribus eligere, & silẽtio atque ocio vitam ducere magis appetãt,quàm in his quæ sibi commissa sunt,permanere,dicente domino:Beatus qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde nanque est beata perseuerantia nisi de virtute patientiæ ? quoniam secundum Apostolicam prædicationem omnes qui volunt in Christo piè viuere, persecutiouem patiuntur. Ideo fratres charissimi nõ vos afflictionũ amaritudo à pio mentis vestræ proposito coerceat recedere,considerantes quanta pro absolutione nostri & liberatione creator dominusque & redẽptor noster pertulerit : quibusve se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis & omni gregi in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiã dei,quam acquisiuit proprio sanguine saluator mundi, vt non sit qui vos decipiat aut seducat subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis,& alicui propter opprobrium malorum hominum quieti vos traditis, vt vos solummodo saluetis,& filios orphanos relinquaris. *Mat.10.c.* *2.Tim.3.c.*

ITEM Nicolaus Humifrido Morinẽsis ecclesię episcopo.

In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. 48

SCiscitaris itaque per Guldagariũ presbyterum vtrum cum à Normannis de episcopio depellaris, debeas de cætero in monasterio conuersari. In quo scias charissime frater quòd si pernicioſum est pro re tam in tranquillitate nauim deserere,

M.E.C.D. 2017

quanto magis in fluctibus? Vbi non dicimus quòd perſecutorum non fugiamus (maximeque paganorum) inſidias, cum ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuinitus aſſequuntur, præſertim cum eis prodire vltro non debeamus, & multos propheras & apoſtolos, ipſum quoque dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet: ſed quòd præcipuè nos qui tanquã arietes ducatum gregibus præbemus, immò qui & horum paſtores ſumus: deo auctore cũ eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo conueniat, & cùm trãquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaq; furentium infeſtatio, mox gregem perquirere, & in vnum colligere, & eius animos cœleſtis patriæ pace ac potiſſimũ ſecuritate prædicata ſurſum erigere debemus. Et tandiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos, vt ſi dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ vitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna. ITEM Gregorius.

Epi. 126. lib. 7. ad Nicharedum regem Viſigothorum.

Non eſt reprobatio, ſed virtutis probatio, bonorum aduerſitas. 49

ADuerſitas quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, non iudicium *reprobationis. Quis enim neſciat quàm proſperum fuit quòd beatus Paulus apoſtolus prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniens naufragium pertulit: ſed tamen nauis cordis in maris fluctibus integra ſtetit?

**indicium*

Act. 27. a.

GRATIAN. 9. pars.

Hoc etiã tunc obſeruandum intelligitur, quando inter ſubditos aliqui inueniũtur quibus prælatorũ vita proficiat: quãdo nec ſpecialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta poteſt eſſe eccleſię ſalus: ne ſi deſerere incipiat quibus prodeſſe poteſt, dicatur de eo: Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ: videt lupum venientẽ, & deſerit oues, & fugit. Cùm verò ſpecialiter quæritur, fugiat exẽplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Aegyptũ. Fugiat exẽplo Pauli: qui à fratribus per murũ ſubmiſſus eſt in ſporta. Vnde Auguſtinus ait: Fugiat miniſter Chriſti ſicut Chriſtus in Aegyptum fugit. Fugiat, qui ſpecialiter quæritur: dũ per alios eſt firma ſalus eccleſiæ. Hinc etiã ait domin⁹ diſcipulis: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Hinc etiã idem abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo, quando Iudæi lapides tulerunt vt iacerent in eum. Hinc etiam Auguſtinus ait de eodem in Pſalmo quinquageſimoquarto. Ecce elongaui fugiens: illud tãgit quod vitabat perſequẽtes, vt occaſionẽ irę demeret. & manebat in deſertis orans: in quo docebat nos in ſecreto cõſcientiæ quieſcere, cũ à malis premimur. Cùm verò non prælatorum tantùm, ſed totius eccleſiæ ſalus quæritur, fides impugnatur: neceſſe eſt vt ex aduerſo accẽdant: & in die belli ſeipſos vt murũ oppo-nant pro domo domini, & animas ſuas ponãt pro ouibus ſuis: vt exem-

Ioan. 10. b.

Matt. 2. Acto. 9. c.

Matth. 10. c. Ioan. 8. g.

M.E.C.D. 2017

» vt exemplo ſuæ paſſionis accedãt quos ſermone doctrinę diu-
» tius confirmare non valent. & hoc quidem de manifeſtis per-
» ſecutionibus. Eſt & aliud genus perſecutionis in quo apoſto-
» lus laborabat dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor?
» quis ſcandalizatur, & ego non vror? &c. Hinc Auguſtinus in
» pſalmo. cj. oſſa, id eſt, fortes: quorum frixorium ſunt qui ſcan-
» dalizantur. tantum enim frigitur bonus, quantum amat. Hinc
» idem in Pſalmo xxx. Iraſcitur iuſtus peccatis palearum, nõ ta-
» men odit: in quo extinguitur oculus & venter pro interiori-
» bus quæ turbantur, quando nec corripi poſſunt impij: quibus
» non clamat, quia defecit in dolore vita videns non proficere
» quod prædicat. Hinc idem ait in Pſalmo. lxix. vtrunque ge-
» nus perſecutionis diſtinguens, vox contribulatorum Chriſto,
» id eſt, martyrum inter paſſiones periclitantium: ſed de capite
» præſumentium cũ illis. vox omnis iuſti cui ex charitate abun-
» dans iniquitas Chriſtianorũ paſſio eſt, vt Loth corporalẽ per-
» ſecutionem à nullo in Sodomis ſuſtinuit: ſed à malis eorum
» cum quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti vel à leone in
» impetu, vel à dracone in inſidijs. vnde omnes clamẽt: Deus in
» adiutorium meum intende. Cùm autem à vitijs ſubditorum
» prælatus affligitur: aliquãdo omniũ eſt vna & inſatiabilis ob-
» ſtinatio: aliquando mali inueniuntur bonis admixti. Quan-
» do boni ſimul cũ malis habitant, non ſunt deſerẽdi boni pro-
» pter malos: ne peruersè malos euitando vincamus quos fugi-
» mus ad gehennam, ſed potius mali tolerentur propter bonos.
» Vnde Grego. Abel eſſe renuit, quem Cain malitia non exer-
» cet. Ferrum quippe noſtræ mentis ad acumen non poteſt per-
» uenire veritatis, niſi hoc alterius eraſerit lima prauitatis. Hinc
» etiam Auguſtinus: Tu bonus tolera malum, &c. Infra de tole-
» randis malis in prima cauſa hæreticorum idem ait. Maius ma-
» lum in ſeparatione bonorum committimus, quàm in cõiun-
» ctione malorum fugiamus. tali non imputat deus ſua peccata,
» quia non fecit, non aliena, quia non approbauit: non negligen-
» tiam, quia non tacuit: non ſuperbiam, quia in vnitate perman-
» ſit. Hinc idem in Pſalmo. liiij. Quis dabit mihi pennas ſicut
» columbæ? non ait ſicut coruo. Columba verò à moleſtijs quę-
» rit auolare: ſed non dilectionem amittit, ſemperq; gemit. Sic
» bonus vult ſe ſeparare corpore nõ amore ab his quibus nõ po-
» teſt prodeſſe. ſed ſi aliquando ligatur non viſco cupiditatis, ſed
» cura & officio vt deſerere non poſſit, tunc dicat: Cupio diſſol-
» ui, & eſſe cum Chriſto, ſed manere in carne neceſſe eſt propter
» vos. & ſic eſt meritum ex deſiderio. Ecce elongaui fugiens:
» non loco, ne rũpatur charitas bonorum, ne perdat exercitium
» malorum quos deus admiſcet, vt Iudam apoſtolis, quem quan-
» uis ſciret furem eſſe, tamen ad prædicandũ miſit, & ei Eucha-

2. Co. 11. g. *Adverſum, Et oſſa mea ſicut in frixorio. Ad verſum Miſerere mei domine. In præfatione pſal. 69.*

Gre. epiſt. 39. lib. 9. Aug. ſermone. 18. de verbis domini.

M.E.C.D. 2017

ristiam dedit,docens in ecclesia tolerari malos:nec obesse bonis malorum consortia. Quandiu verò omnium subditorum est obstinata malitia, nec prodest eis prælatorum præsentia: tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne illorum nequitia semper in deteriùs proficiat,& isti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic beatus Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam vnanimiter viderat conspirasse. Hinc etiam beatus Gregorius Petro diacono interroganti an liceat prælato gregem semel susceptum deserere,lib.ij. Dialogorum respondit dicens.

Cap.3.

Quando liceat prælatis subditos deserere, vel non. 50

IBi adunari æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniũtur aliqui quibus adiuuentur boni. Nam vbi omnino fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor superuacuus:maximè si è vicino causæ suppetant, quæ fructum deo valeant ferre meliorem. Sæpe agitur in animo perfectorũ quod silẽtio prætereundum non est, quia cùm laborem suum sine fructu esse considerant,in loco alio ad laborem cum fructu migrant. Vnde quoque ille egregius prædicator qui dissolui cupiebat, & cum Christo esse,cui Christus est viuere,& mori lucrum : qui certamina passionum non solum ipse appetiit, sed ad tolerãda hæc etiam alios accendit, Damasci persecutionẽ passus,vt potuisset euadere, murum, funem, sportamq; quæsiuit, seq; latenter deponi voluit. Nunquid Paulum mortẽ timuisse dicimus,quam seipsum pro amore Iesu testatur appetere? Sed cùm in eo loco minorem sibi fructum adesse conspiceret,ad grauẽ laborem se alibi cum fructu seruauit. fortis etenim præliator dei teneri intra claustra noluit,sed certaminis campum quæsiuit. Multorum auctoritatibus apparet quando viuentibus episcopis alij possunt substitui, & quando non.

Philip.1.c.

2.Cor.11.g.
Acto.9.c.

QVAESTIO II.

AN ISTE VALEAT REPOSCERE CATHEDRAM QVAM SVA INTERCESSIONE ALTER ACCEPIT.

GRATIAN. QVòd autem iste valetudine recepta suam repetit cathedram : nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem verò sacrificiorum quam infirmitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

VNDE Alexander secundus scribit Gebonardo Viuariensi archiepiscopo.

De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. I

IN literis tuis continebatur sic, hic clericus ordinem habet presbyterij ; sed quia caduco morbo laborat, & ipsi impræsentiarum hoc agnouimus,non ausi fuimus concedere sibi vt offerret,

M.E.C.D. 2017

offerret,vel missam celebraret,quia verò languor in culpa nō est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo deliberauimus. Consulimus itaque vt si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione & missarum celebratione omnibus modis prohibeatur. Indecens enim est & periculosum vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò dei misericordia conualuerit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare iam non interdicimus. ITEM Gelasius Rustico & Fortunato episcopis.

A regimine suspendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter elidituꝛ. 2

NVper Foropopulensis ecclesiæ clerici vnà cum Sabino episcopo & Pelagio & laicis propria suggestione referarunt præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius cùm dicerent incursione frequenter elisum: quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam dei vbiq; positam hac offensione turbare: præcipuè cùm eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent,ad dilectionem vestram scripta direximus, vt ecclesiæ cuius rector tali casu tenetur astrictus, visitationem congruam reddatis. verùm quia nunc idem ipse venit huc pontifex,falsaque omnia de se iactata disseminat, sub diuini contemplatione iudicij vestræque conscientiæ existimationisque respectu, rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repentè collapsus,vocesque dedisse confusas, & spumas ore iactasse:quanta fieri potest examinatione quæratur. quod tamen siue non possit aliquorum factum testificatione firmari, siue nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum manifestumque documentum: quia de tanta re non segnius agendum est: faciat rem tua dilectio frater Rustice sui moris, & aptam magno pontifici, vt eum vel triginta diebus tecum esse constituas, eumq; carnibus indifferenter necessaria probatione compellas vti.

CAVSA VIII.

» QVidam episcopus agēs in extremis successorem sibi ex testamento instituit. inde suorum amicorum patrocinio in eundem episcopatum eligitur. post electionem pro indemnitate ecclesię canonicis iuramentum præbuit. accusatur de simonia, tanquam munus ab obsequio præstiterit. ante tempus sententiæ à clericis suis relinquitur, sine literis apostolicis ad ecclesiam suam reuertitur episcopus. GRATIA.

» 1 Hic primùm quæritur, an liceat episcopo sibi successorem instituere?

M.E.C.D. 2017

2 Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant conualeſcere?

3 Tertiò, an ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionem huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat?

4 Quartò, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere?

5 Quintò, an ſine literis apoſtolicis debeat redire ad propriam eccleſiam?

QVAESTIO PRIMA.

AN LICEAT EPISCOPO SIBI SVCCESSOREM INSTITVERE.

GRATIA. QVòd autem epiſcopo ſucceſſorem ſibi inſtituere liceat, ex verbis Zachariæ papæ coniicitur: quibus epiſcopo Maguntino permiſit adiutorem ſibi ſtatuere: qui ei defuncto in plenitudinem poteſtatis ſuccederet.

Item ex verbis Symmachi papæ dicentis: Si tranſitus papę inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere, apparet quòd epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt. Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit. VNDE Ioannes tertius ſcribit epiſcopis Germaniæ & Galliæ.

Ioan. pa. 3.

Quòd Petrus Linum & Cletum adiutores ſibi aſciuit. 1

SI Petrus princeps apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linū & Cletum, non tamen poteſtatem pontificij, aut ſoluendi, aut ligandi normam eis tradidit, ſed ſucceſſori ſuo Clementi, qui ſedem apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linus verò & Cletus miniſtrabant exteriora, princeps autem apoſtolorum Petrus verbo & orationi inſtabat.

Clemẽs pa. epi. 1. ad Iacobum fratrem domini.

[*Palea.*[a]] 2

VNde ipſe Clemens in epiſtola ad Iacobum Hieroſolymitanum miſſa inter cætera ſcribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in epiſcopum elegit. Simon Petrus in ipſis diebus quibus vitæ finẽ ſibi præſenſit, apprehenſa manu mea in auribus totius eccleſiæ hæc protulit verba. Clementẽ hunc vobis ordino epiſcopum, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: quem præ cæteris expertus ſum deũ colentem, homines diligentem, diſcendi ſtudiis deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, ſcientẽ nonnullorum ferre etiam ex his quæ verbo dei inſtituuntur iniurias.

a deeſt hæc palea in veteri manuſcrip. & meritò. nam tota eſt cõmentitia.

Cap. 23. GRATIAN. Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo ſic ſtatutum legitur.

Epiſcopo ſucceſſorem ſibi conſtituere non licet. 3

EPiſcopo non liceat pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd ſi tale aliquid

M.E.C.D. 2017

quid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum id continens non aliter oportere fidei, nisi cum synodo & iudicio episcoporum, & electione clericorum: qui post obitum quiescentis potestatem habent eum qui dignus extiterit eligere & promouere.

ITEM ex concilio Martini papæ.

Cap. 8. li. Marti. episcopi Bracharē. ex synodis Græcorum.

De eodem. 4

EPiscopo non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicio episcoporum, qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere. ITEM Hilarius papa.

In synodo præsidens cap. 5.

De eodem. 5

PLerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio, pro populi habeatur assensu. quod quàm graue sit, æstimate. Ab vniuersis acclamatum est. Hæc præsumptio nũquam fiat Quæ dei sunt, ab homine dari non possunt.

ITEM Hieronymus ad Titum. cap. j.

Hiero. ad locum & cõstituas per ciuitates presbyte.

De eodem. 6

MOyses amicus dei, cui facie ad faciem locutus est deus, potuit vtiq; successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus (id est Iosue) vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere: vt non quærant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. ITEM Innocentius papa. ij.

Iuo lib. 8. in fine refert ex eodem.

De eodem. 7

APostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesias & prębendas, præposituras, capellanias, aut reliqua ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare præsumat. quod si quis improbus aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulatis carebit.

» His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi succes-
» sores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione
» cum fratribus deliberare, aliud est ex testamento tanquam sue
» dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur, hoc
» autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri apostoli
» ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt,

M.E.C.D. 2017

qualem ſibi ſucceſſorem beatus Petrus quæſiuit. Verùm quia officium non vitæ, ſed ſanguini cœpit deferri, atque ad epiſcopatum tales quiſq; ſibi ſucceſſores quærere cœpit, qui vel odioſi populis, vel à plebe docendi inueniuntur: idcirco ſacris canonibus ſtatutum eſt, ne quiſquã ſibi ſui officij quærat ſucceſſorem: ſed populi electione quæratur qui eorum vtilitati dignè deſeruiat: qui illorum vtilitatem, non ſua lucra quærat: qui Chriſto ſemen velit ſuſcitare, non ſibi diuitias congregare: quod qui facere contempſerit, iure ab eccleſia repudiatur.

VNDE Auguſtinus in libro contra Manichæos.

Qui ſibi & eccleſiæ prodeſt, vtroque pede calciatus intelligitur. 8

2. pars. Deute. 25. b. OLim iuſſus eſt frater præmortui fratris vxorem ducere: vt non ſibi, ſed illi ſuſcitaret ſobolem: eiusq; nomine vocaret quod inde naſceretur: quod ſi recuſaret, diſcalciatus vno pede conſpui ſolebat in faciẽ. Nunc euangelij quiſq; prædicator ita debet in eccleſia laborare, vt defuncto fratri, id eſt Chriſto ſuſcitet ſemẽ: qui pro nobis mortuus eſt. & quod ſuſcitatũ fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab eccleſia miniſterium euangelizandi & baptizãdi renuerit, ab eccleſia ipſa dignè meritoq; contemnitur. qui enim & ſibi prodeſt & eccleſiæ, bene intelligitur vtroque pede calciatus. Vnde illud: Roma. 10. c. Eſai. 52. b. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizãtium bona. qui enim lucrandorũ curam refugit aliorũ: diſcalciati illius non figuratum ſignificauit, ſed in ſe impletum portauit opprobrium. Epi. 169. li. 6. ITEM Gregorius in regeſto. Cyriaco epiſco.

Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt denegandus: ita fugientibus eſt offerendus. 9

INſcripturis veſtris vos magnopere requiẽ quæſiuiſſe narratis: ſed per hoc ad paſtoralem ſolicitudinẽ vos congruè veniſſe oſtenditis: quia ſicut locus regiminis deſiderãtibus negãdus eſt, ita fugientibus offerendus eſt. Et ſicut ſcriptum eſt: Hebr. 5. Nec quiſquam ſibi ſumat honorẽ, ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Numer. 25. & rurſus idẽ egregius prædicator dicit: Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo & oẽs mortui ſunt: & pro omnibus Chriſtus mortuus eſt. 2. Cor. 5. c. & ſi hoc eſt: ſupereſt vt qui viuũt, non iam ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et paſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur, Simon Ioãnis amas me? Paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ ſi is qui valet, omnipotẽtis dei oues renuit paſcere: oſtendit ſe paſtorem ſummũ minimè amare. Si enim vnigenitus patris pro explẽda vtilitate omniũ de ſecreto patris ad publicũ noſtrum egreſſus eſt, nos quid dicturi ſumus, qui ſecretũ noſtrũ præponim⁹ vtilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt, & tamen pro multorũ lucro aliquando poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita (ſi deſit qui

Ioan. 21. d.

M.E.C.D. 2017

sit qui prædicet) occupationis onus libẽti neceſſe eſt humero ſubire. quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorũ vnus prædicationis officiũ vitare conatus eſt: & alter appetiit. nam mittẽti ſe domino Hieremias reſpõdit, dicẽs: A,a,a dñe deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et cùm omnipotens deus ad prædicandum ſibi perſonam quæreret dicens: Quem mittam, & quis ibit ex vobis? vltro ſe obtulit Eſaias, dicẽs: Ecce ego, mitte me. En ab vtriſq; exterius diuerſa vox prodiit: ſed non à diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis, amor dei & proximi. Per actiuã igitur vitã prodeſſe proximis cupiẽs Eſaias officiũ prædicationis appetiit. Per contẽplatiuam verò Hieremias amori cõditoris ſedulè inhærere deſiderãs: ne mitti ad prædicandũ debeat, cõtradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetiit, hoc laudabiliter alius expauit. Iſte ne tacitæ contẽplationis lucra loquẽdo perderet, ille ne dãna ſtudioſi operis tacẽdo ſentiret. Sed hoc in vtriſq; eſt ſubtiliter intuendũ: quia & is qui recuſauit, plenè non reſtitit: & is qui mitti voluit, ante ſe per altaris calculũ purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quiſquã myſteria ſacra audeat: aut quẽ ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbè cõtradicat. IDEM in Moralib. *Hiere. 1. b.* *Eſa. 6. c.* *Cap. 13. li. 35. ad ca. 42. Iob.*

Locus deiectionis in voto dignitatis ſemper ſit in neceſſitate. 10

SCiendum ſummopere eſt quòd obedientia aliquãdo ſi de ſuo aliquid habuerit, nulla eſt: aliquãdo ſi de ſuo aliquid nõ habuerit, minima eſt. Nam cùm huius mũdi ſucceſſus præcipitur, cùm locus ſuperior imperatur: is qui ad percipiẽda hęc obedit, obedientiæ ſibi virtutẽ euacuat, ſi ad hæc ex proprio anhelat. neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad percipiẽda huius vitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſeruit. Rurſus cùm mundi deſpectus præcipitur, cũ probra adipiſci & contumeliæ iubentur: niſi ex ſemetipſo animus appetat, obedientæ ſibi meritum minuit: quia ad ea quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus nolenſq́ue deſcendit. Et paulo ſuperius. Obedientia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur: quod contra ariolandi peccatum inobedientia eſſe monſtratur. Ex aduerſo ergo melius oſtenditur quid de eius laude ſentiat. Si enim quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere: ſola eſt quæ fidei meritũ poſſidet obedientia, ſine qua quiſque infidelis cõuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. ITEM Auguſtinus. *Cap. 19. lib. 19 de ciuit. dei.*

Qui præeſſe & non prodeſſe deſiderat, epiſcopari non debet. 11

QVi epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Expo- *1. Tim. 3. a.*
nere voluit quid ſit epiſcopatus: quia nomẽ eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim, atque inde dictum vocabulũ, quod

M.E.C.D. 2017

quòd ille qui præficitur,illis quibus præficitur ſuperintendit, curam eorum,ſcilicet gerens. σκόπος quippe intentio eſt. Ergo epiſcopos ſi velimus latinè ſuperintendẽtes poſſumus dicere:vt inteſligat non ſe eſſe epiſcopum qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.Itaq; à ſtudio cognoſcẽdæ veritatis nemo prohibetur:quod ad laudabile pertinet ociũ.locus verò ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt,& ſi ita teneatur atque miniſtretur vt decet,tamẽ non decenter appetitur, quamobrem ociũ ſanctum quærit charitas veritatis:negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis:quã ſarcinã ſi nullus imponit, percipiẽdæ atq; intuẽdę vacandũ eſt veritati. Si autẽ imponitur, ſuſcipiẽda eſt propter charitatis neceſſitatem: ſed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſiderãda eſt:ne ſubtrahatur illa ſuauitas,& opprimatur iuſta neceſſitas. ITEM Petrus.

In epiſtola Clementis I.ad Iacobum. 3. pars.

Pro ingenio diſcentium doctor moderetur verba doctrinæ. 12

OPortet eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talẽ vt pro ingenio diſcentiũ ſemetipſum poſſit aptare,& verbi ordinem pro audiẽtis capacitate dirigere. debet ergo apprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, pauidus,ſicut ipſi probaſtis fore Clementem hunc poſt me.

In eadẽ epiſtola. ITEM eiuſdem.

Qui omnibus præeſt,ſingulos releuare contendat. 13

CLemens ſi tanquam omnibus præeſſe volueris, ſingulos (prout poteris)iuua,& ſingulos releua: qui & ſingulorũ onus ac ſolicitudinẽ portas. ITEM Hieron.ad Titũ cap.1.

In commẽtariis huius.Et conſtitutus per ciuitates preſ.

Contra Chriſtum faciunt, qui gratia non meritis gradum eccleſiaſticum tribuunt. 14

QVi vos ſpernit,me ſpernit. Ex quo manifeſtũ eſt eos qui apoſtoli lege contempta,eccleſiaſticũ gradum non meritis voluerint alicui conferre,ſed gratia:contra Chriſtum facere:qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per apoſtolum ſuum in ſequentibus executus eſt.

ITEM Hieronymus in libro Leuit.

Luc.10.c.

Origenes homil. 6.ad cap.8. Leuitici.

Ad ſacerdotium non eligatur niſi qui cæteris & ſanctior & doctior habetur. 15

LIcet ergo dominus de conſtituendo principe præcipiſſet & elegiſſet,tamen cõuocatur etiam ſynagoga.Requiritur ergo in ordinando ſacerdote etiam populi præſentia:vt ſciant omnes & certi ſint quòd qui præſtãtior eſt ex omni populo, qui doctior,qui ſanctior,qui in omni virtute eminẽtior: ille eligitur ad ſacerdotiũ,& hoc atteſtãte populo:ne qua poſtmodum retractatio cuiquam,ne quis ſcrupulus reſideret. hoc eſt autẽ quod & Apoſtolus prędipit in ordinatione ſacerdotis dicens: Oportet autẽ illũ & teſtimonium habere bonũ ab his qui foris ſunt. Ego tamẽ & amplius aliquid video in eo quod dicit:

1.Tim.3.b.

M.E.C.D. 2017

dicit:quía conuocauit Moyſes omnem ſynagogam, vt hoc ſit colligere omnes animi vires,& in vnum congregare virtutes:vt cùm ſermo de ſacerdotalibus habetur ſacramẽtis, vigilent omnes animi virtutes, & intẽtæ ſint, vt nihil ſcientiæ, nihil in eis ſapiẽtiæ,nihil deſit induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuũ,adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum,vt quid ſit pontifex,quid vnctio, quid indumenta eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui poſſit aduertere.

ITEM ex libro Numerorum. *Origẽ.homi.23 ad cap.27. Numero.*

Populi gubernatio diuina electione præſtetur. 16

SI ergo tantus ille ac talis Moyſes non permittitur iudicio ſuo de eligendo populi principe,de cõſtituendo ſucceſſore: quis erit q̃ audeat vel ex plebe,quæ ſæpe clamoribus,aut gratia,aut precio fortaſſe excitata moueri ſolet: vel ex ipſis etiã ſacerdotibus quis erit qui idoneum ad hoc ſe iudicet? niſi ſi cui hoc oranti & petenti à domino reueletur:ſicut & deus dicit ad Moyſen:Aſſume ad temetipſum Ieſum filiũ Naue hominẽ qui habet ſpiritũ dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eũ:& ſtatues eum corã Eleazaro ſacerdote, & præcepta ei dato in cõſpectu totius ſynagogæ,& præcipe de ipſo coram eis,& dabis claritatem tuam ſuper illũ,vt audiãt eum filij Iſrael. Audis euidenter ordinationẽ principis populi tam manifeſtè deſcriptam, vt penè expoſitione non egeat. Nulla hic populi acclamatio,nulla cõſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contẽplatio eſt,propinquis,agrorũ & prædiorũ relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur quẽ deus elegit:homini ſcilicet tali qui habet (ſicut ſcriptum audiſtis)ſpiritũ dei in ſemetipſo,& preçepta dei in conſpectu eius ſunt: & qui Moyſi valde notus & familiaris ſit, id eſt, in quo ſit claritas eius legis & ſciẽtia,vt poſſint eum audire filij Iſrael. *Numer.27.d*

ITEM Gregorius ciuibus Neapolitanis. *Epiſt.40. lib.8*

Non ex fauore ſed iudicio debet venire electio. 17

NEc nouum,nec reprehenſibile eſt in eligẽdo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere, ſed graue eſt quando in huiuſmodi cauſa non ex iudicio, ſed ex ſolo fauore venit electio. Cùm autem gubernario populi ei tradi iubetur, quẽ deus elegit datur intelligi quòd aliquando quibuſdam traditur quos deus non elegit. VNDE Hieronymus. *4.pars.*

Non ex arbitrio dei aliquando datur princeps eccleſiæ. 18

AVdacter fortaſſe aliquid dicimus, tamen quod ſcriptũ eſt dicimus:Non ſemper princeps populo, & iudex eccleſiæ per dei arbitrium datur:ſed prout merita noſtra depoſcunt.Si mali ſunt actus noſtri: & operamur maligna in cõſpectu dei: datur nobis princeps ſecundũ cor noſtrũ. & hoc tibi de ſcripturis ſanctis probabo. Audi nanq; quid dominꝰ dicat: Fece- *Oſee.8.a*

runt

M.E.C.D. 2017

sunt sibi regem,& non per me:principem,& non per consiliū meum. Et hoc dictum videtur de Saule illo,quem vtique ipse dominus elegerat, & regem sibi fieri iusserat: sed quoniā non secundum Dei volūtatem, sed secundū peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eū cum sua voluntate vel consilio constitutū. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri,quòd pro meritis aut in verbo & opere potens à Deo trisbuitur rector ecclesiæ:aut si malignū faciat populus in cōspectu domini,& tales perseuerēt: talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famē & sitim populus patiatur:nō famē panis,neq; sitim aquæ,sed famem audiendi verbū Dei. ITEM Augustinus.

Non sunt filij sed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. 19

SVnt in Ecclesia quidam prępositi,de quibus apostolus Paulus dicit: Sua quęrentes, nō quæ Iesu Christi. Quid est sua quęrentes? Non Christum gratis diligentes,sed Deū non propter Deum quęrentes:temporalia commoda sequentes,lucris inhiantes,honorē ab hominibus appetentes.hæc quando amā tur à præposito,& propter hæc seruitur Deo:quisquis talis est, mercenarius est:inter filios eius se non computet. Non ergo qui præficiuntur,semper cæteris meliores intelliguntur. *Philippen.2.ca.*

VNDE Hieronymus ad Titum.1. cap. 1.

Ad locum si quis est sine crimine.

Ex electione non præficiuntur episcopi, sed comprobantur. 20

ILlud inferendum est aduersus eos qui de episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperiū consecutos:quia nō statim omnibus his meliores sunt quicunque episcopi nō fuerint ordinati:& ex eo quod episcopi electi sunt,ipsi se magis existimāt cōprobatos:sed intelligant propterea quosdam à sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint.Si aūt peccata filiorū iustum ab episcopatu prohibent:quanto magis se vnusquisque considerans, & sciens quia potentes potenter tormenta patientur: retrahit se ab hoc non tam honore quàm onere: & aliorum locum qui magis digni sunt,non ambit occupare. ITEM eiusdem ad Titū,ca.j.

Pro gradu sui officij quemque meliorem esse oportet. 21

QValis enim erit ędificatio discipuli,si intelligat magistro se esse maiorem? Vnde nō solum episcopi,presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere,vt cunctū populū cui præsidēt,cōuersatione sermone ac sciētia prędicant: verumetiā & inferior gradus,exorcistæ,lectores,custodes ædiū,acolyti,& omnes omnino qui domui dei deseruiūt:quia vehemēter ecclesiā dei destruit meliores laicos esse,q̄ clericos. Idē ad Titū cap.j.

Ad locum, sed hospitalem.

Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem. 22

VEreor ne quomodo regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines tēporis sui,& viri Niniuitę acta pœnitētia ad prædicationē Ionæ con-

M.E.C.D. 2017

Ionæ condẽnabunt eos qui maiorẽ etiam Iona ſaluatorẽ cõtempſerunt: ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent, ſubtrahẽtes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea quæ epiſcopo cõueniũt non exercentes. ITEM Amb. in increpatione ad populũ. Serm. 83.

Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non valet. 23

QVid autem ego vos arguo, cùm poſſitis me vno ſermone conuincere? conuincor enim ego cùm in hac parte cleriros vobis magis video negligẽtes. quomodo enim poſſũ corrigere filios, cùm fratres emẽdare non poſſim? aut qua fiducia ſuccenſeam laicis, cùm à conſortibus pudoris verecundia conticeſcam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: ſunt certè quidam deuoti: ſunt & alij negligentes. Ego neminem nomino, conſcientia ſua vnumquemque conueniat.

ITEM Beda ſuper Matthæum.

Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus & vita populo adæquari. 24

NEc ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligentium vel quorumlibet indoctorum fide vel actibus adæquemur: quibus ſacris litteris vnica eſt credendi pariter & viuendi regula præſcripta.

» Ne ergo (vt ſuprà dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores GRATIAN.
» aliquis ſibi quæreret, prohibentur epiſcopi alterum pro ſe
» ſucceſſorem ſibi ſtatuere, ac deſignatis nominibus in locum
» ſuum alium ſibi ſubrogare.

QVAESTIO II.

AN AMICORVM PATROCINIA IN ELECTIONE DEBEANT CONVALESCERE.

» QVòd autem amicorum patrocinia in aliquorum ele- GRATIAN.
» ctione conualeſcere non debeant: auctoritate beati
» Gregorij papæ probatur; qui in tertio libro Regeſti
» ſcribit Antonio ſubdiacono dicens. Greg. epi. 22. li. 2. ſiue cap. 61.

In electione epiſcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualeſcant. 1

ILlud quidẽ præ omnibus curæ tibi ſit, vt in hac electione nec datio quibuſcunq; modis interueniat præmiorum: nec quarũlibet & perſonarũ patrocinia cõualeſcãt. Nã ſi quorũdam patrocinio quiſquã fuerit electus: voluntatibus eorũ cũ fuerit ordinatus, reuerẽtia exigẽte obedire cõpellitur: ſicque fit vt res illius diminuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſeruetur. Talem ergo te admonente debent ſibi perſonã eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deſeruiat: ſed vita & moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

ITEM ad clerum Mediolanenſem.

In electione antiſtitis cõmuni vtilitati non ſuo lucro quiſque proſpiciat. 2

DIlectiſſimi filij, officij noſtri cenſura commoniti ſuademus, vt in ſuſcipiendi antiſtitis cauſa nullus veſtrum ne Greg. epi. 29. ſiue c. 68. li. 2.

glecta

M.E.C.D. 2017

lecta vtilitate communi ſuo lucro proſpiciat: ne ſi quiſquã propria commoda appetit, friuola æſtimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mẽs quam cupiditas ligat. Penſantes ergo quæ cunctis expediunt: ei quem vobis gratia diuina prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbete, id eſt talẽ eligite, cui ſemper debeatis obedire. Iudicari nanque à vobis vltra non debet ſemel prælatus: ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt.

QVAESTIO III.

AN SIT HABENDVS SIMONIACVS QVI POST ELECTIONEM HVIVSMODI IVRAMENTVM CANONICIS PRAESTAT.

GRATIAN. QVòd autem quęritur, an ſimoniacus habendus non ſit qui poſt electionem pro indẽnitate eccleſiæ iuramẽtum præſtiterit, facilè probatur. Aliud eſt enim ante electionem iuramentum facere, vel ſe paciſci facturũ ad hoc vt eligatur: aliud eſt nulla præcedente conuentione poſt electionem huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impenſum deiicit, hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat.

De priori caſu ſcribit Pelagius clero Catinenſi.

Qui in epiſcopum eligitur de rebus eccleſiaſticis aliquem ſecuritatem nulli faciat.

1

TAlia quidem iamdudum ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Eucarpum de viſitatione Catinenſis eccleſiæ ſcripta direximus, vt in eis iudicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. veruntamen quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare veſtra etiam relatione cognouimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum, nec ętate, nec ſciẽtia, nec vitæ meritis poſſe perduci: ad hoc tantũmodo inquietare eccleſiã voluerunt, vt ſibi de his quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem futurus promittat epiſcopus: & fiat rapinæ ſecuritas, epiſcopatus ambitio. Hoc etiam vos duximus cõmonendos, vt decretum in Elpidium diaconũ factum, & ſubſcriptũ ab omnibus quos veſtra relatio deſignauit, ad nos cũ prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis deo propitiãte perducere. & poſt pauca. Cùm igitur hic filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis quæ ibi mota ſunt, & quomodo vota propè totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. vnde quia de memorati viri teſtimonio dubitare omnino non poſſumus: iccirco (ſicut dictum eſt) Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius vt admonitio ad eũ noſtra debeat

M.E.C.D. 2017

beat deſtinari : * quem tamen per veſtram dilectionem in hac præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus , ne cuíquam ſe aliquid dare vel daturum ſe eſſe promittat:ſed neque de eccleſiaſticis pręteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquam audeat facere ſiue promittere : aut quaſi factus epiſcopus ea quæ directa ſunt,permanere liberè patiatur : ſciens quòd ſi tale aliquid fecerit vel fecit , nec à nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio:& cũ iudicij noſtri quod de ſeipſo habuimus damno, paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit. * iterari.

De ſecundo vero caſu in geſtis Vrbani.ij.legitur.

Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare.

2

ARtaldus Arelatenſis epiſcopus Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum papam Vrbanum venit . ſuus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat : quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſiæ conſeruanda canonicis iurauit:conſecratus itaque eſt à domino papa Vrbano,ante purgatus huiuſmodi iuramento.De iuramento quod canonicis noſtrę eccleſiæ feci poſt electionem: nullam conuentionem ante vt eligerer feci.Narboneníis verò eccleſiæ archiepiſcopus nulliùs præter id criminis cauſa conſecrationem omiſit me ſciente: neque mihi criminis conſcius ſum propter quod à ſacerdotio me repellat.

QVAESTIO IIII.

AN LICEAT CLERICIS ANTE SENTENTIAE TEMPVS AB EPISCOPO SVO DISCEDERE.

GRATIAN.

,, QVòd autem clericis ante tempus ſententiæ ab epiſcopo ſuo diſcedere non liceat: probatur auctoritate Symachi papæ dicentis.

In li.Ennodij.

Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere. I

NOnne directa*ſunt verba decreti, ſi quis clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit,manifeſtam in eum manere cenſuram?lex enim eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatum priuſquam ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui. *dicta.

QVAESTIO V.

AN SINE LITERIS APOSTOLICIS DEBEAT REDIRE AD PROPRIAM ECCLESIAM.

GRATIA.

,, SIne literis apoſtolicis epiſcopus accuſatus, & à ſancta ſe-
,, .le vocatus,ad ſuam non reuertatur eccleſiam.
,, VNDE Sixtus papa ait.

Epiſ...

M.E.C.D. 2017

A ſede apoſtolica vocatus epiſcopus ad domum nō reuertatur niſi purgatus, & apoſtolicis literis inſtructus. 1

QVilibet fratrum pulſatus, atque ab hac ſancta ſede vocatus: cùm ſe nobis repræſentauerit, non prius reuertatur, quàm hinc literis apoſtolicis vel formatis pleniter inſtructus atque purgatus ſit, ſi fuerit vnde: vt poſtquam domum reuerſus fuerit, recognoſcant vicini ſui qualiter ſuam aliorumque cauſam hic finierit: quatenus illam abſque ambiguitate vlla nunciare & prædicare omnibus poſſit. ab hac enim ſancta ſede à ſanctis apoſtolis tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſſi ſunt: & ſicut eorum diſpoſitione ordinante domino primitus ſunt cōſtituti: ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni eorum cauſas & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde culpantur qui circa fratres aliter egerint, quàm huius ſanctæ ſedis rectoribus placere cognouerint.

CAVSA IX.

GRATIA. SEntentia excommunicationis notatus quidam archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit. quendam capellanum ſui ſuffraganei illo inconſulto depoſuit: atq; alium in loco eius ordinauit.

1 Hic primum quæritur, an ordinatio quæ ab excommunicatis facta eſt, aliquo modo poſſit rata haberi.

2 Secundò, an liceat epiſcopo, archiepiſcopo, primati vel patriarchæ clericos alterius prouinciæ ſine proprijs literis ordinare.

3 Tertiò, an archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui illo inconſulto damnare valeat, vel damnatos abſoluere.

QVAESTIO I.

AN ORDINATIO QVAE AB EXCOMMVNICATO FACTA EST ALIQVO MODO POSSIT RATA HABERI.

GRATIA. QVòd ordinatio quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam conſecratio appellanda ſit: teſtatur Greg. dicens.

Greg. epi. 20. lib. 3. ad Maximianum.

Non poteſt appellari conſecratio quæ fit ab excommunicatis. 1

NOs conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excōmunicatis hominibus eſt illicitè celebrata. ITEM.

Palea. 2

EXcommunicati illicitè manus imponunt: quia poteſtatem ordinandi non habent. vbi autem illicita eſt manus impoſitio, vulnus infigitur. vnde reiterari neceſſe eſt quod minimè probatur eſſe collatum.

Epiſt. 4. de cho- [illegible]

VNDE Damaſus papa ait.

[Palea.

M.E.C.D. 2017

[*Palea.*

Deeſt in veteri manuſcrip.

PEr illicitam manus impoſitionem vulneratum caput illi qui videbantur aliquid accepiſſe, habebant: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhiberi: qua fixa ſanetur macula. Item reiterari neceſſe eſt quod legitimè actum aut collatum minimè probatur. Nam quomodo poſſit honorem retinere, qui ab illo accepit qui poteſtatem dare non habuit legitimè: inuenire non poſſum.]

GRATIAN.

» Sed excommunicati hic intelliguntur qui in ipſa ſua ordi-
» natione pœnam excommunicationis contraxerunt: qui nun-
» quam in numero catholicorum fuerunt. Cæterùm qui inter
» catholicos prius deputati ſunt: ſi poſtea excõmunicationis ſen-
» tentia notati fuerint: ordinationes tamen eorũ ab eccleſia mi-
» ſericorditer tolerantur. VNDE Vrbanus ij. ſcribit dicens.

Ordinationes ab excommunicatis non ſimoniacè factæ, ex miſericordia tolerantur.

3

AB excommunicatis, quondam tamen catholicis, epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniacè ordines ipſos acceperunt: & ſi ipſos epiſcopos ſimoniacos nõ fuiſſe conſtiterit: ad hoc ſi eorum religioſior vita & doctrinæ prærogatiua viſa fuerit promereri: pœnitẽtia indicta quã congruã duxeris, in ipſis quos acceperũt ordinibus permanere permittas: ad ſuperiores autẽ conſcendere non concedimus: niſi neceſſitas & vtilitas maxima flagitauerit: & ipſorum ſancta cõuerſatio promeruerit. Sed & illud Greg. de nominatim excõmunicatis intelligitur: quorum ordinationes ſunt irritæ, ſi eorũ dãnatio non erat ordinandis incognita. VNDE idem Vrbanus ait.

Qui nominatim excommunicati ſunt, & qui aliorum ſedes inuadunt: alios ordinare non poſſunt.

4

ORdinationes quæ ab hæreſiarchis nominatim excommunicatis factæ ſunt, & ab eis qui catholicorũ adhuc viuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt, irritas eſſe iudicamus: niſi probare valuerint ſe cùm ordinarentur eos neſciſſe damnatos. Qui verò ab epiſcopis quondam quidem catholicè ordinatis, ſed in ſchiſmate à Romana eccleſia ſeparatis conſecrati ſunt: eos nimirum cum ad eccleſiæ vnitatẽ redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi vita & ſcientia eos commendant. Amodo verò quicunque à prædictis ſchiſmaticis ſanctæque Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari permiſerit: nullatenus hac venia dignus habeatur. Quãuis autem miſericordiæ intuitu, magnaque neceſſitate cogente hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus: nullum tamen præiudiciũ ſacris canonibus fieri volumus: ſed obtineant proprium robur: & ceſſante neceſſitate illud quoque ceſſet quod factum eſt pro neceſſitate. vbi enim multorum

M.E.C.D. 2017

ſtrages iacet: ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati.

GRATIA. Electio quoq; niſi à catholicis facta fuerit, irrita eſſe pro- «
batur. VNDE Greg. ſcribit Mediolanenſibus. «

Irrita ſit electio quæ non à catholicis facta probatur. 5

NOs in hominē qui non à catholicis eligitur, nulla præbemus ratione cōſenſum: nec ſi alicuius vſurpatione factū fuerit in locum vel ordinem illum ſacerdotis ſuſcipimus.

QVAESTIO II.

AN LICEAT EPISCOPO, ARCHIEPISCOPO, PRIMATI VEL PATRIARCHAE CLERICOS ALTERIVS PROVINCIAE SINE PROPRIIS LITERIS ORDINARE.

GRATIA. QVòd autem epiſcopus vel quilibet ſuperiorum clericos «
alterius ſine proprijs literis ordinare non debeat, «
Epiſt. 2. epiſcopis Galliæ. Calixtus papa ſcribit dicens. «

Alterius eccleſiæ parœcianum nullus iudicare præſumat. 1

NVllus alterius terminos vſurpet: nec alterius parœcianum iudicare vel ordinare aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio vel ordinatio aut excommunicatio vel dānatio nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullius alterius iudicis niſi ſui ſententia tenebitur aut damnabitur. Vnde & dominus in Deuteronomio loquitur dicens, Non trāſgredia-
Deut. 19. d. ris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. IDEM.

Palea. 2

Pro. 22. d. PLacuit vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet com-
In eadem epiſto. miſſum alteri ſacerdoti recipere ad pœnitentriā ſine cōſen-
Extat in veteri manuſcripto ſub paleæ notis. ſu eius cui ſe prius cōmiſit, niſi per ignorātiā illius cui peccās prius confeſſus eſt. qui verò contra hæc ſtatuta facere præſumpſerit: gradº ſui periculo ſubiacebit. ITEM Cœleſtinus papa.

Calixtus pa. epi. 2. *In alterius parœcia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet.* 3

NVllus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorū epiſcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionē accedat quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi parœciam ſuper eius diſpoſitione: niſi vocatus ab eo cuius iuris eſſe cognoſcitur: vt quidquam ibi diſponat vel ordinet aut iudicet: ſi ſui gradus honore potiri voluerit. ſin aliter preſumpſerit, damnabitur: & non ſolùm ille, ſed cooperatores & conſentientes ei: quia ſicut ordinatio, ita etiam eis iudicatio & aliarū rerum diſpoſitio prohibetur. nam qui ordinare non poterit: quomodo iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit. ITEM ex concilio Meldenſi.

De eodem. 4

IN dominicis diebus vel feſtis presbyteri antequam miſſas celebrent, plebem interrogent ſi alterius parœcianus in eccle-

M.E.C.D. 2017

eccleſia ſit,qui proprio cõtempto presbytero ibi miſſam velit audire.quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abijciant: & ad ſuam parœciam redire compellant.

ITEM ex concilio Nauatenſi.

De eodem. 5

NVllus presbyter aut diaconus alterius plebanum (niſi in itinere fuerit, vel placitum habuerit) ad miſſam recipere audeat. ITEM ex concil. Antiocheno. Cap. 13.

Ad ordinationem clericorum vel eccleſiarum alterius epiſcopi niſi ab eodem inuitatus non accedat epiſcopus. 6

NVllum epiſcopum audere debere ex alia prouincia ad aliã tranſitum facere: & ordinare aliquos in eccleſia aut præferre ad ſacrum miniſterium. nec ab alijs illuc attrahatur epiſcopus,niſi fortè per literas rogatus abierit, non ſolùm à metropolitano,ſed & ab his qui cum eo ſunt omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante inordinatè ſuperueniat epiſcopus, & aliquos vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet illi eccleſiæ competentes qui ad ſe minimè pertinẽt, vſurpare tentauerit: vacua quidem & inania erunt omnia quæ geſſerit, ipſe verò huius indiſciplinati auſus & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat: tanquam depoſitus à ſancta ſynodo, & propter huiuſcemodi præſumptionem iam prædamnatus. ITEM ex eodem. Cap. 22.

Ad ordinationem eccleſiæ quæ ſibi commiſſa non fuerit, minimè accedat epiſcopus. 7

EPiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubiecta, neque in regionem quæ ad eius curam minimè noſcitur pertinere,ad aliquid ordinãdum: neq; presbyteros aut diaconos conſtituere ad alios epiſcopos pertinentes,niſi forrè cum volũtate & teſtimonio proprię regionis epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam horum quid tale facere voluerit:irrita quidem erit talis ordinatio:& ſuper his etiam quę malè vſurpauerit,à ſynodo arguatur.nam ſi ordinare non potuerit:nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

ITEM ex ſynodo Conſtantinop. Cap. 2.

Non accedant epiſcopi ad eccleſias quæ ſunt extra eorum diœceſim. 8

EPiſcopi qui extra ſuam diœceſim ſunt: ad eccleſias quę extra terminos eorum ſunt,non accedant:neque confundant & permiſceant eccleſias ſecundum regulas ſtatutas. Alexandriæ quidem epiſcopi ea quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Oriẽtales autem epiſcopi ſolius Orientis curã gerant: ſeruatis tamen honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ,qui in regulis Nicænæ ſynodi continentur. Sed & Aſianæ diœceſis epiſcopi:& ea quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantũmodo diœceſim pertinẽt,gubernent. Ponti autem

M.E.C.D. 2017

epiſcopi Pontinæ tantummodo diœceſis habeant curã: Thra-
Ibidem cap. 3. ciæ verò ipſius tantummodo Thraciæ. ITEM.

De eodem. 9

NOn inuitati epiſcopi vltra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus vel quibuſcunque diſponendis eccleſiaſticis cauſis ſeruata regula quæ ſupra ſcripta eſt de vnaquaque diœceſi. Manifeſtum nanque eſt quòd per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare & gubernare omnia debeat ſecundum ea quæ ſunt in Nicæna ſynodo diffinita.

3. pars. His auctoritatibus prohibentur quilibet epiſcopi clericos ‘‘
GRATIAN. alterius ordinare. Sed quæritur ſi contingat eos aliquibus ſa- ‘‘
cros ordines diſtribuere: an ordinati ab epiſcopis ſuis in pro- ‘‘
priis ordinibus recipi poſſint. DE his ita ſcribit Vrbanus ‘‘
papa. Hugo. Lugdunen. archiepiſcopo. ‘‘

Clerici ab epiſcopo alterius paræciæ ordinati, à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt. 10

LVgdunenſis paræciæ clericos quos contra ſtatuta canonum ab alterius paræciæ epiſcopis ordinatos literarum tuarum ſignificatione monſtraſti: cum graduum ſuorum honore recipere, religionis tuæ prudentia poterit: ſi eos aliàs canonicè & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit: ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ proſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdam clericos ordinaſſe: quod ſanctus vir omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit: iniuncta ſatisfactionis gratia propter eccleſiam quam offenderunt cognita pœnitentia miſerationis intuitu in ſuo quoque honore recipies: ſalua tamen in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

QVAESTIO III.

AN ARCHIEPISCOPVS CLERICOS SVFFRAGANEI SVI ILLO INCONSVLTO DAMNARE VALEAT, VEL DAMNATOS ABSOLVERE.

GRATIA. QVòd autem archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei il- ‘‘
lo inconſulto damnare valeat vel abſoluere, ſic vide- ‘‘
tur poſſe probari: ſicut totius epiſcopatus eccleſiæ in ‘‘
poteſtate ſunt epiſcopi, ſic & eccleſiæ totius archiepiſcopa- ‘‘
tus ad diœceſim pertinent archiepiſcopi. Vocantur enim epi- ‘‘
ſcopi à metropolitano in partem ſolicitudinis, non in plenitu- ‘‘
dinem poteſtatis. Sic quippe vices ſuas eis impertitur, vt po- ‘‘
teſtatem ſuam ſibi non adimat. vnde & ſine eius cõſilio nihil ‘‘
eis age-

M.E.C.D. 2017

,, eis agere licet. Sicut in concilio Martini papæ legitur. Cap.4.li.Martini episco. Bra. ex synodo Grecorum,

Nec episcopi sine metropolitani consensu, nec ille sine eorum consensu aliquid agere debet. 1

PEr singulas prouincias oportet episcopos cognoscere metropolitanum suum:& ipsum primatus sui curam suscipere: nihil autem oportet agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum in canone continetur: propter quod & metropolitanus nihil præsumptiuè assumat absque consilio cæterorum.

ITEM ex concilio Antiocheno. Cap.9.

Sine metropolitani conscientia extra suã diœcesim nihil agat episcopus. 2

PEr singulas prouincias episcopos singulos scire oportet episcopum metropolitanum qui eis præest,curam & solicitudinem totius prouinciæ suscepisse, propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his qui causas habent, concurratur; quapropter placuit eum & honore præcellere,& nihil vltra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrũ nostrorum canonem:nisi hoc tantum quod vnicuiq; ecclesiæ per suam diœcesim cõpetit. Vnumquemq; enim oportet episcopum habere suæ diœcesis potestatem:vt regat & gubernet secundum competentem singulis reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis quæ sub ipsius est ciuitate: ita vt ordinare ei presbyteros & diaconos probabili iudicio liceat; & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. vltra autem nihil agere permittatur citra metropolitani episcopi conscientiam: nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

,, Nisi fortè episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare GRATIA.
,, contempserint. VNDE in vij.synodo legitur.

Metropolytanus cõstituat œconomos quos episcopus habere neglexerit. 3

CVm simus debitores, omnes sacras regulas custodire: & eam quæ dicit in vnaquaque ecclesia œconomos esse debere, modis omnibus inuiolabilem conseruare debemus. Et si quidem vnusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomum, bene vtiq; est. sin autem ex auctoritate propria Constantinopoleos episcopis licentia est præponendi œconomos in eius ecclesia:similiter & metropolitanis,si episcopi qui sub eis sunt, non sategerint œconomos statuere in suis ecclesiis. Idipsum autẽ seruandũ est etiam in monasteriis.

,, Probatur illud idem exemplo apostoli qui fornicatorem GRATIAN.
,, Corinthium impœnitentem satanæ tradidit:postea pœniten- 1.Corinth.5.g.
,, tem ecclesiæ reconciliauit:hoc tantum scribens Corinthiis in
,, prima & secunda epistola, vt excommunicato non communi-
,, carent:& reconciliato socia charitate compularentur. Sed cõ- Iginius pa. epi-
,, tra probatur auctoritate multorum. Ait enim Iginius papa. stol.1.

M.E.C.D. 2017

Metropolitanus sine epĩscoporum consensu vel præsentia alicuius eorum non audiat causas. 4

SAluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absq; cæterorum omnium cõprouincialium episcoporum instantia aliquorũ audiat causas: quia irritæ erũt aliter actæ, quàm in cõspectu eorum omniũ ventilatæ: & ipse si fecerit, coerceatur à fratribus. ITEM Anicius papa.

Anicetus scribẽs epis. Galliæ.

De eodem. 5

ARchiepiscopus nihil de episcoporum causis aut aliis communibus iuxta statuta apostolorum absq; cunctorũ illorum agat consilio: nec illi assumant nisi quantum ad suas pertinet parœcias sine suo consensu: quoniam tali cõcordia gaudet altissimus & gloriatur in membris suis. IDEM.

Anicet. in eadem epistol.

De eodem. 6

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia vel concilio episcoporum, vel causas eorum aut alias causas (nisi eas tantum quæ ad propriam suam pertinent parœciam) agere, aut grauare eos voluerit: ab omnibus districtè corrigatur: ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit: ad hanc apostolicam sedem cui omnium episcoporum iudicia referri præcepta sunt, eius cõtumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri de eo timorẽ habeant.

Epist. 2. episcopis Galliæ.

ITEM Calixtus papa.

De eodem. 7

NVllus primas, nullus metropolitanus diœcesani ecclesiam vel parœciam, aut aliquem de eius parœcia præsumat excommunicare vel iudicare, aliquídve agere absque eius consilio vel iudicio: sed hoc obseruet quod ab apostolis ac patribus & decessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum, id est, si quis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriã pertinet parœciam) sine consilio & voluntate omnium comprouincialium episcoporũ extra agere aliquid tentauerit, gradus sui periculo quidem subiacebit, & quod egerit, irritum erit & vacuum. Sed quicquid de cõprouincialium episcoporum causis, eorumq; ecclesiarum & clericorum atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc communi consensu cõprouincialium agatur pontificum: nõ aliquo dominationis fastu, sed humili atq; concordi administratione: sicut dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare, & alibi. Qui maior est vestrum, erit minister vester. similiter & ipsi comprouinciales episcopi cuncta eius cõsilio (nisi quantũ ad parœcias pertinet proprias) agant iuxta sanctorum cõstituta patrũ, vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur trinitas in sæcula. ITEM Nicolaus

Ibidem.

Matth. 20. d.

Ibid. 23. b.

M.E.C.D. 2017

laus papa Rodulpho Bituricensi archiepiscopo.

In suffraganei parœcia nihil absq; eius consilio metropolitanus agat. 8

Iuo Cam. lib. 4. de dignitate refert.

COnquestus est apostolatui nostro frater noster Sigedodus archiepiscopus Narbonensis, quòd clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi iure patriarchatus tui disponas: cùm hoc nec antiquitas (cui sancti patres sanxerunt reuerentiam) habeat, & auctoritas sanctorum canonum penitus interdicat, nisi fortè pro causis quæ apud se terminari non possunt, ad te quasi ad patriarcham suum prouocauerint per appellationes: vel si episcopus suus decesserit, res ecclesiæ suæ iudicio tuo dispensare voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus: ita vt secundum Nicænas regulas sua priuilegia seruentur ecclesiis: præterquam si apostolica sedes aliquam ecclesiam vel ipsius rectorem quolibet speciali priuilegio decreuerit honorare.

ITEM Beda super Apocalypsim: Et angelo ecclesiæ Ephesi scribe.

Apocal. 2. a. Ad ca 2. Glossa ordinaria id habet Apocalypsis.

De eodem. 9

EPiscopo scribit Ioannes, de cuius manu peccata subditorum requirit, ne sine eius consilio subditos iudicare debeat. Sola enim Romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus, de ea verò nulli iudicare permittitur.

VNDE Nicolaus papa primus.

Nicolaus ad Michaelem imperatorem.

Apostolicæ sedis iudicium à nemine est retractandum. 10

PAtet profectò sedis apostolicę (cuius auctoritate maius nõ est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio: iuxta quod Innocentius papa Ruffo & cæteris episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait: Nemo vnquã apostolico culmini (de cuius iudicio nõ licet retractari) manus obuias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. & beatus papa Gelasius: Nec de eius iudicio, id est Romanæ ecclesiæ canones vnquam præceperunt iudicari, sententiamq; illius constituerunt non oportere dissolui: cuius potius sequenda decreta mãdauerunt. ITEM Anastasius patriarcha papæ Felici.

Ab aliis damnatos vel excõmunicatos, apostolica soluit auctoritas. 11

FVit semper apostolicæ sedis vestræ licentia, iniustè damnatos vel excommunicatos potestati suæ sua auctoritate restituere: & sua omnia eis reddere, & illos qui eos condemnauerunt aut excommunicauerunt, apostolico punire priuilegio: sicut etiam nostris & anterioribus nouimus factum temporibus. ITEM.

M.E.C.D. 2017

De eodem. 12

ANtiquis regulis ſancitum eſt vt quicquid (quanuis in remoris aut in longinquo poſitis prouinciis, ſuper earum querelis aut accuſationibus ageretur) non prius tractandum vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ eſſet deductum: vt huius auctoritate iuxta quod fuiſſet faciendum pronunciatio infirmaretur aut firmaretur.

ITEM Innocentius papa.

Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. 13

NEmo iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem. neque enim ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

ITEM Symmachus papa.

De eodem. 14

ALiorum hominum cauſas deus voluit per homines terminari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiã. Nolite exiſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte quo iudice. Tu dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione cõditio: replicabo, vni dictum eſt. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo eccleſiam meam: & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlo. Et rurſus patet ſanctorum voce pontificum dignitatem ſedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi per prophetam dictum videtur: Si hæc humiliatur, ad cuius fugietis auxilium, & vbi relinquetis gloriam veſtram? ITEM Antherius papa.

Matth. 16. c.

Eſai. 10. a.

Antherius epiſt. ad epiſcopos prouinciarum Beticæ & Toletanæ.

De eodem. 15

FActa ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra verò à domino iudicantur. Deteriores ſunt qui vitam moresq́, bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaq́; diripiunt.

Gelaſius 1. Fauſto legato.

ITEM Gelaſius papa.

De eodem. 16

IPſi ſunt canones qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſanctæ ſedis examen voluerunt deferri: ab ipſa vero nuſquã prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudiçari, ſententiamq́; eius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt. IDEM omnibus epiſcopis.

Gela. epiſ. Dardaniæ.

De eo-

M.E.C.D. 2017

De eodem. 17

CVncta per mundum nouit ecclesia quòd sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neq; cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa prætermimus quòd apostolica sedes sine vlla synodo præcedente, & soluendi quos synodus iniquè damnauerat, & damnandi nulla existēte synodo quos oportuit habuit facultatem, & hoc nimirum pro suo principatu quem beatus Petrus apostolus domini voce & tenuit semper, & tenebit. ITEM episcopis per Dardaniā cōstitutis. *Idem Gela. Ibid.*

De eodem. 18

CVncta per mundum nouit ecclesia quoniam quorūlibet sententijs ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli ius habeat resoluendi: vtpote quæ de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c. ITEM Sixtus papa Hispanorum episcopis. *Epist. 2.*

De eodem. 19

FRatres, quos timore terreno iniustè damnastis, scitote à nobis iustè esse restitutos quib⁹ ex apostolica auctoritate beati Petri omnia quæ eis ablata sunt, integerrimè reddi præcipimus, si non vultis & vos & principes vestri à collegio nostro & à membris ecclesiæ separari.

ITEM Stephanus episcopus Gualberto patriarchæ.

Cuiuslibet ecclesiæ clericos papa valet ordinare. 20

NVnc verò iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesię priuilegium infringere, licet apostolica prærogatiua possimus de qualibet ecclesia clericū ordinare: desine iam cuiuspiam zelo Cumensis ecclesiæ antistitē protelare: quia si protelaueris, & eum cōsecrare iam totiēs monitus non maturaueris, proculdubio ad nos veniens consecratus abibit.

ITEM Nicolaus papa Michaeli imperatori. *Nico. I.*

De eodem.

PEr principalem igitur apostolorum Petri & Pauli dexteram, quam supra exposuimus, & potestatē & ius habuimus non solum in monachos, verumetiam in quoslibet clericos de quacunque diœcesi cum necesse fuerit ad nos conuocare, atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

» Sed aliud est quod ex temeritate assumitur præsumptio- GRATIAN.
» nis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cùm suffra-
» ganei archiepiscoporum subditis suis ad malum fauere cœ-
» perint, atque circa eorum correctiones negligentes extite-
» rint: tunc licet metropolitanis præter illorum voluntarem
» & ligandos damnare, & reconciliandos absoluere. Cùm
» verò episcopi zelo diuinæ charitatis accensi, bonos verbo &
» exemplo ædificant, & malorum vitia aspera increpatione redar-

M.E.C.D. 2017

redarguunt,absque talium consilio non licet metropolitanis in eorum parœcia aliquid agere vel disponere. Vnde in fine capituli Martini papæ non simpliciter dictum est. Nihil agat, sed cum determinatione nil præsumptiuè assumat absque eorum consilio: vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & apostolus quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, sua auctoritate illum damnauit. Ioannes verò quia episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.

1.Cor. 5.a.

Apoca.2.a.

CAVSA X.

GRATIAN.

QVidam laicus basilicam à se factam à diœcesana lege segregare quærit. episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit. tandem euincit episcopus: & per parœcias militibus comitatus crudeliter desæuit: quæ ecclesiarum sunt, tanquam sibi debita, vsurpare contendit.

1 Modo primùm quæritur an basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat? a

2 Secundò,an res ecclesiarum episcopis vsurpare liceat? b

3 Tertiò,quid nomine cathedratici à sacerdotibus suis exigere valeat? c

a pertinet. vt infra patebit.
b minime.vt infra. pat.
c duos solidos. vt infr. patebit.

QVAESTIO PRIMA.

AN BASILICA CVM OMNI DOTE SVA AD EPISCOPI ORDINATIONEM PERTINEAT.

Cap. 3.

DE prima quæstione sic diffinitur in concilio Hilerdensi.

Basilica quæ consecratur, à diœcesana lege nõ segregetur. 1

*al.quisquam

SI ex laicis quispiam* à se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterij specie vbi congregatio non colligitur, à diœcesana lege audeat segregare.

Cap.19.

ITEM ex concilio Toletano.iij.

Ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant. 2

d legend. vt in veteri. Sic quidam.

SI quidam[d] contra omnem auctoritatẽ ecclesias quas ædificauerunt postulant consecrari,vt dotem quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem nõ pertinere. quod factum taliter in præterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat prohibeatur:& omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem & potestatem pertineãt.

ITEM ex concilio secundo Cabilonensi.

Ecclesiæ

M.E.C.D. 2017

Eccleſiæ & omnia iura earum ad ordinationem epiſcopi pertinent. 3

DEcretum eſt vt omnes eccleſiæ cum dotibus ſuis & decimis & omnibus ſuis iuribus in epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.

ITEM Leo papa quartus.

Vnaquæque parœcia epiſcopi prouiſione regatur. 4

REgenda eſt vnaquęque parœcia ſub prouiſione ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes vel cæteros clericos quos ipſe cum dei timore præuiderit cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit eccleſiaſtica auctoritate cogente. ITEM ex concilio Antiocheno. Cap. 24.

Iudicio & poteſtate epiſcopi res eccleſiaſticæ gubernentur. 5

QVæcunque res eccleſiaſticæ ſunt, conuenit cum omni diligentia & bona fide quæ deo debetur, qui omnia[a] prævidet, & cuncta iudicat: gubernari & diſpenſari cum iudicio & poteſtate epiſcopi: cui totius plebis animæ videntur eſſe commiſſæ. ITEM ex concilio Toletano quarto. Cap. 32.

[a] al. prouidet. quæ eſt recta lectio.

Baſilicarum conditores in rebus eccleſiarum nullam poteſtatem ſe habere cognoſcant. 6

NOuerint cõditores baſilicarum in rebus quas eiſdem eccleſijs conferunt, nullam ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta ſicut eccleſiam ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere.

ITEM ex concilio Aurelianenſi. Cap. 17.

De eodem. 7

DE his quæ parœciis in terris, ‖in‖ vineis, mãcipiis, atq; peculijs quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonũ ſtatuta ſeruentur, vt in epiſcoporum poteſtate conſiſtant. de his tamen quæ altario acceſſerint, tertia pars fideliter epiſcopis deferatur. ITEM ex eodem. Cap. 16.

De iis quæ altario offeruntur, medietatem ſibi vendicet epiſcopus. 8

ANtiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouanda: vt de his quæ altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem ſibi epiſcopus vẽdicet, & medietatẽ ſibi diſpenſandam ſecundi gradus clerus accipiat, tam de propriis prædijs, quàm de omni commoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus. ITEM ex concilio Toletano.

De epiſcopis qui diœceſim ſuam viſitare contemnunt, & ad redimendas manſiones quæ viſitantibus debentur, clericos cogunt. 9

RElata eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebiũ, quòd ſint quidam epiſcopi nolentes ad prædicandũ vel ad confirmandum ſuas per annum parœcias circumire: qui tamẽ exigãt vt mãſiones quibus in profectione vti debuerãt, ‖aliquo‖ precio redimãt, qui parare debebant; quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ ſanctæ ſynodo magno fuit horrori, ſta- alio.

tuerunt

M.E.C.D. 2017

tuerũt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt ſolicitiores ſint epiſcopi de ſuis gregibus viſitandis.

Cap.8. ITEM ex concilio Terraconenſi.

Annuis vicibus eccleſiæ ab epiſcopis viſitentur. 10

Decernimus. DEcreuimus vt antiquæ cõſuetudinis ordo ſeruetur; & annuis vicibus diœceſes ab epiſcopo viſitentur: & ſi qua fortè baſilica fuerit reperta deſtituta, ordinatori eius reparari præcipiatur: ab epiſcopis autem tertia ex omnibus accipiatur,

2. pars. ſicut antiqua traditione nouimus eſſe ſtatutum. Si autẽ epiſcopus inualetudine impeditus diœceſes ſuas per ſemetipſum viſitare non poterit, viſitationis officium committat alijs.

Cap.35. VNDE in concilio Toletano quarto legitur.

Inualetudine grauatus epiſcopus, viſitationis officiũ aliis cõmittat. 11

EPiſcopum per cunctas diœceſes parœciaſque ſuas per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat quo vnaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat. Quòd ſi ipſe aut lãguore detẽtus, aut alijs occupationibus implicatus adimplere nequiuerit: presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui redditus Baſilicarũ & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.

3. pars. GRATIAN. Cap.1. Viſitantes autem epiſcopi quid à clericis ſuis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharenſi ſecundo ſic ſtatutum legitur.

Quæ viſitantes epiſcopi à clericis ſuis exquirere debeant. 12

PLacuit omnibus epiſcopis, vt per ſingulas eccleſias epiſcopi & per diœceſes ambulantes primùm diſcutiãt clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant vel miſſarum, vel qualiter quæque officia in eccleſia peragant: & ſi rectè quidem inuenerint, deo gratias agant. ſi autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, ſicut antiqui canones iubẽt, vt ante viginti dies baptiſmi, ad purgationem exorciſmi catechumeni concurrant: in quibus viginti diebus omnino catechumeni ſymbolum quod eſt, Credo in deum patrem omnipotentem ſpecialiter doceantur. Poſtquam ergo hæc ſuos clericos diſcuſſerint vel docuerint epiſcopi, alia die (conuocata plebe ipſius eccleſiæ) doceant illos vt errores fugiant idolorum, vel diuerſa crimina, id eſt homicidium adulterium, periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: & quæ nolunt ſibi fieri, alteri ne faciant, & vt credant reſurrectionem omnium, & diem iudicij, in quo vnuſquiſque ſecundum opera ſua recepturus ſit. & ſic poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

ITEM Hieronymus ad Damaſum papam.

Oblationes eccleſiæ laicis vſurpare non licet. 13

4. pars. QVia ſacerdotes pro omnibus ſolent orare, quorũ eleemoſynas & oblationes accipiunt: qua frõte preſumũt laici obla-

M.E.C.D. 2017

oblationes quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel ipsi comedere, vel alijs concedere: cùm ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare? Ob hoc papa glorioſè mittere ‖ te ‖ oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam: vt & cæteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia non fiant. ITEM Calixtus papa.

Minimè auferantur à laicis oblationes altaribus & crucibus facta. 14

SAnctorum patrum canonibus cõsona sanciẽtes, oblationes de sacratissimo & reuerendissimo altari beati Petri, & saluatoris, & sanctæ Mariæ Rotundæ, aut alijs ecclesiarũ altaribus siue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione anathematis prohibemus: & ecclesias à laicis incastellari, aut in seruitutẽ redigi, auctoritate apostolica prohibem⁹. *Et de regula monachorũ, cap. de contemplatione.*

ITEM Damasus papa.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur. 15

HAnc consuetudinem quæ contra sanctã ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus, vt nullo modo vnquam vllo tempore oblationes quę intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus qui quotidie domino seruire videntur, illis solis liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit dominus panes sanctos comedere filiis Israël. nisi tantummodo Aaron & filijs eius, qui panes longè erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur: quia illi sub vmbra legis erant: qui verò modo sub gratia sunt spiritus sancti, toto mundo euangelio coruscante, lucidiores esse videntur. Qua fronte aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs, deo preces offerre? quia prauum est, & contra dominicũ præceptum: & detrimentum animæ suæ infert qui illud agere conatur quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis patribus nostrísque prioribus placuit hanc sanctionem fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum. ccc. patrum, qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & vlterius oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit: sub anathematis vinculo sit colligatus & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

Præmissis auctoritatibus ecclesiæ cum omnibus rebus suis ad episcopi ordinationem pertinere monstrãtur, & tam ecclesiæ quàm oblationes vel facultates earum à laicorum dispositione probantur esse immunes.

GRATIAN.

QVAE-

M.E.C.D. 2017

QVAESTIO II.

AN EPISCOPIS RES ECCLESIARVM VSVRPARE LICEAT.

GRATIA. SEd cùm in episcoporum potestate facultates ecclesiæ cõ- « «
stitutæ ‖ esse ‖ dicantur: potestas dispensandi intelligenda « «
est, non distrahendi vel dilapidandi. « «

Cap. 7. VNDE in Agathensi concilio legitur. « «

Res ecclesiæ aliquo modo episcopis alienare non licet. 1

CAsellas vel mancipiola ecclesiæ episcopi (sicut prisca sanctorum canonum præcepit auctoritas) vel vasa monasterij quasi commendata fideli præposito, integro ecclesiæ iure possideant, id est vt ‖ episcopi ‖ neque vendere, neque per quoscunque contractus res vnde pauperes viuunt, alienare præsumant. *Quod si necessitas vt pro ecclesiæ necessitate aut vtilitate vel in vsufructu vel indirecta venditione aliquid distrahatur apud duos vel tres comprouinciales aut vicinos episcopos causa qua necesse fuerit vendi, primitus comprobetur: vt habita discussione sacerdotali eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio vel transactio corroboretur, aliter facta venditio vel transactio non valebit. Nimis verò vtiles possessiones, peregrinis vel clericis saluo iure ecclesiæ in vsum præstare permittimus. Impr. Iustinianus. Excepta videtur causa captiuitatis. Impr. Leo. Ea enim &* Hæc omnia ex veteri manusc.

Tit. 2. leg. 17 *c. vt hîc.* Codice lib. j. tit. de sacrosanctis ecclesijs. Imperator
Ti. 2. leg. 14. Iustinianus. Excepta causa videlicet captiuitatis. Impe-
‡ Anthemius. ratores Leo & Antonius.‡

De eodem. 2

EA enim quæ ad beatissimę ecclesiæ iura pertinent, vel posthac peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam & religiosam ecclesiam intacta conuenit inuiolabiliter custodiri.

Constitutio noua.

Hoc ius porrectum est ad omnem locum venerabilem, omneque collegium quod actio pia constituit: vt nec res eorũ pignorentur, & hoc perpetuò seruetur in his rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitur, si debitum vrget. Præterea si habet superflua vasa, nec aliunde soluere valet: ne quid immobile alienetur vel distrahatur, ea (gestis habitis corã eo cuius est ‖ loci ‖ ordinatio) vel integra alijs locis venerabilibus ‖ oblata dentur, ‖ vel cõflata cuilibet alij vendãtur. Qui autẽ hæc acceperit citra hãc obseruationẽ, ijsdẽ pœnis subiaceat, quę in rebus immobilibus proditæ sunt. Si autẽ debitũ ‖ quod vrget ‖ ex mobilib⁹ solui nõ valet: primò res immobiles speciali dẽtur pignori: cuius fructus creditor sibi reputet tam in sortẽ quàm in vsuras vsque ad quartam centesimæ. Quod si nolit, tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis iuret maiore parte ibidem seruientium consentiente,

M.E.C.D. 2017

tiente,& debitum vrgere, nec ex mobilibus ſolui poſſe: quo ſubſecuto, per viginti dies rem eccleſiæ eſſe venalem publicè ſit notum, vt plus offerenti detur, precio modis omnibus pro debito dãdo.aliter enim emptori res non cõceditur,& hoc inſcribatur,nihil eſſe factũ in eadẽ re ad damnũ diuinæ domus. emptore verò nõ inuento,res æſtimata diſtrictè detur creditori in ſolutũ:addita in precio decima parte vniuerſæ æſtimationis,& accedente cõſenſu ordinatoris,& maioris partis ibidem ſeruientiũ.ſit tamẽ ea res mediocris inter cæteras,inſpecta ipſius qualitate,& quantitate,& onere. Et is creditor hic intelligatur,qui quod credidit,probat in vtilitatem religioſæ domus proceſſiſſe. [a] Sicut autẽ alienatio rerũ eccleſiæ interdicitur, ita prohibetur ne qua ſterilis ei detur poſſeſſio, aut aliâs oneroſa, veluti nomine fiſcalium. [b] Item,Prædium propter onus fiſcalium inutile alienetur: geſtis vt ſuprà conficiendis,& eodẽ iuramẽto præſtito,id eſt,quòd alia de cauſa nõ alienetur, niſi vi immunitas eiuſdem venerandæ domus ſeruetur. [c] Sed & permutare principes poſſunt pro re maiori vel æquali,ſi reſpublica hoc expoſcit:pragmatica forma ſuper hoc pręcedẽte. [d] Item, Sibi inuicem rectè permutant, cum vtriuſque indemnitate,eorum ſcilicet conſenſu qui & ſuprà referuntur. [e] Perpetua quoque emphyteoſis in his rebus permittitur, ſi res in eorũ geratur præſentia quibus hoc aſſignatur lege,iurãtibus his quorum intereſt,ex eo cõtractu nihil ad læſionem diuinæ domus effici: ſolito reditu ipſius rei qui fuit cùm diuino iuri dedicaretur,non imminuendo niſi in ſextam partem:aut ſi ob cladem diminuta fuerit,tunc pro conſtante nunc penſione in emphyteuſim detur.Quòd ſi res precioſa quidem eſt,parũ tamen aut nihil præſtat penſionis: res ſubtiliter æſtimanda eſt, vt ex hac æſtimatione iuſta penſio conſtituatur.Ea tamen ſola dẽtur in emphyteuſim,quæ ad hoc videntur cõgrua œconomo,& alijs gubernatoribus. [f] Qui rem huiuſmodi conductam,vel in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut canonem per biennium non ſoluerit,repelli poteſt: vt tamẽ ſoluat totius temporis penſionem,& id in quo rem læſit, reſarciat, nõ repetiturus ſi quid impenderit nomine meliorationis. [g] Si quas verò ruinas habent memoratæ domus,quas reædificare non valent, in emphyteuſim dentur perpetuam, emphyteuta vſuro materia depoſitæ habitationis domus, vt penſio minuatur in tertiam partẽ ab ea quæ ſtantibus adhuc habitationibus colligebatur: aut eo prius reædificante ex additis illic per æſtimationẽ penſionibus medietas detur religioſæ domui.nam priore caſu ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio. [h] Qui verò res iam dictas non gratuito alienationis titulo citra formã legis accipit: rem quidem cum omni incremento medij temporis reſtituat:

a Autem,ſicut e.ti.

b Autem, item, prædium.e.ti.

c autem ſedet permutare e.ti.

d Autem. item. e.ti.

e Autem perpetua.e.ti.

2.pars.

f Autem.qui rem.e.ti.

g Autẽ. ſi quas ruinas.e.ti.

h Autem. Qui res.

M.E.C.D. 2017

tuat:eius autem quod dedit,nullam aduersus venerabilem domum,sed aduersus eum qui alienauit,habeat actionem.donatarius autem & rem cum omni causa restituat, & aliud tátundem.creditor quoque restituta re pignorata,crediti actionem contra solum pignoris datorem nō ecclesiam habet. Emphyteusis acceptor ab ea cadat,nec quod dedit,repetat:immo statim soluat quod soluturus esset si iure cōtraxisset. [a]Sed melius dicitur omnino denegandas actiones esse huiusmodi acceptori. Item Cod.lib.j.titu.de sacrosanctis ecclesijs. Imperator Leo. [b]Si œconomus ecclesiæ prospexerit expedire, vt cuiquam desideranti certarum possessionum atque prædiorum vrbanorum & rusticorum ad ius ecclesiasticum pertinentium temporalis vsusfructus possessio pro petitione ipsius præstetur:eius tēporis quod inter vtrosque conuenerit,siue in diem vitæ suæ, si ab eo qui desiderat postuletur, pacta cum eo qui hoc elegerit ineat œconomus, atque conscribat: per quæ & tempus intra quod hoc præstari placuerit statuatur:& manifestum sit quod quisque accepit ad inuicem. *Completo vero spatio quod inter eos fuerit constitutum, &c. vt infra.*

a Hæc non sunt verba Nouellæ sed adiecta ab VVarnerio, sed Ioānes Cremonensis Bulgarus & Placentinus contra senserūt. ita notatur in lib. manuscr.

Titu. 2. le. 14.

b Sumptum ex l. iubemus. §. sane. C. de sacro s. eccles.

Ibidem. continuò.

[*Palea.*

Continenter hoc caput legitur in veteri & inclusa desunt.

HVIusmodi beneficij gratia præstando quidem ecclesiastici prædij vsufructu:post statutum autem tempus & placitum redituum ipsorum proprietate ad ius & dominium ecclesiasticum reuertente firmiter,ita vt siue] completo spatio quod inter eos fuerit constitutum: seu mortis suæ tempore (si hoc quoque conuenerit) is qui ecclesiasticam possessionem & cæterorum redituum vsumfructum habendi gratia pacto interueniente susceperit: non minus quàm alterius tantæ quantitatis quantæ acceperat, reditus cum ipsorum prædiorum dominio, & rebus immobilibus eorumque colonis & mancipijs ecclesiæ derelinquat. nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere. [Nam]hæc vsus præstatio locum habet in omni domo religiosa. quo finito res vtraque pleno iure perueniat in domum iam dictam, nec tributis quidem grauata sit maioribus ea res quæ datur adinuicem. [Quibuscunque modis alijs permittitur interdicitur tamen certis personis rem eiusmodi accipere: vt œconomo, eiusque cognatis.]

In veteri C. N. constitutio nouella. recte. est enim aut. hæc vsus præstatio. C. de sacrosanct. eccles.

Hæc erat reliqua pars. c. 24. concilij Agathensis perperā sup. ca. 1. omissa & malè huc reiecta.

Quòd si necessitas compulerit, vt pro ecclesiæ necessitate aut vtilitate, vel in vsufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur: apud duos vel tres comprouinciales, aut vicinos episcopos causa qua necesse fuerit vendi, primitus comprobetur: vt habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio vel transactio corroboretur. aliter facta venditio vel transactio non valebit. Minus

verò

M.E.C.D. 2017

verò vtiles possessiones peregrinis vel clericis saluo iure ecclesiæ in vsum præstare permittimus‖.

ITEM ex concilio Mediomatricis.

Ecclesiasticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant. 4

PRecariæ à nemine de rebus ecclesiasticis fieri presumantur, nisi‖tantū‖quantū de qualitate cōuenienti datur ex proprio, duplum accipiant * ex rebus ecclesiæ in suo tantum qui dederunt nomine, si res proprias & ecclesiasticas fructuario vsu tenere voluerint. si autem res proprias ad præsens dimiserint, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario vsu suo tantum quisq; nomine sumat: quia sic eas quemq̃ tractare, vt rerum ecclesiasticarum dispensatorem conuenit, non vt propriarum largitorem. Decreuit etiam sancta synodus, & imperialis auctoritas denunciauit, vt à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus deo & sanctis eius dicatis: cùm ratio & vsus obtineat neminem qui non vult, contra vtilitatem & rationem cogi de proprio facere beneficium Nec commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticorū quælibet persona sine licentia & regio consensu facere præsumat.

Iuge c.24. precario. infra 12. q.2.

*al. accipiatur.

ITEM ex concilio Beluacensi.

De eodem. Palea. 5

PRecariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem renouentur.

Extant in vete. duæ paleæ seq.

ITEM ex concilio Carthaginensi.

De eodem. Palea. 6

DE precarijs quæ à rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se suosq̃ successores pœna graui obligabant, vt facta ipsorum nequiuissent dissoluere: præcipimus vt nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus: sed suæ prouidentiæ sit concessum, vt si anteceſſor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit: ab eo ad ius ecclesiæ eiusdem tenendum reuocentur.

Non inuenitur in aliquo conciliorum Carthaginiensium. Fides igitur sit penes Gratianū

ITEM ex concilio Martini papæ.

Res ecclesiæ dispensandi potestatem habeat episcopus. 7

EPiscopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, vt dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia & timore dei participare eum etiam oportet quæ necessaria sunt: si tamē ipse aut qui cum eo sunt fratres indiguerint aliquo: vt necessitatem nullo modo patiātur, secundū Apostolū sanctum dicentē. Victu tantum & tegumento his cōtenti sumus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas proprias volūtates vosurpare voluerit: aut fratribus vel filijs vel quibuscunque propinquis suis dederit potestatem, vt per eos latenter lædantur res ecclesiasticæ: hunc oportet obnoxiū esse concilio. Sin autē episcopus vel qui cum eo sunt presbyteri aut diaconi accusentur, quia ea quæ vel ex reditu vel ex quolibet actu ecclesiæ

Cap. 16. ex syno dis Græcorum. 3. pars.

1. Tim. 6. b.

M.E.C.D. 2017

obueniunt, in ſuos vſus colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt: hoc quidem corripi oportet ſecundum quod ordinatum fuerit à ſancto concilio.

4. pars. GRATIAN. Si verò contra hanc prohibitionem aliquam de rebus ecclesiæ episcopum vendere contigerit, & res ipſa eccleſiæ reſtauranda eſt: & ipſe gradu ſuo deiiciendus decernitur.

Cap. 14. ſynodorum Græcarũ. VNDE in eodem concilio Martini papæ legitur.

De epiſcopo qui nulla neceſſitate res eccleſiæ vendit. 8

SI quis epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus, in clero ſuo, aut fortè vbi presbyter non eſt, de rebus eccleſiaſticis præſumpſerit aliquid vendere: & res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur: & in iudicio epiſcoporum deiiciatur auditus & conuictus; & tanquam furti aut latrocinij reus ſuo priuetur honore.

QVAESTIO III.

QVID NOMINE CATHEDRATICI A SACERDOTIBVS SVIS EXIGERE VALEAT EPISCOPVS.

GRATIA. Cap. 2. QVid verò nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat, in ſecundo concilio Bracharenſi legitur.

Præter honorẽ cathedratici nihil epiſcopus per diœceſos exigat. 1

PLacuit vt nullus epiſcoporum per ſuam diœceſim præter honorem cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos, aliud aliquid per eccleſias tollat: neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi eccleſiis paroecialibus facta ſibi vſurpet, ſed eccleſiæ reparationi ſeruetur: & ſingulis annis epiſcopo ratio fiat. nam ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat: lumen & ſarta tecta abſtulerit eccleſiæ. Similiter & paroeciales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: Neque vt dominantes in clero.

1. Petr. 5. 4. ITEM ex concilio apud [a] Merech.

a Marech. *Baſilicarum reparationi proficiat tertia, quam epiſcopus accipere conſueuerat.* 2

PRiſcis quidem canonibus erat decretum vt epiſcopus de paroecianis eccleſiis tertiam conſequeretur, cui ſua pleniſſimè ſufficere non poſſunt. placuit huic ſancto concilio vt nullus prouinciæ Luſitanæ epiſcopus à qualibet paroeciana eccleſia tertiam auferre præſumat. ſed quæ exinde conſequi poterat, reparationi baſilicarum proficiant. ITEM ex concilio Toletano.

Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare voluerint. 3

VNio noſtræ congregationis decreuit atque inſtituit, vt tertias quas antiqui canones de paroeciis ſuis habere epiſcopos cenſuerunt: ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis di-

M.E.C.D. 2017

pis dirutæ ecclesiæ reparentur . si verò eas maluerint cedere ecclesiæ:ab earum cultoribus sub cura & solicitudine sui pōtificis reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quòd si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erāt,reparatæ extiterint : secundùm antiquorum canonum instituta si tertias sibi debitas vnusque episcopus assequi voluerit , facúltas illi omnimoda erit:ita videlicet, vt citra ipsas tertias nullus episcoporum quippiam pro regiis inquisitionibus à parœcianis ecclesiis exigat : nihilq; de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam causa stipendij dare præsumat. Sed & hoc necessarium instituere duximus , vt plures ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero:quia solus per totas ecclesias nec officium valet persoluere , nec rebus earum necessariam curam impendere. Eadem scilicet ratione præcipimus vt ecclesia quæ vsque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem:quæ verò minus,aliis cōiungatur ecclesiis. Si quis sanè episcoporum hanc nostram constitutionem paruipenderit:duorum mensium spatio se nouerit excommunicatione mulctari. ITEM Pelagius Cresconio illustri.

De eodem. 4

ILlud te volumus modis omnibus custodire, ne qui episcoporum Siciliæ de parœciis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quàm duos solidos præsumant accipere: neque compellere presbyteros aut clerum pacœciarum suarum supra vires suas eis conuiuia præparare. ITEM Gelasius papa Fabiano episcopo.

Baptizandis numerus non imponatur : nec cathedraticum vltra vetustum morem exigatur.

NEc numerus baptizandis iustè creditur imponendus:cùm quanti petierint,vel ad regenerationem festinauerint,non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo frater chariſſime huiusmodi superfluam constitutionem modis omnibus removebis , vt vnusquisque aut in vicina sibi ecclesia , aut in electa pro suæ mentis baptizetur arbitrio . Cathedraticum etiam non amplius quàm vetusti moris extiterit, ab eius loci presbytero noueris exigendum : & de his quæ die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata , consuetudinem quæ generaliter omnibus ecclesiis est præscripta, seruabis.

» » Cathedraticum quod his auctoritatibus episcopis permit- 2. *pars.*
» » titur exigere: præter medietatem vel tertiam partem oblatio- GRATIAN.
» » num, quæ etiam pro varia ecclesiarum consuetudine ex præ-
» » missis auctoritatibus episcopo debetur , intelligendum est:
» » nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligen-
» » da est : sed vel anniuersariæ dedicationis , vel quorundam
» » etiam solennium dierum:prout inter episcopum & sacerdotē

M.E.C.D. 2017

tempore dedicationis conuenerit. De his verò episcopis qui per parœcias suas crudeliter desæuiũt, sic est statutum in ter- Cap. 20. tio concilio Toletano.

Vltra morem antiquum à parœcianis presbyteris episcopi nil exigant. 6

QVia cognouimus episcopos per parœcias suas non sacerdotaliter sed crudeliter desæuire, & dum scriptum sit: 1. Pet. 5. a. Forma estote gregi, non vt dominantes in clerum: qui exactiones diœcesi suæ vel damna infligunt: ideo censemus (excepto quòd veterum constitutiones à parœciis habere iubẽt episcopos) vt alia quæ illis hucusque præsumpta sunt denegẽtur: hoc est neq; angarijs presbyteri aut diaconi neque aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in ecclesia dei exactores potius quàm pontifices nominari. Hi verò clerici tã locales quàm diœcesani qui se ab episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant: & metropolitanus non moretur huiusmodi præsumptiones auertere. ITEM ex concilio Gabilonensi.

A parœcianis stipendia non nisi cum charitate episcopi exigant. 7

CAuẽdum est sanè ne cùm episcopi per parœcias suas peragrant: quãdam non solùm erga subditos, sed erga socios tyrannidem exerceant: ne (quod absit) non cum charitate, sed cum quadam iactantiæ temeritate, nec cum gratiarum actione: sed cum quadam iudiciaria inuentione stipendia ab eis exigant. Obseruandum modis omnibus est, vt si quando eis peragrandæ parœciæ necessitas incumbit, in confirmãdis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi dei, in lucris animarum potius quàm deprædandis & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent: & si quando ad peragendum ministerium suum à subditis aut fratribus aliquid accipiendum est: hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent aut grauent. Tanta ergo discretio in hac re tenenda est, vt verbi dei prædicator vbi proprij sumptus desunt, à fratribus accipiat: & iidem fra- 1. Thes. 3. b. tres illius potentia non grauentur: exẽplo apostoli Pauli: qui Cap. 4. conci. To ne quem grauaret, arte & manibus victum quærebat. letan. 7. ITEM ex concilio Toletano quarto.

Vltra duos solidos à parœcianis ecclesiis episcopus non præsumat accipere. 8

INter cætera denique quę consensu communiter nos cõferre competenter oportuit: querimonias etiam parœcialium presbyterorum Galliæ prouinciæ solertissimè discernere decuit: quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas (vt comperimus) randem compulit in publicum examen deferri: hi enim pontifices (vt eorundem euidens inquisitio patefecit) in discreto moderamine parœcianas ecclesias prægrauantes:

M.E.C.D. 2017

uantes:dum in exactionibus ſuperfluis frequentes exiſtunt, penè vſque ad exinanitionem extremæ ‖virtutis‖quaſdam ba- ſilicas perduxiſſe probantur. ne ergo fiat de cætero quod cõ- ſtat hactenus inordinatè præſumptum : non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſque epiſcoporum præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſes vel baſilicas iuxta ſynodum Bracharen- ſem annua illatione ſibi expetat inferri:monaſteriorum tamẽ baſilicis ab hac ſolutionis expenſione ſeiunctis . Cùm verò epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat:nec vnquam quinquagenarium numerum euectionis excedat:aut amplius quàm vna die per vnamquamque baſili- cam remorandi licentiam habeat. Quicunque verò pontifi- cum eorundem aliter quàm decreuimus agendum preſump- ſerit,correctioni proculdubio canonum ſubiacebit tanquam conſtitutionum ſynodalium tranſgreſſor, & priſc. rũ patrum edictorum corruptor. ITEM Gregorius epiſcopis Siciliæ.

i. facultatis. ?

Greg.epi.20. lib.11.

Sacerdotes ab epiſcopis ſuis vltra modum non grauentur. 9

RElatum eſt nobis ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tẽpo- ribus per ſeruum dei diaconum qui tunc eccleſiaſtici patrimonij curam geſſit, fuiſſe diſpoſitum vt ſacerdotes per vniuerſas veſtras diœceſes conſtituti, quotiens ad conſi- gnandos infantes egredimini, vltra modum grauari minimè debuiſſent.ſumma enim præfixa fuerat vobis(vt audio) con- ſentibus quæ ab eis ſacerdotibus pro labore clericorum dari debuiſſet:atqui hoc quod tunc placuit: ſicut nunc dicitur,mi nimè cuſtoditur. vnde fraternitatem veſtram admoneo, vt ſubiectis veſtris non graues ſtudeatis exiſtere.

ITEM Pelagius papa Creſconio illuſtri.

Secundum loci mediocritatem epiſcopis conuiuia parentur. 10

ILlud magnitudinem tuam minimè volum° ignorare,quòd Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus inter alia quæ in cautionũ ſuarum pagina ſpopondit:hoc etiam ſpecialiter ſub interpo- ſitione pœnæ legitimæ promiſiſſe legitur,nũquam ſe à quo- libet ſuæ diœceſis presbytero vltra duos ſolidos cathedratici nomine petiturum:nec per quamlibet aliam occaſionẽ quic- quam in eius ſe diſpendio eſſe geſturum. quod magnitudo tua non ſolùm à prædicto epiſcopo, ſed de omnium epiſco- porum Siciliæ perſonis competenti ſolicitudine cuſtodire non deſinat:nec ipſa quoque prãdia enormia fieri, ſed ſecun- dum mediocritatem vniuſcuiuſque loci epiſcopo ad conſi- gnationem venienti ſuſceptionis præparari conuiuium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus,aut qua- libet ratione permittimus.

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

En Xerez ocho dia [illegible] y año yo el [illegible]
fice saver el auto que antecede a Maria
Garcia [illegible] en nombre de su parte [illegible] be
sona doy fee

M.E.C.D. 2017

SETECIENTOS Y SETENTA
Y VNO.

En Nombre de
Marcos Garrido
Ilustrísimo Señor Conde de Siruela
de los Bilua Y Cerbellon de Madrid. En
Diego con D. Joseph. de Solar
Daño que a causado En las Fiex
de la de Flesa de Manteuilla:
Pase Dilatado Tiempo Que Juan
nes Pidiendo Vebo dha Causa
pender en la Judicialmente Ha
bueltto los Presentes en perjuicio de la
Parte que la acusa la Rebeldía por tan
to que la acusa la Rebeldía por tan

M.E.C.D. 2017

lo que le acuso la R.ª Justicia

Supp.ª

vala de mandar se apremie a dha

vara dor Ponto de xuizon de dese

debolucion de dha causa que

se requiere con costas Para todo

Marcos Ganzú

Supp.ª Presentada para ante los autos q. tiene hace bien a

Reveldia y rrayarle saven a Juan. de Flores Procr. q. dese

que esta parte Cita q. dentro del dia br. deduz

to C Asi/xan Quatro Ducados

abercenim a se le Asi/xan Quatro Ducados

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

١٥٠١

Home

Love